BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Hommel, Carl Ferdinand,

Caroli Ferdinandi Hommelii I.V. Et Philosoph. Doct. ... Rhapsodia Qvaestionvm In Foro Qvotidie Obvenientivm Neqve Tamen Legibvs Decisarvm

Bd.: 4

Byrvthi (1776)

Bamberg, Staatsbibliothek -- J.pr.q.29(2#1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11707714-5
VD18 80321372

CAROLI FERDINANDI HOMMELII

ORDINARII LIPSIENSIS

RHAPSODIA

QVAESTIONVM

IN FORO QVOTIDIE OBVENIENTIVM

NEQVE TAMEN

LEGIBVS DECISARVM.

VOLVMEN IV.

BYRVTHI

PROSTAT APVD IOH. ANDR. LVBECCIVM

MDCCLXXVI.

Staats-
Bibliothek
Bamberg

OBSERVATIO DI.

De Antistrephusa.

In libris Rhetorum inuersio status Antistrephusa appellatur, quae in iudicialibus causis mihi ipsi aliquoties obuenit. Est autem Antistrephusa, cum adsertiones suas quasi permutant litigantes, atque ita conuertunt, vt non suis, vtantur, sed aduersarii argumentis. Exemplum ex actis tale erat: Venditor volebat ab emtione recedere, quia judex falsam super hac re registraturam fecisset. Emtor autem veram esse registraturam asseuerabat. Interea per aliquot annos litigium, nemine vrgente, quiescebat. Iam, nescio quare? emtori emtio displicebat. Itaque nouo in libello se accipere, quod venditor registraturam falsam dixisset, placere hoc, et velle se etiam ab emtione recedere. Aliud nunc vero venditori in mentem venerat, quoniam intra hos annos pretia aedium valde diminuta erant, vt praeuideret, se multo vilius nunc venditurum esse, quam emtor promisisset. Itaque emtori respondebat, non potes impugnare registraturam, quam his ipse in actis quondam defendisti. Emtor contra: Tu autem non potes veram dicere registraturam, quam ante aliquot annos falsam pronunciasti, vtor ergo tua confessione judiciali. Et ego quoque, respondebat venditor, tua confessione iudiciali vtor, qua registraturam falsam pronunciasti. Iam lectorem rogo, vt hanc litem dirimat. Nos ita pronunciauimus: Da, weil beyde Theile zu verschiedenen Zeiten eben dasselbe zugleich bejahet und zugleich verneinet, dieses also anzusehen ist, als hätten sie in dieser Sache weder etwas bejahet, noch verneinet, mithin beyderseits vormalige und jezige Aeuserungen, gänzlich auser Augen zu sezen, und nur darauf zu sehen, wie die Sache nach derer Zeugen Aussagen und vorgebrachten Urkunden sich zu Tage leget 2c.

Ecce aliud exemplum: Nobilis pecuniam a vidua quadam receperat. Hanc pecuniam repetebat vidua cum vsuris, quasi mutuam; nobilis contra asserebat: se pecuniam recepisse, quasi depositam; ex deposito vero vsuras non venire, atque insuper opponebat *exceptionem compensationis.* Re in iudicium

deducta, cum petitrix verum mutuum, nec, vt iste asserebat, depositum intercessisse, per testes probasset, iudex condemnabat nobilem, pecuniam cum vsuris reddere, nisi compensationis oppositam exceptionem possit probare. Ab hac sententia prouocabat vidua, atque se propterea grauatam asserebat, quod nobili probatio compensationis reseruata esset. Se enim iam accipere nobilis sententiam, quae, depositum interuenisse, posuisset: in deposito nullam compensationem locum habere, *L. 11. C. de Compensat.* adeoque iniquam esse sententiam, quae in hac lite probationem compensationis admisisset. Nobilem nimirum ab initio depositum asseuerasse, neque ei ab hac assertione semel professa recedere licere, ideoque ex sua sententia, quam sibi ipse dixerat, rem secundum depositi naturam diiudicandam esse. Replicabat nobilis: iudicem iam decreuisse rem, de qua agebatur, videri mutuum, quod ipsa in libello vidua asseruisset, at in mutuo compensationem omnino locum habere, recte igitur huius probationem in sententia sibi fuisse reseruatam. Habebamus igitur exemplum tale, quo a litigantibus conuertebatur status: si quidem nobilis, cum antea dixisset pecuniam esse depositam, nunc vltro accipiebat, fuisse mutuam, ne compensationis exceptionem perderet. Nos
2 mense Septembri 1769. in hac ipsa causa decreuimus, vt, quia petitrix, quam semel professa erat sententiam, non magis reuocare possit, quam nobilis suam, et inuerso a litigantibus statu, vtraque asseueratio certo respectu vera atque etiam simul falsa videatur, decreuimus inquam, vt quod vtrinque dictum esset, pro nullo habendum sit. Putabamus scilicet rem eo modo, quo per eius naturam et iudicis opinionem se vere habebat, considerandam esse; Rationibus hisce adiunctis: Ob wohl Klägerin die Lage der Sache gerade umkehret, indem sie die vorher von Beklagten geäuserte Meynung: als sey der Vorfal ein bloses Depositum, nunmehro für sich ergreifen und zu der ihrigen machen, hieraus aber dieses für sich erspriesliche erzwingen wil, daß, weil Beklagter diese Gelder blos für aufgehobenes Guth ausgegeben, er dieselbst behauptete Aeuserung nicht hinterziehen möge,

L. 10. §. 1. D. de fideius.
L. fin. D. de rei vindicat.
Erleut. Proc. Ordn. tit. 16. §. 3.

bey aufgehobenen Guthe aber keine Abrechnung stat finde;

L. 11. C. de Compensat.

also derselbe mit dem Beweise seiner Compensations Posten nicht zu hören sey.

Dennoch

3 **Dennoch aber und dieweil** Klägerin mit dieser unternommenen Abänderung und Annahme des gegentheiligen Sazes um deswillen nicht fortkommet, weil ihr selbst eben so wenig, als Beklagten, den Grund, worauf sie gleich Anfangs ihre Forderung gebauet, nämlich daß der Handel gleichsam ein Mutuum gewesen, nunmehro gänzlich hintan zu sezen freystehet, sondern wie sie solchen Absprung an ihrem Gegner misbilliget, sie ebenermasen den einmal erwählten und anfangs eingeschlagenen Weg ferner verfolgen muß, und davon nicht abweichen darf, also, da sie in Beklagtens, dieser aber umgekehret in Klägerin Fußtapfen treten wil, und sonderbarer Weise eines des andern Grundsäze sich zueignet, nunmehro, und weil einerley Sache von beyden Theilen bald so, bald anders, ausgegeben wird, darauf, was sie an und für sich selbsten ist, zu sehen, folglich, da die streitigen Gelder eher für ein Darlehn zu achten, bey diesem aber Abrechnungen zuläßig, Beklagten der Beweis seiner Compensations Posten nicht zu versagen gewesen.

4 Venit hoc loco mihi in mentem, nescio quomodo, sed venit in mentem dialecticorum distinctio, quibus demonstratio alia κατ᾽ ἀλήθειαν, quando principia, ex quibus aliquid demonstratur, vera putamus; alia κατ᾽ ἄνθρωπον, si aduersarii falsa principia eatenus admittimus, quatenus ex iis hoc ipsum, quod volumus, deriuari potest.

5 Alio tempore haec quaestio proponebatur: Emtor aedium actione emti experiebatur aduersus venditorem, vt emtam domum traderet, reus emtionem non plane perfectam fuisse, excipiebat. Dum haec aguntur, aedes etiam instituta actione igne pereunt. Altero post incendium die, emtor actionem institutam prudenter et callide abdicabat, seque iam vltro ab emtione recedere, declarabat. Venditor negabat id licere, se enim omnia, quae in libello emtor dixisset, nunc affirmare et paratum esse aream venditori tradere, quod nunc lubentissime facturus sit. Ergo quam antea vterque, nunc aedes neuter cupiebat. Sententia a collegio talis dicta: Dieweil zwar dem Käufer des Hauses seiner vorher erhobenen Klage zu entsagen, hingegen aber auch nunmehro dem Verkäufer actionem venditi, wofür sein fol. 24. angebrachtes Suchen wohl gehalten und angenommen werden mag, alsofort anzustellen, frey gestanden; und wider leztere der Käufer, obgleich beyde Theile bey dem angesezten Irrotulations Termine in die Hauptsache sogleich eingegangen, keine besondern Ausflüchte vorzuschüzen vermocht, wohl aber derselbe in seiner gleich Anfangs derer Acten übergebenen Klage die Richtigkeit des geschlossenen Handels eingestanden, so ist besagter Käufer den Contract

zu erfüllen, und in Erwegungen, daß nach volzogenen Kaufe die Gefahr auf den Käufer übergehet, den geklagten Kaufschilling von 400 Thalern jenem zu bezahlen schuldig.

6 Nec vero in priuatis tantummodo iudiciis, verum etiam in criminalibus delinquentem, qui delictum vltro et bona fide fassus sit, sed excusationem obuertat, posse tali demonstratione, vt ita dicam, inuersa, siue antistrephusa vti, iudicibusque dicere: *Si mihi creditis in meam pernitiem, necessarium est, vt mihi credatis etiam tunc, cum de meo commodo agitur*, copiosius *Obseru. CCCCXVIII.* demonstraui. Accipit enim accusatus pro defensione sua ipsam iudicum opinionem: vera esse, quae accusatus professus est, ergo etiam, dixerit ille, verae erunt, quas non callide excogitaui excusationes, neque mihi subdiffidere debetis in fauorabilibus, si in rebus mihi grauibus et odiosis vos credulos praebuistis. Accedit ad antistrephusam proxime etiam illa inexplicabilis quaestio in *Obs. CCLXXX.* nec non alia *Obseru. DVI.* tractata. Insuper

7 Exemplum a Rhetoribus tale proponitur: Repetit Titius ab amico Sejo nummos cum vsuris, quasi mutuos. Debitor Sejus affert sine vsuris, quasi depositos. Dum haec in iudicio tractantur, lex perlata de nouis tabulis debita omnia expungit, et creditoribus exactionem adimit, vt iam Titius creditor non de vsuris amplius, sed de ipsa sorte, periclitetur. Mira tunc status mutatio, cum petitor, qui antea mutuum dixerat, ipse nunc depositum affirmet, quam difficultatem MARQVARTVS FREHER in *Decis. Areopagiticis cap. 5.* discussit.

OBSERVATIO DII.

Differentia causarum Politiae et Justitiae

De caussis Politiae spuriis.

Possessorium in causis Politiae Summarissimum.

De jure ciuili publico.

Ad causas Politiae pertinet censura morum, vt a causis Justitiae fere eodem modo causa Politiae distet, quo injustum ab indecoro.

Multi-

Multiplicare *Caussas Politiae* praeter necessitatem solent magistratus, vt 1
liberiorem aliquid audendi potestatem adipiscantur, sed et Regiminum Collegia, quibus in plerisque Germaniae prouinciis caussae politiae commissae et reseruatae. Saepe autem actorum volumina ad nos ab exteris missa docuerunt, bona iure optimo quaesita ciuibus, colore vtilitatis publicae inducto, et mutato *iuris* in *politiae* nomine, auferri, vnde operae pretium duximus, veras Politiae caussas a spuriis certa regula distinguere. Etenim leges ipsae hic nihil definiunt. Scriptum quidem in Recessu Imperii Nouissimo §. 186. appellationes in caussis Politiae a tribunalibus non recipiendas esse, his verbis: Also sol es daneben auch gehalten werden, wenn Sachen, die von der bey einem Stande eingeführten guten Policey, Zunft und Handwerks Ordnungen abhangen, durch Appellation an das Cammergerichte gezogen werden wollen, daß der Richter, ehe er die Processe erkennet, jedes Ortes Obrigkeit und des Status publici mit einlaufendes Interesse mit seinen Umständen wohl erwegen, fürnehmlich aber in dergleichen Sachen keine Inhibition leichtlich erkennen, sondern, daferne solche Sache wider selbigen Ortes hergebrachte Handwerks- und andere Ordnungen läuft, zu Abschneidung des in Reichs Constitutionen so hoch verbothenen Auftreibens und Scheltung der Meister und Gesellen und andere Ungelegenheiten ab- und an des Ortes Obrigkeit zu verweisen. Sed ex hisce vix intellexeris publicae caussae, quales sint? Perlectae hanc ob caussam scriptae de caussarum Politiae et Iustitiae conflictu et differentia IOH. SAM. STRYKII, STRVBENII, SCHREIBERII, DARIESII, RECHENBERGII aliorumque dissertationes nos ex incertis fere incertiores reddiderunt, immo hoc opus adeo videtur desperatum, vt propemodum verear, ne mihi, qui haec scribo, idem lectores dixerint, quod de hisce ego scriptoribus notaui.

Initio quidem, cum de ea re meditari inciperem, hac auditores notione informabam, vt caussas iustitiae eas iudicarent, quae in Roma veteri ad *Praetorem*, contra autem caussas politiae eas, quarum cognitio ad *Aediles*, siue in graecis ciuitatibus ad Agoronomos spectabant. Nam aediles nouimus curam habuisse locorum publicorum, annonae, ludorum solennium, popinarum, viarum, aedium, vt salubritas vrbis et ornatus seruaretur, funerum, commerciorum: v. c. mensurae et rerum in foro publice venalium, balneorum, vtque meretrices publicas in lupanaribus regerent, et si quae alia fuerint hisce annexa atque coniuncta. Verum tamen cum facile animaduerterem, hanc notionem angustam nimis esse nec omnia exhaurire, alia ratione nunc adordiar. 2

Nempe

3 Nempe cum duae ſint iuris poſitiones, vt Iuſtinianus loquitur, *Publici*, quod ad ſtatum rei Romanae, et *Priuati*, quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat, poſſumus fere illas cauſas, quae vtilitatem totius populi attingunt h. e. ad ius publicum ſpectant, cauſas Politiae; contra autem, quae ius priuatorum concernunt, cauſas iuris ſiue iuſtitiae appellare. Pauca ergo de iure ciuitatis publico dicenda, quod vel circa perſonas publicas vel circa res verſatur.

4 PERSONAE *publicae* ſunt, quae partem rei publicae prae ſe ferunt v. c. legati, tutores, magiſtratus, carnifex, lictores, milites, obſtetrices, collegia et corpora licita, horumque interna conſtitutio, adeoque tota res opificiaria; contra autem perſona priuata eſt, quae nulla poteſtate populi ornata, non aliam, quam ſui ipſius perſonam prae ſe fert. Ad RES vero populi vniuerſi ſiue *Publicas* referuntur, viae, flumina, portus, res vniuerſitatis, vt forum, theatra, paſcua, curiae, ſenacula et, vbi publice tolerantur, lupanaria, noſocomia, in quibus aegroti, hoſpitalia in quibus peregrinantes, brephotrophia in quibus expoſiti infantes, orphanotrophia, ptochotrophia in quibus pauperes, gerontocomia in quibus ſenes publice aluntur.

5 Praeter has res et perſonas adhuc Tertium iuris publici obiectum, in ſacris conſiſtens, cum non ſolum ipſa eccleſia collegio aequiparetur, verum etiam templa et bona eccleſiaſtica ſint publicae res, et publicae perſonae, ſacerdotes.

6 Quartum obiectum iuris, quod *Ciuile Publicum* appellare ſoleo, in quibusdam inſtitutis conſiſtit, ex quibus publica vtilitas immediate redundat, vt res monetaria nec non quae ad victum et annonam pertinent, qualis res cauponaria, cereuiſiaria, commercium, nundinae et quae cum hoc coniuncta menſurae et ponderis ratio, vectigalia, monopolia, mercedes famulorum, praereptio et coemtio victualium vt ſtatim diſtrahantur, porro artium mechanicarum et liberalium ſuſtentatio et cura eorum, quae ad ſalubritatem vrbis pertinent vt obſtetricum, pharmacopolarum, peſtis aliorumque morborum epidemicorum non in hominibus tantum, ſed in animalibus quoque auerſio, tandem pauperum et aegrotorum curatio, curſus publicus, inprimis ea, quae ad ſecuritatem internam pertinent, vt vigiliae diurnae et nocturnae, ſeditionum praecautio et latronum inueſtigatio, coercitio increſcentis famulorum ancillarumque inſolentiae et quae ſunt reliqua. Habetis ergo iuris publici ac priuati differentiam, ſi quidem ius priuatum res tantum eas tractat, quae reipu-

blicae indifferentes ſunt; Nam ſiue ego, ſiue aduerſarius meus hanc domum habeat, reipublicae parum intereſt, adeoque huiusmodi pecuniariae lites proprie concernunt vtilitatem ſingulorum, non publicam ſalutem. Etſi vero ex publico iure etiam ad priuatos vtilitatis guttula deſtillet, cum, 7 quod vniuerſis proſit, illud etiam ſingulis proficiat, tamen iuri publico, res, quas antea recenſuimus, ideo annumerantur, quia ad publicam vtilitatem propius reſpiciunt adeo quidem, vt etiam vnius aut alterius inde enaſcens incommodum ſubinde negligatur, cum communis omnium vtilitas vincat priuatam, atque iuris ſcrupuloſam anxietatem inſuper habeat omne moram non ferens negotium.

Ex his intelligimus, Politiam cum eo, quod Romani ius publicum 8 dixere, propemodum conuenire atque ſpectare ad omnia, quae ad conſtitutionem, conſeruationem et vtilitatem totius reipublicae, non ad iura priuatorum, pertinent. In maioribus quidem ciuitatibus res politiae a rebus iuſtitiae certis quibusdam conclauibus ſeparantur, ſiquidem cauſas politiae ſenaculum, die Raths-Stube, lites autem priuatorum pecuniarias praetura, das Stadtgerichte ſibi vindicet. Quae diſtinctio ab antiquiſſimis temporibus ita obtinuit, cum in veteri Germania ſenatibus opidanis tantum cauſae ciuitatis publicae, contra autem iurisdictio nobilibus ea inveſtitis commiſſa eſſet. THOMASII *diſp. de iurisdict. et magiſtrat. different.* Sic Senatus Lipſienſis iurisdictionem a Thoma Grimmano et dominis de Schüz anno 1434 emtione adquiſiuit, quam dux Georgius 1506. pleniſſime confirmauit. PEIFER. *Rer. Lipſ. lib. 2. §. 2.* SCHNEIDER *Chron. Lipſ. lib. 5. pag. 225.*

Cum vero etiam princeps perſona publica ſit, et fundi, quos populus 9 ei dedit, domaniales nec non ea, quae in libris feodalibus Regalia dicuntur, res populi videantur, factum eſt, vt etiam fiſci iura publicis annumerari et res Camerales ſubinde ad res politiae referri videas.

Inſuper alius erat apud Romanos magiſtratus, CENSORES, qui diſci- 10 plinam et mores moderabantur et luxum cohibebant, quale etiam in Politiae Ordinationibus fieri videmus, vt in latiori ſenſu hodie omnia ad Politiam referantur, quae Romae non ad iurisdictionem Praetoris, ſed ad reliquos magiſtratus pertinerent.

Eſt autem indoli harum rerum admodum conueniens, vt in damnis 11 praecauendis, ſi v. c. peſtis oriatur, ſi frumenti exportatio prohibenda, ſi Dar-

nariorum opes in publicum profundendae, ſi quis in ſtruendo aedificio impediatur, aut ſi incendium ſit reſtinguendum, ordo iudiciorum ſolennis. lites non raro in aeuum prouehens, ſeruari nequeat; vnde euenit, vt ex hiſce paucis moram non ferentibus generalis regula naſceretur, omnes fere politiae cauſas extraordinaria cognitione finiendas et leuato velo breuiter pertractandas eſſe. Vnde aſturiores quidam quoties verentur, ne ſi, quae proferunt, accurate nimis ad viuum reſecentur, cauſa caſuri, re autem obiter et per tranſennam ſpectata, victoriam conſecuturi ſint, plerumque ad hanc quaſi ſacram anchoram vtilitatis publicae confugiunt, ſuamque cauſam non iuris ſed politiae eſſe, clamitant, atque magiſtratus fauore id fere efficiunt, vt, ſi volupe videatur, res quas minime putaſſes ac, vt hodie fere aſſolet, propemodum omnes res molendinares et quae de furnis bannariis, de coquenda cereuiſia, et de opificum diſcriminibus lites agitantur, peruerſa ratione rebus politiae ſubinde accenſeantur. Huic calliditati vt obex ponatur, de falſis et ſpuriis Politiae cauſis

REGVLAM I. ſequentem pono: Quamlibet putandam eſſe iu-
12 ris et iuſtitiae cauſam, vſque dum clare eluceſcat, eam ad Politiam pertinere, quod adeo verum eſt, vt non inepte LEYSER *Spec. 684. Med. 34.* pronunciaſſe videatur, eas demum, nec alias, politiae cauſas eſſe, quas princeps peculiari lege a communibus iuris negotiis ſeparauerit et titulo cauſarum politicarum ornauerit. Interdum tamen haud negauerim multas cauſas inter publicum et priuatum ius adeo fluctuare, vt, ſiue ad hoc ſiue ad illud referas, minime erraſſe, ſed vtrobique recte pronunciaſſe videare. Vnde ſi poſita a nobis regula diſpliceat, ei

REGVLAM II. ſubſtituas: Quoties dubium eſt, vtrum Poli-
13 tiae an Iuſtitiae cauſa ſit, et certo reſpectu ad vtramque claſſem referri poſſit, cupio, quaſi in re mixti fori, praeuentioni locum eſſe, neque reprehendendum praetorem vrbanum, ſi eius cognitionem ſibi ſumſerit. Huc refero priuilegii vel monopolii interpretationem, aut ſi opificum collegium cum alio opificum collegio de opificio litigat, in quibus rebus probationem ſolennem iniungi et conſueto proceſſus ordine rem ab ordinario iudice, interdum autem ſine figura et ſtrepitu iudicii ſolennis ſummatim pertractari, quotidie videmus.

REGVLA III. Quoties fundamentum actionis in pacto,
14 de cuius validitate vel interpretatione diſceptetur, vel in prae-

praescriptione vel priuilegio aut re iudicata ponitur, ea tota causa ciuilis est, neque ad iudicium politiae spectat.

REGVLA IV. Distinguas potissimam controuersias priuati 15 contra magistratum ab iis, vbi priuatus contra priuatum agit. Si contra magistratum, qua talem, a ciue in rebus ad ius publicum spectantibus agitur, nunquam res definienda ordinario processu, nec locus habet Possessorium; at si priuatus contra priuatum de re quodammodo publica litiget, nec populi moderator interueniendo se admisceat, causam priuatam potius, quam publicam dixerim atque tunc etiam Possessorio locus erit. Sentit nobiscum circa hanc regulam CANEGIESER in Decis. Trib. Hasso Cassellani Tom. 2. Decis. 310. et SCHREIBER in Disputatione Göttingae habita, qui ita ait: *Si collegium Opificum aliud ab usu opificii vel quarundam mercium venditione excludere velit, nullum dubium est, quin a Iudice ordinario, vel appellatione interposita a superiore decidi possit. Idem obtinebit, si inter collegium aliquod et singulos de isdem rebus lis mota fuerit*, et CRAMER *in Horis Subcis. Wezlariensibus:* Daß Policey-Sachen an und vor sich betrachtet, auch bey den höchsten Reichsgerichten kein Obiectum Iustitiae sind, ist wohl auser allen Zweifel. So bald aber dieselbe contentiosae werden, sind sie unter den Justiz Sachen, tanquam species sub suo genere enthalten, einfolglich ein Obiectum sowohl derer höchsten Reichs- als Untergerichten. Sie sind aber pro Contentiosis so bald zu halten, als auser dem statu politico, Iura et laesiones Partium mit in Consideration zu nehmen. Consulas etiam MEVIVM *P. 3. Decis. 37. 154. P. 4. Decis. 306. seq. P. 7. Decis. 306.* Neminem ergo solum verbum terreat, vt si rubrica actorum de cereuisia, vino adusto, molendinis loquatur, illico rem politiae agi existimes. Nam si ita velis, breui tempore vix vna causa Iustitiae superfuerit. Puto igitur in hac quoque materia *Ius constitutum*, de quo praetor cognoscit, a *iure Constituendo*, quod ad Senatum vrbis et Principem pertinet, probe secernendum esse.

Nuper, cum obstetrices oppidi Gaithayn contra coquam ciuitatis 16 publicam possessorium summarissimum hac formula instituissent: Die verpflichteten Wehmütter in Gaithayn sagen zu Anbringung ihrer Klage kürzlich: was masen sie und ihre Vorfahren am Hebammen-Dienste seit 1. 2. 3. 5. 10. und mehrern Jahren in possessione vel quasi sich dergestalt befinden, daß bey denen Kindtauf-Essen jedesmal ein Teller über den Tisch

gegeben, und das von denen anwesenden Gevattern und anderen Gästen auf sothanem Teller gesammlete Geld zwischen der gebrauchten Wehfrau oder Hebamme, und der Köchin in zwey gleiche Theile vertheilet worden ist. Es hat sich aber beklagte Kindtaufs-Köchin Johanne Sophie Richterin unterstanden, bey Meister Grizern und sonsten anderswo, nur noch vor 8 Wochen, den herum gegangenen Teller und das darinnen gewesene Geld eigenmächtiger Weise allein an sich zu behalten, und der Wehfrau die ihr gebührende Hälfte davon zu entziehen, folglich sie in dem Besitze zu beeinträchtigen. Solchemnach bitten klagende Weheweiber vor Recht auszusprechen: daß Beklagte fernerer Beeinträchtigung bey Strafe sich zu enthalten schuldig. Curia Prouinciae Suprema actionem locum habere, die 26 Septembr. et iterum d. 11 Decembr. 1769. ad querelam obstetricum contra magistratum citationem denegantem decreuit, nec putauit Politiae causam, neque coquam publicam personam existimauit, cum conuiuium baptismale potius a priuato, quam a tota ciuitate instituatur. De possessorio momentaneo iam supradictum repete: si inter magistratum aliquid de re publica iubentem et ciuem discordia sit, non posse institui possessorium summarissimum, si autem inter duos priuatos super causas ad politiam quodammodo referendas discordia sint, tam petitorium quam possessorium locum habere.

17 Sed ad artes, quibus causae iuris priuati in pulicas commutari solent, et ad jocularem coquae Gaithaynensis, controuersiam redeundum, quam variis argumentis huius oppidi decuriones politicam causam esse, persudere conabantur, relatione ad principem de ea re his verbis facta: **Ew. Churfürstl. Durchl.** wollen in tiefster Unterthänigkeit vortragen zu lassen, huldreichst geruhen, welcher gestalt die beyden hiesigen Wehemütter wider die Stadtköchin eine Possessorien Klage zu erheben, und zugleich contra denegationem petiti an das Oberhofgerichte zu appelliren sich beyfallen lassen, wir hingegen in dieser Policey-Sache ohne auf die Klage auszufertigen, wie sonst in dergleichen Fällen vorgeschrieben, an höchst Dero Landes-Regierung unterthänigsten Bericht zu erstatten für nöthig befunden. Gleich wie nun, gnädigster Churfürst und Herr, wir nicht ergründen können, mit was für Bestande Rechtens die Klägerinnen in einer Policey Sache, wie gegenwärtige anders nicht anzusehen, zu Anstellung einer Possessorien Klage verleitet werden können, da in Policey Sachen in geringsten processualische Weitläuftigkeit nicht zu verstatten, sondern solche lediglich auf Ermessen der Obrigkeit oder höchsten Landesherrlichen Ausspruch beruhen;

beruhen; hiernächst aus der Klage selbst die gröste Unbilligkeit hervorleuchtet, daß die Wehemütter (welche bey der Geburt eines Kindes, Herumtragung derer Gevatterbriefe und der Taufe, nach hergebrachter Gewohnheit, mehr als doppelt dreyfachen Genuß an Trinkgeldern haben,) der Stadtköchin, die vor- bey- und nach dem Kindtauf-Essen viele Arbeit, Mühe und Wege hat, gleichwohl von dem Kindtauf-Vater mehr nicht, als von jedem Gerichte einen Teller mit Essen, überdieses annoch am Gelde 2. 3. bis höchstens 4 gl. erhält, das aufgelegte Geld von dem bey der Mahlzeit herumgehenden Teller mit der Köchin, die es doch alleine verdienen muß, auch noch darzu zur Hälfte theilen wollen, ohnerachtet sie von ihren Trinkgeldern derselben nichts abgeben, und dennoch allezeit ungleich mehr, als die Köchin, erhalten, wenn selbige auch das Geld von dem bey Tische herumgehenden Teller alleine behält; Im übrigen uns der Gerichts-Obrigkeit sehr nachtheilig ist, daß die Wehmütter, die wir doch einsezen und verpflichten, vor unsere Anordnung, nach welcher wir der Stadtköchin das aufgelegte Geld bey dem Kindtauf Essen billigermasen alleine zugesprochen, nicht die geringste Achtung haben, sondern sogar unbefugte rechtliche Klagen darüber anstellen: Also haben **Ew. Churfürstl. Durchl.** obangeregtes derer hiesigen Wehemütter Suchen, und ob nicht dieselben zu Erstattung derer ex pruritu litigandi temere verursachten Unkosten anzuhalten? Dero höchsten Resolution in tiefster Unterthänigkeit überlassen sollen, mit unwandelbarer treuester Devotion lebenslang beharrende rc.

Difficile admodum eſſe fateor, certa definitione ſingula cauſas cir- 18
cumſcribere, vnde per exempla potius cognoſci cupio, quae vſu fori ad iuris, quae ad politiae cauſas referantur? Si ſenatorum vnus de ſenatu conqueratur, ſe in praetura, quaeſtura aut conſulatu inique praeteritum fuiſſe, eam rem politiae putauerim, quoniam ad internam collegii conſtitutionem pertinet; Contra autem ſenator ſi promiſſum ſibi a ſenatu ſalarium annale petat, iudicem ordinarium recte adibit, quoniam hoc ad priuatum ius, non ad reipublicae ordinationem et ciuium omnium communem vtilitatem pertinet, adeoque in hac ſimilibusque cauſis magiſtratus non qua talis, ſed tanquam perſona priuata moralis conſiderari debet. Similiter in rebus opificiariis, ſi vnus boethus promiſſam ſibi mercedem a ſuo magiſtro poſtulet, ad iudicem ordinarium, ſi autem omnes boethi contra omnes opificii magiſtros agant, potius ad iudicem politiae cauſa pertinebit, licet *ſecundum Regulam II.* de ea re quodammodo etiam ciuilis iudex cognoſcere poſſit. Neque

19 enim quoties vniuersitas aut collegium litigat, toties causa politiae adest, si quidem haec corpora tanquam personae morales, quoties de iure iam quaesito disceptatur, iure priuato vtuntur, non solum si cum priuato, verum etiam si inter se contendant. Tutela autem licet ciuile munus et ipse tutor persona publica sit, tamen actiones tutelae ad ius priuatum referuntur.

20 Iam vt Pseudo-politicarum causarum ratio melius pateat, commodum videtur rationes decidendi interserere, quae ex nostro collegio ad Praefectum Ebelebensem mense Ianuario 1770 promanarunt: Und wenn schon übrigens in Policey-Sachen die strenge Ordnung des gewöhnlichen Processes so genau nicht zu beobachten, gleichwohl sich schwerlich abnehmen lässet, aus was für Grunde gegenwärtiger Fal, wo Beklagter ein Verbiethungs-Recht zu haben vermeynet, unter die das algemeine Beste betreffende Sachen gerechnet werden können? da diejenigen Befugnisse, so jemand durch Vertrag oder Verjährung erhalten, nicht zum öffentlichen, sondern zum Privat-Rechte gehörig, allermasen nur diejenigen Verordnungen, welche zu besserer Einrichtung des gemeinen Wesens und Erhaltung des allerseitigen Wohls sämtlicher Unterthanen unmittelbar und auf eine in die Augen fallende Weise abzielen, für policeymäsig zu halten, nicht aber diejenigen, wo über die Rechtmäsigkeit einer Verjährung, oder die Auslegung eines Vertrages, oder Entwehrung des Besizes, oder Kränkung der natürlichen Freyheit, als wenn über die Zwanggerechtigkeit einer Mühle, eines Bakofens u. s. w. gestritten wird; wie denn der Pachtinhaber des fürstlichen Ritterguthes, ja die fürstliche Cammer selbst in gegenwärtigem Processe lediglich als eine Privatperson, die ihr einzelnes Recht verfolget, zu betrachten. Et alio tempore, cum nobilis musicam locare ausus esset, ita decidendi rationes subduximus. Obwohl, weil in denen Policey-Ordnungen spätes Nachtzechen verbothen, Kläger anführet, wie ihm, als der Obrigkeit, dahin zu sehen obliege, daß die Musik in gewissenhafter Leute Hände sey, also deren Verpachtung für eine Policey-Anstalt auszugeben, sich bemühet, daneben: daß in Städten niemand als öffentliche Stadtpfeifer aufwarten dürften, für sich anziehet; Dennoch aber und dieweil was denen Stadtpfeifern, als einer rechtmäsigen Zunft, in Städten nachgelassen, sich auf die Dörfer nicht erstreket, und die Ertheilung eines Verbiethungs-Rechtes für keine Policey-Sache zu halten, sintemalen, wenn man auf solche Weise schliesen dürfte, fast alles nur mögliche sich unter die Policey Sachen rechnen liese, übrigens da alle

und

und jede Spieleute, wenn sie über die Zeit in denen Schenken aufwarten, bestrafet werden können, leicht einzusehen, daß Kläger solchen Vorwand blos zu einem Dekmantel des daher einzuhebenden Zinses gebrauche, in der That aber ein Privilegium zu ertheilen, sich ermächtige; mithin dergleichen neue Anlage, wodurch die Unterthanen noch mehr belästiget, auch die wenigen Tage ihres Vergnügens und einer erlaubten Ergözlichkeit ihnen erschweret werden, zu verstatten bedenklich, zumal da sie seit undenklichen Zeiten sich diesfals in natürlicher Freyheit befinden. Denique Curia 22
Prouinciae Suprema relationem ad intimum principis consilium de Causis Pseudopoliticis d. 15 Iun. 1753 his verbis fecit: solchergestalt aber und da in denen Landes Gesezen denen Justiz-Collegiis insbesondere aufgegeben und anbefohlen ist, einen jeden bey seinem Rechte, Herkommen und Gerechtigkeit zu handhaben, wider Unrecht aber und Gewaltthätigkeit zu schüzen, die geklagte gewaltsame Entsezung, welche dem Spolio gleichkommet, schwerlich für ein Policeymäsiges, wohl aber ein nach allen Rechten verbothenes Verfahren zu achten ist, auserdem es der Landes-Regierung nicht schwer fallen dürfte, nach denen bis anhero mehrmalen geäuserten Absichten fast alle Justiz-Sachen in Policey-Sachen zu verwandeln. Zwar suchet gedachte Landes-Regierung zu behaupten, daß in Policey-Sachen nicht allemal auf das Herkommen zu sehen, sondern wenn eine Obrigkeit wahrnehme, daß ein solches Unordnung und andere schädliche Folgen nach sich ziehe, sey der Regierung eine Aenderung zu treffen, ja so gar von seiner eigenen vormaligen Anordnung abzugehen, gar wohl nachgelassen; allein es mag kein Herkommen, ohne Miteinstimmung derer Interessenten, mit eines oder des andern Theils Unrechte oder Schaden aufgehoben werden, und es würden Unterobrigkeiten solcher Freyheit unter dem Vorwande der Policey und des gemeinen Bestens, zu ihrem Nuzen und der Unterthanen Nachtheil, sich gar bald statlich bedienen, ja es würde künftig fides iudicialis leiden, wenn Unterrichter ihre vormaligen gerichtlichen Handlungen unter sothaner Bemäntelung wiederrufen dürften. Sed manum de tabula.

OBSERVATIO DIII.

De Particula Von *nostris Temporibus Nobilitatis Charactere.*

In nobilibus eadem nominum, quae Insignium Origo et omnino eadem ratio.

Quo

Quo tempore Insignia et nomina gentilitia esse coeperint?
Iam anno 1399 haec Particula nobilitatis signum habita.
De differentia inter Von *et* Zu.
Haec Particula De *siue* In *non efficit nobilem.*

1 A praediis et beneficiis nomina nobilibus venere. Qui dubitet, is euoluat librum vulgarem, in quo omnes pagi in Germania notati et villae, cui libro titulus: Geographische Reise und Post-Lexicon, vbi manu deprehendet, nomina nobilium esse nomina pagorum. Audiamus praeterea ADAMVM VRSINVM (In Chronico Turingiae apud Menken. Script. Rer. Germ. Tom. 3. p. 1241. adde SPANGENBERG in der Henneb. Chronic. lib. 2. c. 8.) Die ehrbare Leute empfiengen ihre Namen von den Dörfern, darinnen sie gesessen waren. Idem de suis Scotis narrat HECTOR BOETHIVS (Lib. 12. p. 256.) *Volens rex, vt, quod antea non fuerat, aliarum more gentium, a praediis suis cognomina caperent.* Hoc verissimum esse, ipsa nomina militum probant desinientia vt plurimum in Feld, Od, Aue, Dorf, Bach, Thal, Berg et Hausen. Quid? quod hodie adhuc Galliae nobiles vnice a praediis cognominantur suis, vnde saepius fit, vt alio nomine pater, alio filius vtatur, et duo fratres cognomina diuersa habeant, prout praedia adquisiuerunt. Iam vero, quoniam certum est, cognomina sua milites a praediis accepisse, nonne si pictura in clypeo cum militis nomine conuenit, hoc clarissime commonstrat: nominis, clypeique eandem causam esse, siue picturas in clypeo, hoc enim probare volumus, a praediis oriri? Nam a beneficiis nomina, a beneficiis etiam sua milites insignia acceperunt. Vtraque ergo eodem modo praedium loquuntur, vnde clypeus, vt ita dicam, pictum nomen est et colorata vox. Comites de Henneberg et nomen et insignia acceperunt a terris, quibus ornati erant. Comites de Geyersberg miluium et montem, a regione, quae ita signabatur; Comites de Löwenstein leonem cum lapide in scuto gerunt. In his omnibus, vt facile vnusquisque intelligit, quod clypeus, idem et nomen refert. Interdum non clypeus, attamen galea loquitur. Nam et galea quidam inuestiti. Quod si fieret, imago pagi seu villae ei imponebatur, siue *Klenodio* exornabatur galea, quod eodem modo beneficium et regionem clientelari lege concessam, tanquam signum referebat. Hoc audentior facile ex ipsa verbi notatione confirmauerit. Nam cum praedia Ode vocarentur, eiusmodi

modi vero imaguncula *Kleinod* diceretur, ſiue feodum paruum, facile patere dixerit, hoc Klenodium nihil aliud eſſe, niſi veri et maioris illius praedii indiculum.

Hodie quidem, poſteaquam hae picturae praediorum ſigna eſſe deſie- 2
runt, in iis tantum familiis, quae ſua bona a longiſſimo tempore retinuerunt, aequiuoca arma ſupereſſe cernimus; in iis contra, quae bona ſua auita paternaque diſperdiderunt, aliaque ſibi compararunt, res quidem ſe aliter habet. Sed hodierni mores, nos, qui antiquiſſimos inueſtigamus, nihil omnino remorantur. Apud maiores vero noſtros et veteres Anglos et Francos inſignia ad vnum omnia aequiuoca fuiſſe, ſiue ad nomen alludentia, non mea auctoritate confirmo, ſed doctiſſimorum, qui plus in hac arte, quam caeteri omnes viderunt, ſapientiſſimorumque virorum teſtimoniis, MENESTRIERII *Methode raiſonné du blaſon p. 273.* EIVSDEM *Recherches du blaſon pag. 295.* ſcilicet, atque BISSAEI *Notae ad Vptoni libros de ſtudio militari p. 51.* qui, quo altius ad antiquiora adſcendas tempora, eo te plura aequiuoca arma deprehenſurum eſſe, et initio ſine exceptione omnes clypei imagines cum nominibus militum conueniſſe, exacte eruditeque demonſtrant. Verum adhuc propius ad approbandam opinionem noſtram accedit SPELMANNI in *Aſpilogia p. 28.* clariſſimi viri, auctoritas, qui originem inſignium feodis adſcribere non dubitat. Quid autem multis opus eſt, cum habeamus quotidianum et fere palpabile documentum in maioribus regum et potentiorum principum armamentis, quae videmus innumeris ſaepe imaginibus ſuperbire. Vnde tam magnus quaeſo imaguncularum numerus, niſi inde, quod regiones illi plures et terras poſſident? Plures enim poſſeſſiones, ſigna etiam plura deſiderant. Quo ditiones itaque quis ampliores tenet, eo copioſior caſſidum, imaginum et clypeorum multitudo, quae ſemper nouarum acceſſione terrarum augetur. At militi, qui vnum beneficium tenebat, ſimplex tantummodo ſcutum atque vnica in illo imago erat.

Ac de praediis hactenus. Cum autem praeter ea etiam dignitates, 3
officia et varia denique iura beneficii loco concederentur, etiam horum in ſcuto imagines expreſſae. Notiſſimum huius rei exemplum inſignia Principum Electorum praebent, in quibus primarium locum illa imago occupat, quae Archiofficium exprimit. Sed non ſolum archiofficia, ſed etiam hereditaria nobilium munera, depingi in clypeo ſolent. Quae cum apud nos notiora ſint, malo potius quales in Gallia fuerint officiorum heroicae teſſe-

rae? ex MARCI VVLSONII libro, *Science heroique cap. 47. pag. 536.* qui depictas illas et incisas in aes latius interpretatur, referre. Ostendit eo loco Comitem stabuli Francicum, gladios duos gerere; Praefectum rei nauali duas anchoras; Cancellarium in casside personam regali habitu dextra sceptrum tenentem; Camerarium duas claues; Venatorem buccinas venatorias duas; Buticularium lagenas. Gallico scriptori iungam ex Germanicis MARKARTVM HERREGOTIVM in *Genealogia diplomatica Habspurgicae gentis lib. 1. cap. 17. §. 18. pag. 102.* qui ministeriales Austriacae domus in clypeis officiorum suorum insignia, quam constantissime adhibuisse scribit. De iuribus autem in feodum concessis et expressis in clypeo haec MEGISERI in *Annalibus Carinthiae pag. 1778. adde* MENOCHIVM *Consil. 1253. n. 29.* verba testantur: Die Mortaxen zu Portendorf, welche nach Absterben derer von Portendorf die Freyheit gehabt im Lande Kärnthen zu brennen, so lange die angehende Herzoge die Lehen verliehen, deswegen sie auch Zwey Beyl in Wappen führen. Idem AVCTOR p. 1727. Die von Gradegk haben von Alters her die Gerechtigkeit gehabt, alle Wiesmaten abzumähen, so lange der angehende Herzog auf dem Stuel Lehen verliehen, und diese führen auch eine Sichel im Wappen.

4 Tandem, artificiale argumentum quidem, sed longe verissimum, per quod feoda insignibus originem dedisse, si quis rem subtilius penetrauerit, illico patescat, a mutatione frequenti tam nominum, quam heroicarum tesserarum, in medium producam. Puto omnibus satis cognitum perspectumque esse, neque nomina familiaria quondam, neque arma gentilitia fuisse, sed alio nomine patrem, alio filium designatum. Si quis dubitet LEVBERVM in *Disquisit. de stapula Sax. n. 623.* audiat: *Tempore Ottonis secundi* seynd die Geschlechts Namen noch nicht in sonderlichen Brauch gewesen. Idem dicendum de insignibus, quae duo fratres saepe diuersa habuisse, sigilla vetera aliaque monumenta ostendunt.

5 Huc vsque igitur Clypeorum et nominum, quae milites gerunt, eandem originem, immo clypeum et nomen nihil aliud, nisi titulum militis esse demonstrauimus; dictum etiam, illas in clypeo et galea figuras non inanes merasque imagines, sed rei cuiusdam, nempe beneficii concessi, documenta videri. Ex quo sequitur, eum, qui militiam non haberet, hoc est, nullo exornatus esset beneficio, nec titulo seu nomine praediatorio, nec pictis armis vti potuisse. Iam cum beneficia, primis temporibus, non ad posteros transmitterentur, sed cum vita clientis exspirarent, fieri sane non potuit,

potuit, vt insignia illa diu in vna familia perdurarent. Nam si corpus, nempe feodum, e medio sustuleris, nonne et vmbram auferes? Quemadmodum igitur ipsa beneficia, ita et insignia quondam caduca et ambulatoria erant. Nunc autem res se aliter habet. Nam illae in clypeo figurae non *villas* amplius et praedia, sed nobilium familias declarant; hoc est arma, quae realia quondam, nunc gentilitia facta sunt.

Iam si quaerimus, quonam tempore haec insignia siue quod eodem redit, Nomina nobilium hereditaria facta sint? respondent omnes, id *Henrici Aucupis* tempore accidisse, qui institutis militaribus ludis, quae torneamenta vocant, artem heraldicam excoli iusserit, et reges insignificulos creauerit, qui vnicuique peculiarem in clypeo imaginem aut darent, aut confirmarent, aut denique augerent. Sed hanc vulgarem, at omnino falsam iamdudum GVNDLINGIVS in *Henrico Aucupe* §. *21. pag. 113.* opinionem refutauit. Nam multis post *Henricum* annis saepe alio patrem, alio filium clypeo nomineque vsum esse, prout feoda possiderent, DVELIVS in *Hist. Ordin. Equit. Teut. P. 3. n. 10. pag. 82.* egregie demonstrauit. Itaque cum vulgaris opinio, quae insignium perpetuitatem a torneamentis et hastiludiis ab Henrico Aucupe institutis repetit, non teneat, quaerendum nobis est recentius seculum et rei origo propior indaganda. Magnum sane est et arduum quod molimur, res omnium consideratione dignissima: nempe quo tempore insignia perpetua esse coeperint? quaerimus. In hoc labyrintho non tam historia magistra, haec enim tacet, quam potius rationis ministerio et ope eorum, quae antea proposuimus, ad ea tempora, quibus beneficia hereditaria facta sunt, deducimur. In Italia quidem hoc quando factum sit certissime scimus, cum *Conradi Salici* constitutio anno 1037. perlata superfit, quae ad filios nonsolum, sed etiam fratres beneficia vt peruenirent, indulgentissime et liberaliter edixit. *I. F. 1.* §. *1.* Hoc est illud Conradi edictum, in quo mihi reperisse puto, quod anteriores in hastiludiis. Nonne enim intelligis necessarium fuisse, vt, cum per hanc legem beneficia propagata sint ad posteros, nunc quoque ad eosdem insignia peruenirent? 6

Nunc de militum cognominibus dicendum venit, quae vt antea diximus, coaetaneam habent natiuitatem cum armorum insignibus. Et antiquissimis quidem temporibus quemadmodum arma, ita etiam nobilium cognomina non semper eadem fuerunt, sed, vt quisque beneficium, praediumve obtineret, mutabilia. Cognomina enim milites, familiari nomine vtplurimum omisso, assumebant a feodis. Hinc aliter fieri non potuit, quin fortuita, 7

tuita, caduca et ambulatoria eſſent. Nam cum beneficia non in perpetuum omni familiae commodarentur, ſed perſonalia eſſent, facile intelligitur, nec nomina tranſire ad heredes poſterosque potuiſſe. Si autem quaeritur, quo tempore cognomina haec a beneficiis deſumta, gentilitia perpetuaque facta ſint, varia eſt doctorum hominum reſponſio. VBBO EMMIVS in Schediasmate *de Nominibus familiarum Nobilium in Friſia* Seculo IX et X. eorum perpetuitatem coepiſſe coniicit. HICKESIVS *in Introduct. ad Theſaurum Linguar. Sept.* initium eorum aeuo, quo cruce ad Palaeſtinam recuperandam omnis Europa ſignabatur, quaerit. MEINDERVS *in Obſerv. de nominibus et cognominibus Germ. Tom. VI. Miſcellan. Lipſ. p. 1.* ſibi ipſe non conſtat, et mox Seculo XI. mox demum Seculo XIII. et XIV. certa, quae fluxa antea, conſtitiſſe arbitratur. Si quis noſtram ſententiam interroget, non erit difficilis, ad hanc interrogationem reſponſio. Nempe in Italiae et quibusdam Germaniae feodis, non tamen omnibus, factum hoc videtur eadem *Conradi Salici* liberali lege, qua feodi poſſeſſionem filiis, imo omnibus a primo adquirente deſcendentibus, etiam fratribus munifice largitus eſt. Quod vno ſeculo poſt ad omnes collaterales extenſum, tandem etiam in Germania inualuit. Nempe quo feoda tempore, eodem etiam nomina, inſigniaque hereditaria facta ſunt. Vixit ſcilicet hic Conradus Imperator ſeculo XI. quamobrem ſi demonſtrauero, hoc ipſo ſeculo, aut paulo poſt, militum cognomina gentilitia, perpetuaque facta eſſe, nemo, vt opinor, his coniecturis noſtris aſſenſum vlterius denegabit. Poſſum autem hoc probandi labore facile ſuperſedere, cum iam diu MABILLONIVS *De re diplomatica Lib. 2. cap. 7. §. 3.* idem ex inſtituto explanauerit, et hoc circiter Seculo cognomina hereditaria euaſiſſe ad liquidum confeſſumque perduxerit. Si quis autem Gallo forſitan diffidat, Germanicum ei ſcriptorem SCHANNATVM (In Buchonia veteri c. 3. p. 329.) adiiciam, qui ita diſſerit: „*Nobiles a plebeiis ſecernere aeuo illo, titulorum parco, quando apud* „*omnes vnum obtinebat nomen, res foret admodum difficilis* —— *donec tan*„*dem NONNVLLI ex iis ſub initium Seculi vndecimi* (NB.) *A PRAE*„*DIIS et loco dominii cognomentum acceperunt, qui vſus Seculo XII. magis* „*inualuit*“ Haec omnia cum ante ſolius rationis ope inuenerimus, dici non poteſt, quantopere hac hiſtoriarum cum noſtra doctrina conſenſu delectemur. Conueniunt autem haec teſtimonia tum inter ſe, tum etiam cum noſtra hypotheſi.

8 Reſtat vt moneamus, in Gallia et Anglia citius cognomina hereditaria facta fuiſſe, quam in Germania. Quamnam huius rei cauſam afferemus?

Quam?

Quam? niſi quod citius ibi feoda ad liberos caeteroſque agnatos peruenerunt; nam exemplo demum Gallorum et Anglorum ſucceſſio feodalis in Germania inualuit, ſi vera tradit GERVASIVS TILBERIENSIS (Otior. Imper. Dec. 2. n. 19. p. 943.) *Hic*, aiens, *legem inſtituit apud Teutones, vt militiae MORE GALLORVM ET ANGLORVM ſucceſſionis iure deuoluerentur ad proximiores agnationis gradus, cum antea penderent ex principis gratia.* Quo autem tempore apud Gallos, quo apud Anglos nomina militum ad poſteros tranſire coeperint, docet illud quidem MABILLONIVS *libro 2. de re diplomatica c. 7. §. 3.* hoc autem BVCHANANVS *libro 7. rerum Scoticarum p. 116.* At quod Germaniam attinet, imperialibus quidem in feodis ſucceſſio Conradi Salici lege, in caeteris autem, prouincialibus nempe beneficiis, aliquot ſeculis poſt ſucceſſio cum inualuerit, vt inferius Obſ. LXII. ex profeſſo oſtendam, facile patet, quo tempore haec noſtra particula **Von**, praedii atque dominii nota, militum nobiliumque quaſi peculium facta ſit. Nam ab eo tempore, ſi quis Tuſculanam villam clientelari lege poſſidendam in perpetuum accepiſſet, non ſolum ipſe ſe *Dominum DE villa Tuſculana*, ſubſcribere, (quod etiam antiquiores fecerunt) ſed etiam omnes eius poſteri, propter ſucceſſionis ſpem eodem nomine, iisdemque *inſignibus vti ſolebant.*

Neque tamen exiſtimandum eſt, hanc ſolam particulam nobilem effi- 9
cere. Nam multi etiam ignobiles hac voce vti, eaque ſuam patriam ſignificare conſueuerunt. Contra nobiles familiae quaedam, et illae quidem vetuſtiſſimi generis, hanc ſuis nominibus notam non praefigunt, vt *Loeſeri, Tritſchleri, Boſii, Grotii, Spigelii, Mezſchii* aliique. Non ergo propria haec et plane neceſſaria nobilitatis nota, ſed eiusmodi, quae addi, omittique poſſit. In litteris, quibus imperator nobilitatem confert, hanc formulam: *Concedimus tibi poteſtatem, vt honorificam particulam DE nomini tuo praefigere queas*, aut ſimilem huic, nunquam inuenies. Libero itaque recens creatorum arbitrio relictum eſt, vtrum hoc nominis augmento vti velint, nec ne? Sed ſolent plerumque hac illuſtri particula nomen amplificare ſuum, tum quod vulgus huic potiſſimum particulae omnem nobilitatis vim ineſſe et verbulum hoc efficere militem ſtulte exiſtimat, tum quod ipſi nobiles hanc ſyllabam non leue nominis ornamentum putant.

Quaerens autem tempus illud, quo apud vulgus nobilitatis nota haec 10
vocula eſſe haberique coeperit, non hodie demum aut nudius tertius, ſed iam aliquot abhinc ſeculis hanc particulam aliquid eſſe, et nobilem perfi-

cere creditam esse, reperii. Intellexisse enim hoc mihi videor ex quibusdam epistolis, quas superstites ex antiquitate CRAMER, in suo *de Nobilitate auita* libro repetiit. Nempe in appendice huius libri litteras vides, quarum aliae *Raupero* cuidam nobilitatem adimunt, aliae attribuunt. Primum quidem mareschalli de Oberndorf litterae reperiuntur, ad ipsum hunc *Rauperum* von Rosenhart scriptae, in quibus ille hunc nobilem esse negat, eaque de causa *Rauperum* nostrum, non strenuum virum, non dominum *de* Rosenhart sed omissa vocula Von, vti plebeium ita alloquitur:

> **Rapper Rosenhart!** als du mir geschrieben hast, das han ich wol vernommen —— und han den Brieff, den du mir gesendt hast, tragen fur Herren, Ritter und Knecht; und han die verhören lassen, und han an den erfahren, daß dein Helm, noch keines Rosenharts Helm, an keinem Theil zu dem Turnay nie kommen ist in diesen Landen; und kundt an den Ritter und Knechten, die dazumahl den Brieff hörtend lesen, nie erfahren, wie du gewapnet warest in Schild oder uf Helm.

In hac epistola, quae *Rauperum* nobilem esse negat, omissa hac nobilitifica, vt ita dicam, particula tantum RAPPER ROSENHART, vt plebeius, salutatur. At reliqui, qui in eadem Crameriani libri appendice pro Rauperi nobilitate *no. IV. V. VI. VII. VIII.* IX. *X.* litteras scripserunt, quibus eum generosa progenitum stirpe attestantur, omnes *Rauperum* von Rosenharz appellant. Haec indicio sunt, iam anno 1399. quo hae litterae scriptae sunt, hac vocula nobiles se a plebeiis secreuisse.

II Et hactenus huius paruae vocis tam originem, quam vim et potestatem docuisse placuit. Habebam equidem praeterea quaedam, de differentia inter **Von** et **Zu**, in aduersariis meis, quae tamen, ne plagii accuser, malo ESTORIS in his rebus versatissimi, verbis, quibus mihi vere omnem dicendi materiam praeripuit, in medium proferre, quam meis. Pleraque ergo quae sequuntur deprompta sunt ex eius Selectis Opusculis aliisque scriptis, quorum mihi haec primum occurrunt (Auserlesene kleine Schriften, 1 Band, p. 7.) Uebrigens, inquit, ist wegen des Namens Schweinsberg, den die Schenken noch bis diese Stunde führen, zu erinnern, daß sie sich Schenken **Zu** Schweinsberg nennen, und nicht **Von** Schenk, auch nicht von Schweinsberg —— —— Bey den Niederländern ist das Wort

Zu

Zu mehr, als das Wort Von, gestalten sie durch das erstere die Gerichtsbarkeit über den Ort, zu dem sie sich schreiben, andeuten; durch lezteres aber verstehen sie ein ordentliches Guth, von dem sich zwar einer schreibt, aber über selbiges keine Jurisdiction hat. Wiewohl diese Anmerkung in Deutschland nicht Plaz greifet; immasen sich wohl die mehresten Adelichen Von nennen, deren doch gar viele die Gerichte über ihren Namens-Ort haben. IDEM eodem in libro p. 818. seq. multa profert de hac voce, quae tamen non transcribo. Alio loco, pagina scilicet 822. ita commentatur:

In Oesterreich haben sich vor Zeiten gar viele Geschlechter geradeweg, und nicht Von geschrieben, wie aus DVELIVS Schriften zu erlernen stehet. Jedoch bedienen sich auch heutiges Tages noch einige adeliche Familien des Wortes Von nicht, als das alt-adeliche Geschlecht derer Groten in dem Lüneburgischen.

Et pagina 824.

Einige schreiben sich zugleich Von und Zu, als die Herren von und 12
zu Gymmich, nebst vielen andern, siehe Johan Seiferts Genealogie hochadelicher Eltern und Kinder p. 60. Einige gebrauchen sich auch des Wortes Aus, zum Exempel: Otto Christoph aus dem Winkel.

Idem alio in libro, qui inscribitur Anmerkungen über das Staats- und Kirchen-Recht §. 596. 597. 598. 599.

Ich würde hier eine große Menge Anmerkungen zu machen finden, 13
daß die Nachgebohrnen theils schlechtweg sich von Hause geschrieben, theils Jungherren, theils Kinder von diesem oder jenem Hause, theils Grafen, wenn der Erstgebohrne ein Fürst gewesen. Dies aber verdienet beobachtet zu werden, daß bey dem gräflichen Hause Sain die erstgebohrne Linie sich Grafen Zu Sain, die Nachgebohrne hergegen blos Von Sain sich geschrieben —— —— Zwischen dem Bischofe und der Stadt Speyer ist gestritten worden, ob jener sich schreiben könne: Bischof Zu Speyer? Den Titel: Bischof Von Speyer hat die Stadt nicht in Zweifel gezogen. Siehe IMHOFS Notitiam Procerum Imperii. Der regierende Herr eines Hauses heiset unstreitig: zum Exempel, Herzog Zu Sachsen; hergegen die abgefundenen Herren schreiben sich, zum Exempel: Von Sachsen:
Adde et illa eiusdem diligentissimi obseruatoris verba: Besage der erneuer- 14
ten

ten Reichs-Hofräthlichen Tax-Rolle, folget dem Grafen-Stand die Frey-herren-Würde, immasen diese, ohne die Canzeley-Sporteln mit 2000 Gulden erhoben werden muß. Hiernächst stehet der Titel eines Edlen Herren, als welcher 1000 Gulden kostet. Ein Ritter-Brief wird mit 300 Gulden bezahlet. Die Erhebung in den Adel-Stand beträgt 130 Gulden: Edler von einem Ort zu heisen, erlanget man vor 100 Gulden. Wer sich nur gerade aus Von, Auf, oder Zu schreiben wil, der bezahlet vor sothane Gerechtsame 30 Gulden. Jedoch sind bey allen diesen Posten die Canzley-Gelder besonders, und nach jeder Standes-Erhebung geringer oder größer.

Caeterum cum hac praesente Obseruatione iungenda est inferior DLXXXVIII. et DLXII.

OBSERVAVIO DIV.

Medicis praeparatio *medicamentorum*, *non solum arcanorum verum etiam vulgarium, vix interdicenda*; *sed* venditio *prohibenda et nundinatio remediorum vulgarium.*

Attamen dispensatio *moderata etiam vulgarium remediorum permissa.*

Chirurgiam medici extra casum necessitatis non exerceant.

1 Inter ipsos medicos nonnulli in propria viscera et erga filios suos adeo iniqui, vt omne, quod manu in medicina paratur, pharmacopolis atque chirurgis relinquendum censeant, quasi doctore indignum videatur carbones folliculo sufflare et pistillum mortarii vertere. In qua tamen re ego sorditiem adeo nullam video, vt potius vix aliam rem corona ciuica digniorem existimem, quam remedii salutaris inuentionem, omni triumpho et victoria ab haereticis, etiam stupidissimis et pertinacibus, reportata aut alia re gloriosa longe praestatiorem, vtpote quae non vni populo, sed hominum generi vniuerso in commune et in perpetuum prosit, vnde nec regibus, nec marchionibus, principibusue pudori fuit, igni chymico assidere et remedia meditari, quibus vita hominum prouehi, dolores vero, epilepsia, caecitas, vlcus venereum, calculi vexae, ipsa pestis denique in hominibus
2 non solum, sed animalibus quoque auerti, imminuique possent. Aeque infir-

infirma mihi videtur alia quorundam ratio, quamobrem officinalem laborem doctoribus interdicunt, scilicet quod eum auocare putant a librorum lectione, ab vlteriori, eoque puro et casto, Aesculapii cultu, denique ab aegrotorum cura, si, quod supersit tempus, manuali opera consumant. Etenim hoc omne tantum de celebrioribus in maiori ciuitate medicis, non de minoribus artem in opidulo facientibus, valere poterat, quibus temporis non tanta penuria; nec audio, si dicatur pharmacopolis medicamentorum 3
administrationem propterea relinquendam esse, quod iurati sunt, cum pariter etiam medici iurent.

Sed grauiora premunt argumenta ex legibus prouincialibus orta, in 4
quibus primo adspectu et praeparatio et dispensatio remediorum medicis prohibita videtur, cum in illa die 12 Iulii 1750 perlata §. III. dicatur: Allermasen denn auch bey der in Städten und auf dem Lande sich täglich häufenden Menge der Medicastrorum, das von ihnen mit ihrer Unwissen- und Verwegenheit, wodurch sie manche Patienten um ihre Gesundheit, auch wohl gar um das Leben bringen, bishero und noch jezo anrichtende Unheil sich jemehr und mehr vergrößert, also wollen wir, daß solchen vor das künftige ernster Einhalt gethan, mithin keinem Doctori pullato, Empirico, Apotheker, Barbirer und Bader, die Unternehm- und Verrichtung innerlicher Curen, als welche denen rechtmäsig promovirten, examinirten und ad Praxin sich zu legitimiren fähigen Medicis allein vorbehalten bleibet, gestattet, mithin niemanden, so dessen nicht berechtiget, die zu nicht mindern Nachtheil des Publici, bisher angemasete Ausgebung von Medicamenten erlaubet, sondern die privilegirten Apotheken bey denenselbigen priuatiue zukommenden Rechte, Arztenenen zu dispensiren, gebührend geschüzet werde. Videmus vnicam legis rationem esse, vt metuendum ex imperitia periculum 5
a ciuibus et damnum auertatur, quod, cum in medico dispensante haud timendum sit, facile patet, hanc primariam legis rationem in praesenti quaestione penitus exulare, adeoque ipsam etiam cessare sanctionem. Neque enim interdicitur in ea vel verbulo quidem, ne medici medicamenta faciant, ne distribuant, sed de medicastris agitur et aliis semicrudis hominibus, qui in medicina fere tales sunt, quales in iurisprudentia leguleii et rabulae habentur. Horum omnia plena, Nam

Fingunt se medicos, quiuis idiota, sacerdos,
Iudaeus, monachus, histrio, rasor, anus.

In nouiori autem edicto, die 13 Sept. 1768 promulgato, §. 13. hoc sancitur:

Und wie hiernächst in berührtem Generali (d. a. 1750.) allen und jeden, so dessen nicht berechtiget sind, die Ausgebung der Medicamente, welche zu dispensiren denen privilegirten Apothekern alleine zukommet, bereits untersaget worden, also sollen auch diejenigen Arztenei) Mittel, über deren Verfertigung und Verkauf besondere Conceßionen ertheilet werden, auser denen Leipziger und Naumburger Messen, ingleichen denen Jahrmärkten, bey Strafe der Confiscation weiter niemand als denen privilegirten Apothekern allein in Commißion gegeben, und solchemnach alle Kauf- und Handelsleute, auch andere, welche dergleichen bis anhero in Commißion gehabt, weiter nicht verkaufen, solche vielmehr entweder an die Verfertiger derselben, als welchen der Verkauf sothaner ihnen concedirter Medicamenten noch ferner frey bleibet, alsobald zurük senden, oder längstens in 14 Tagen bey ei-
6 ner privilegirten Apotheke einlegen. Quibusnam hic venditio medicamentorum interdicitur? Mercatoribus. Medicis enim pharmacopolae non opponuntur, sed subordinantur, quoniam vtrique vnius eiusdemque professionis, et medici pharmacopolarum quasi capitanei, ipsi autem doctorum et chirurgorum ministri sunt, ex quo colligimus medicamentorum moderatam dispensationem inuentoribus in arte peritis, adeoque etiam medicinae doctoribus, si non nominatim et diserte permissam, certe tamen non esse prohibitam. Inuentori Arcani cuiusdam remedii lucrum inuidere, quid quaeso aliud, quam, ne quid vlterius quaeratur, impedire et sic ingeniis repagula figere, iis peculium diligentia, sudore, vigiliis et magno interdum patrimonii dispendio partum subtrahere, dignissimam denique artem iuri bannario siue angustis cancellis opificialis coactionis includere, quod nolim
7 fieri, quia potius, vt artes efflorescant, praemiis opus est. Nemo facile fabro interdixerit, ne sibi ipse malleum faciat, si velit possitue, aut incudem, nec succensuerit scribae, si pennam acuat, nec chirurgo, si emplastra coquat, cur soli medico non liceat materiam, qua in arte, tanquam instrumento, vtitur, formare, inprimis cum ab initio statim medicamenta medici fecerint et secum apportarint, si quidem PAVLVS in *L. 18. §. 10. ff. de instruct. et instrum.* medicamenta instrumentis medici annumerat, atque idem in Recept. Sent. lib. 3. tit. 6. §. 62. ita pronunciat: *Instrumento medici legato, collyria et emplastra et apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, item-*
8 *que Ferramenta, legato continentur;* ne commemorem medicum remediorum praeparatione se magis perficere et ipsa medicamenta in manu periti, viriumque et efficaciae singularium partium gnari, posse quotidie in melius prouehi et facilius emendari, quam si ab opifice idem mechanice fiat,

nec

nec mihi perſuadeo pharmacopolas ſua manuaria dexteritate vnquam re-
media *talia* excogitaturos fuiſſe, quae ſubtili inueſtigatione et experimentis
variis STAHLIVS, HOFMANNVS, MYNSICHTVS, THEOPHRASTVS,
HELMOLDVS aliique poſteris reliquerunt. Non pharmacopolae talia
praeſtare, quia ob curationem morborum iis interdictam, omnis occaſio de-
ficit, remedii a ſe inuenti, ne in vili quidem anima, experimentum faciendi.
*Niſi ita*que ingenio peritorum, immo ipſi arti, velimus vincula iniicere, 9
non debet praeparatio medicamentorum inuideri medicis, nec ſubtrahi
ſcholis Chymiae profeſſio, quae praeparationem et, quorſum in officina-
rum viſitationibus animum intendere debent, candidatos doceat. Non pot-
eſt autem de re *confecta recte* iudicare, niſi qui ipſe talem confecerit, et
intimum materiae ſeceſſum penetrauerit. Licet ergo valde ad id inclinem, 10
vt ſine *omni exceptione* medicis et praeparationem et venditionem reme-
diorum permittendam putem, idque etiam pauperum gratia, quoniam me-
dicus, vtpote nullis ciuilibus tributis et oneribus, ita vt pharmacopola, ob-
noxius, leuiori pretio dare medicamenta poteſt, nec tam pretioſa exiſtit cu-
ratio, quam ſi medicus ſoſtrum, pharmacopola lucrum petat, tamen, ne
quid legibus prouincialibus contrarium ſtatuere videar, quaſi medium fe-
riens, primum inter vulgaria medicamenta, et inter arcana differentiam con-
ſtituo atque ſic definio: medico cocturam et praeparationem medicamen- 11
torum tam vulgarium quam arcanorum nullatenus a pharmacopolis inter-
dici poſſe, ſed nundinationem non inſtituere, nec quaeſtum facere debere
ex venditione medicamentorum vulgarium. Nam cum pharmacopolis 12
interdictum ſit praeſcribere, aequitas poſtulare videtur, vt neque medici
vendant et veram officinam exerceant; deinde ſi omnibus neceſſariis phar-
macopolarum officinae inſtructae eſſe, ſi, quae tempore comeduntur et
vileſcunt, remedia quotannis reparare debent, opus eſt, vt etiam emtores
habeant, nec ipſi medici praeripiant iis diſtractionem et venditionem no-
minatorum remediorum, vt pillularum vulgarium, aquarum deſtillatarum,
emplaſtrorum communium, ſi quidem ſatis inſtructae officinae vix eſſe poſ-
ſunt, ſi priuatam doctor quilibet officinam exerceat. Itaque quod nomi- 13
nata remedia et vulgaria attinet, nolim quaeſtum iis vendendis faciant me-
dici, at coquere non ſolum ea et praeparare, ſed et donare permitto, vn-
de ſi medicus gratis medicamenta quaedam etiam vulgaria aegrotis erogat,
etiamſi eo ſoſtrum fortaſſe per indirectum creſcat, tamen contra ipſum actio-
nem pharmacopolis denegauerim. Quod autem arcana attinet, ſi ſapiunt,
pharmacopolae haud conquerentur, quod horum etiam nundinationem

 docto-

doctoribus permittam. Quid enim si non permiserim, anne pharmacopolis inde commodum? ne minimum quidem; cum arcani inuentor non dubitauerit Cameram principis adire et pro canone annuo sibi hanc nundinationem expetere. Ergo cum ingenti damno pauperum crescet pretium et, quod pharmacopola sperabat, commodum solus fiscus habebit. At dixeris, hoc interdicendum esse camerae, ne faciat. Imperite loqueris, mi bone! Quam autem posui, distinctione seruata, dubitationes ortae ex legibus prouincialibus, in quibus pharmacopolis venditio medicamentorum priuatiue concessa, sine claustris aut vinculis medicae et litterariae libertati iniectis
14 commode diluuntur. Iterum dico, non adimunt prouinciales leges medicis medicamentorum praeparationem, si vero adimerent, istas inter effectu impossibiles retulerim i. e. tales, quas seruari non posse, periti facile perspiciant. Quis autem leges effectu impossibiles praesumat aut optet.
15 Ad confirmandam opinionem nostram rescriptum electorale a BOHNIO *de Officio Medici p. 433.* allegatum placet transcribere: **Was aber anlanget diejenigen geheimen Arzteneyen, so bleibet solche denen Medicis für sich** priuatim **zu laboriren, auch denen Patienten damit zu dienen —— allerdings unbenommen,** et aliud Decretum d. d. 12 Iulii 1677. in causa pharmacopolarum et medicorum Dresdensium eadem apud BOHNIVM pagina: **Also erklären wir uns nochmals Kraft dieses wohlbedächtig und gnädigst, daß wir die in denen Apotheker-**Priuilegiis **befindliche** prohibition **auf** promotos medicinae doctores, **so viel die Präparirung und Verkaufung ihrer geheimden Arzteneyen betrift, keinesweges verstanden, sondern sie sowohl bey ihrem dem Publico zum Besten abzielenden Fleiß und Befugnis, als auch die Officinen bey ihren Privilegien geschützet wissen wollen.**

16 Quod autem chirurgiam attinet, licet illam ipsi quondam medici exercuerint, *L. 7. §. vlt. ff. ad L. Aquil. Lib. 4. §. 2. ad L. Cornel. de Sicar.* BRISSON. *Select. Iur. Antiquit. lib. 2. c. 4.* tamen, cum in illa agilis manus et continuo vsu exercitata plus, quam sola scientia, valeat, potest quidem sub directione medici operatio fieri, ipse autem manum non adhibeat, nisi in casu necessitatis, si chirurgus haberi nequeat. Tunc enim, si manu operatus fuerit medicinae doctor, nulla ob id chirurgis competit actio.

17 Consulendi de hac tota quaestione, LVDEWIGIVS in *Institutionibus Medicinae Forensis* §. 57. 68. 69. 70. ALBERTI *Iurisprud. Medic. Tom. 1. Part. 2. p. 621.* THOMASIVS *disp. de iure circa Pharmacopolia c. 2.* Vide etiam Obseruationem sequentem nec non superiorem CCLXI.

OBSERVATIO DV.

In edicta nouissima de re medicinali verecunda consultatio.

Sine lucri spe amicum consilio medico iuuare, etiam profanis permissum.

Liceat mihi super verba nouissimi edicti §. XII. daß alljährlich gedrukte Catalogi, darinnen die Nahmen aller derjenigen Medicorum, welchen praxin medicam zu exerciren, und Recepte in die Apotheken zu verschreiben, gestattet wird, angemerket zu befinden, heraus gegeben und in denen Officinen jeden Ortes affigiret werden sollen, und haben solchemnach die Apotheker bey Strafe von 10. 20 und 30 Thalern unter keinerley Vorwande einige andere Recepte, als diejenigen, welche von denen in sothanen Catalogo enthaltenen Medicinae Practicis, anzunehmen. Item §. II. edicti d. a. 1750. daß kein Apotheker, Barbier und Bader die Unternehmung und Verrichtung innerlicher Curen, als welche denen rechtmäsig promovirten, examinirten und ad Praxin sich zu legitimiren fähigen Medicis allein vorbehalten bleibet, gestattet, vielmehr auf derer erstern Unfug von jedes Ortes Obrigkeit genaue Aufsicht geführet und jeder derer darauf betretenen jedesmal mit 5. 10. 20 Thalern, auch einer höhern Geldbuse oder proportionirte Gefängnis-Strafe, ohne Ansehen der Person oder Nachsicht, beleget werden sol, philosophias aliquas garrire et quid mihi initio statim, cum ista legerem, in mentem venerit, publicare, vt peritioribus, si operae pretium videatur, repetitas cogitationes subeundi, inde occasio nascatur. 1 Nec vereor enim, ne quisquam ideo impietatis me accusauerit, qui ipsum IVSTINIANVM de suis legibus: nonnunquam a iudicio discordare effectum et saepius euenire, vt, quod credebat coniectura prodesse, experimento inueniatur inutile, professum esse recordetur. 2 Praeterea si tale obtrectator quisquam mihi vitio vertat, me SPINOSA, homo, si vnum execrabilem errorem exceperis, sapientissimus, in Tractatu Theologico Politico *p. m.* 227. defendat: *Si quis legem,* inquit, *aliquam non satis conuenire ostendit, et propterea eandem abrogandam censet, simulque suam sententiam iudicio summae potestatis, (cuius tantum est leges condere et abrogare) submittit, et nihil interim contra illius legis praescriptum agit, bene sane de republica meretur, vt optimus quisque ciuis. Sed si contra id faciat ad magistratum iniquitatis accusandum et vulgo odiosum reddendum, vel seditiose*

ditiose studeat inuito magistratu legem illam abrogare, omnino perturbator est et rebellis.

3 Interdictum in lege, de qua agitur, ne quis *Recipe* scribat, nisi doctor legitimus. Ergo si schedulam, in qua *Rhabarbarum* poscam, famulus meus apothecario offerat, is mercem denegabit, quoniam meum nomen in sua officina non suspensum. Tale autem praeceptum, quo reditus opificis et victus quotidianus minuitur, vt, si obseruare velit, bona conturbare et egere cogatur, nescio an perennitatem habiturum sit, vtut poenis grauissimis munitum, quia in his similibusque caussis si vel stricto gladio mortem mineris, fraudes tamen nullo modo euitari possunt, vnde breui tempore huiusmodi leges marcescunt, quod ita euenturum esse dies docebit, si non iam docuit.

4 Aeque difficile, pharmacopolis omnem praescriptionem medicamentorum adimere, quia licet coniectura hoc credat prodesse, vsus tamen et experientia id omni ex parte seruari et optatum exitum habere non posse, docebit, cum rustici historiae litterariae vt sciat, vbi peritus medicus habitet, plane incuriosi, potius pulchre pictas et deauratas Salomonis, aut Leonis aut Mauri imagines quaerant et, pro tenuitate facultatum suarum, nec possint, nec soleant prius medicum, sed proxime et continenter remediorum omnium locupletissimam penum nempe officinam adire ibique institoris opem implorare, quem silicem putauerim et inanimatum stipitem, si nec precibus nec suaui odore lucri moueatur. Hominem non satis nouit, qui naturam eius putet legibus subuerti posse. Poenas longe maximas existimo in ea re per ipsam negotii naturam frustraneas, nec vllum iurisperitum tam cautum et callidum fore, vt ineuitabiles fraudes praecauere possit.

5 Ne autem obstetrices et chirurgi curationes internas suscipiant, plane probo et veneror, si vna, quod optauerim, necessitatis exceptio admittatur. Finge in pagi cuiusdam angulo difficili in partu laboranti obstetricem subuenire et dolores compescere posse, si guttulas aliquas notissimi et vulgaris remedii infundere liceat. Nec fecerit illa tamen horrendam mulctam metuens, sed ex oppidulo centum a pago lapides dissito medicum arcessere debet, qui, si venerit, iam exanimatam repererit, vt taceam paucos admodum ita pecuniosos esse, vt equis missis medicum aduehere possint. Idem de chirurgis sentio, quorum operae externae raro proficiunt, nisi interna
6 curatio iungatur. Vnde initio statim, cum edictum legerem, mihi in mentem

tem veniebat, anne magis humanum videatur, obstetricibus et chirurgis innocuas quasdam potiones, quibus, neque aliis, ad suas tantum operationes vtantur, et remedia selecta permittere, a medicorum collegio facile ita excogitanda et praescribenda, ne possint vllo tempore nocere, at prodesse tamen. His Teutonicam quandam medicamentorum descriptionem, in qua eorum vsus et morborum natura breuiter indicaretur, eo modo, quo CHRISTIANVS FRIDERICVS RICHTER in libro Erkentnis des Menschen, Halensia descripsit, iungi eique Indicem Nociuorum praemitti velim v. c. *Sudorifera* sunt nociua in his vel illis morbis, *Purgantia* periculosa in hoc vel illo casu, *Venaesectio* vitanda in his vel illis morbis etc. 7
In Austriacis terris postquam omnis interna curatio chirurgis et obstetricibus interdicta fuisset, posteriores cogitationes legislatorem docuerunt, hoc interdictum reipublicae parum conuenire, vnde lege recentiori sublatum, sicuti SONNENFELSIVS in Grundsæzen der Policey §. 180. his verbis refert: Die Umstände der Krankheit sind manchmal so dringend, daß die Hülfe gegenwärtig seyn muß, und man nicht erst die Herbeyholung der Arztenenen, von einem oft einige Meilen entlegenen Städtgen, abwarten kan. Gleichwohl ist die Einrichtung einer Apotheke in jedem Dorfe ebenfals unmöglich. Aber es wäre wenigstens möglich, daß von der medicinischen Facultät gewisse gemeinnüzigere Hülfsmittel (v. c. medicamentis paedagogii Halensis similia) gewählet und verzeichnet würden, mit welchen die Dorfbarbierers, gleich als mit einer Art von Haus-Apotheken, versehen seyn müsten; eben so solten die Wehmütter diejenigen Arztenenen bey Händen haben, deren die nothleidenden Gebährenden (adde et infantes) am meisten bedürfen, auch diese solten von Arztenen-Verständigen verzeichnet werden. Es biethet sich hier von selbst eine Betrachtung an: 1) daß denen Wundärzten ein Studium des Innerlichen (quod, si ad sola vulnera sananda restringatur, non adeo diffusum sed curtum puto) nüzbar seyn würde. 2) Daß die auf das flache Land versendeten Wundärzte und Wehmütter beynahe geschikter seyn solten, als die in denen Städten, da diese im Nothfal sich bey Aerzten Raths erholen können, der jenen mangelt; besonders da vermöge der Verordnung vom 5 Novembr. 1764 denen Badern auf dem Lande die Ausgebung der Arztenenmittel erlaubet ist. Haec SONNENFELSIVS plane ex animi mei sententia et vt ipse rem sensu proprio et cogitatione ante conceperam.

Restat, vt de consilio quaedam adiiciamus. Si amico dixerim, saccharum depuratum mihi contra tussim profuisse, nec ipsi tale vendiderim, 8

mulctam non verear. Eadem in grauiori morbo ratio valebit. Scriptum enim edictum nouissimum contra imperitos lucri causa se medicos profitentes, non contra eos, qui caeteroquin innocui, amicos consilio iuuant. *Vide supra Obs. CCLXI.* Item memet ipsum licet curare quibuscunque remediis velim, nam et vestem propriam et calceos meos consuere si velim, id faciam absque vlla sartorum sutorumque inuidia. Iterum dico, edicta Saxonica contra eos scripta, qui quaestum faciunt plebem fallentes.

OBSERVATIO DVI.

Probatio contrarii, quam Reprobationem *dicunt, magis interdum nociua, quam proficua.*

1 Regula: *Actore non probante reus absoluitur*, fallit, si in Reprobatione a reo instituta testes aliquid dixerint petitori proficuum. Finge petitorem voluisse longi temporis praescriptionem pascendi per testes probare, hos autem probatoriales actoris testes rem, de qua agitur, plane nescire, adeoque nihil probatum esse. Sed rei testes, exercitati per petitoris interrogatoria, ex inopinato ad ea respondere: verum omnino esse quod libellus asserat, nempe petitoris pecudes triginta et plures annos in loco pastas fuisse. Anne noceat reo, cui tantum prodesse debebat, talis suorum testium inopinata depositio? Et nocere dixerim, quoniam testes per oblata interrogatoria quasi communes fiunt et iudicis probationem et reprobationem imponentis propositum non aliud est, nisi vt verum eruatur. Nec regula: actore non probante reus absoluitur, obiici poterit, quoniam actor per facta interrogatoria vtique probauit. BEATI PATRIS Anleit. Gerichts-Acta zu extra-
2 hiren II Abtheil. V Hauptst. §. 87. Secundum haec Mense Febr. 1770 rationes decidendi has subduximus: Dieweil Beklagtens eigene Gegenbeweis-Zeugen, welche derselbe, nachdem sie durch die von Klägern übergebene Fragestüken gemeinschaftlich worden, auch dergestalt wider sich gelten lassen muß, daß ihnen, in so weit sie etwas Beklagten nachtheiliges aussagen, in Ansehung dessen völliger Glaube beyzumessen, bey dem 54sten Gegenbeweis-Artikel versichern, daß Kläger seit rechtsverwährter Zeit den in der Klage angegebenen Ort behüthet und betrieben, mithin daraus die Wahrheit der Klage sich zu Tage leget; So ist ꝛc. Lucem haec capiunt quodammodo ex Obseruatione DI.

OBSERVATIO DVII.

Avus paternus ex filio praedefuncto nepotes non habet in sua potestate, adeoque iis pupillariter substituere nequit.

De ea re Mense Octobri 1769. mulieri cuidam his verbis respondimus: 1

Hat Johan Gotfried Starklof der ältere in seinem lezten Willen: 2
daß wenn sein Kindeskind, Christian Friedrich, so damals ohngefähr 9 Jahr alt gewesen, unverehlichet stürbe, von dessen Erbtheile zwey Drittel an Johan Gotfried Starklofen den jüngern, ein Drittel aber an Euch, als des Kindes Mutter fallen solle, verordnet, und als nach des Testirers Ableben, der Enkel in ledigen Stande Todes verblieben, so ist:

> Ob angeregtes Testament in Ansehung eurer, als des Kindes Mutter, für gültig zu achten?

rechtlicher Unterricht von Nöthen.

Ob nun wohl des Grosvaters lezter Wille als eine vulgaris substitu- 3
tio sich nicht betrachten lässet, sintemalen solche nur auf den Fal, wenn die zum Erben eingesezte Person die Erbschaft nicht angetreten, stat findet, hier aber der Enkel schon wirklich Erbe worden, und das Testament aner- 4
kant; hiernächst wenn Eltern über die Jahre der Manbarkeit ihren Kindern pupillarisch substituiren, wie alhier, da der Grosvater solche Aftereinsezung bis auf die Zeit der Heyrath erstreket, geschehen ist, hierdurch zwar nicht die ganze Sache vereitelt, sondern nur, weil das Unnüze dem Nüzlichen nicht schaden darf, so viel die überschrittene Zeit betrift, diese Verordnung ungültig ist, doch aber und hierbey überhaupt zu erwegen, daß ein Grosvater seinen vaterlosen Enkeln pupillariter zu substituiren 5
nicht im Stande, in mehrerer Betrachtung daß die Rechtslehrer

> CARPZ. *Decis. 172. Num. 9.*

welche, daß der Grosvater des verstorbenen Sohns Kinder in seiner Gewalt habe, behaupten, sich diesfals auf das römische Recht

> §. 3. *Inst. de patr. potest.*
> §. 1. *et* 4. *Inst. de pupill. substit.*

vergeb-

vergeblich beziehen, weil solches nur von denen Kindern eines filii familias anzunehmen, heutiges Tages aber Söhne, so sich durch Anstellung ihrer eigenen Haushaltung von denen Eltern scheiden, für gewaltfrey und emancipirt erachtet werden, folglich die von einem solchem gebohren sind, nicht unter Grosväterlicher Gewalt stehen, sondern so, wie bereits ihr Vater gewesen, sui iuris werden, immasen ihr Grosvater weiter nichts, als blos einen Vormund von ihrem Vermögen abgeben kan, solchem nach aber

Lex 41. §. 2. D. de vulgar. et pupill. substit.

hier einschlägt, in welcher, daß niemand seinen der väterlichen Gewalt entlassenen Kindern pupillarisch substituiren möge, enthalten, wie denn auch
6 die Meynung, daß bey einer solchen pupillarischen Aftereinsezung der Vater oder Grosvater des Kindes leibliche Mutter gänzlich übergehen könne, unrichtig,

Constit. Elect. 8. P. 3. et Decis. Elect. 42.

wannenhero ihr in den Gedanken stehet, daß weil ihr eures verstorbenen Sohnes natürliche Erbin worden, euch solch Erbschafts-Recht durch obige Aftereinsezung nicht entzogen noch gemindert werden könne, indem bekantermasen das Pflichttheil weder durch Fideicommis noch Substitution beschweret werden darf.

7 **Dennoch aber und dieweil**, wenn auch schon ein Grosvater denen von seinem verstorbenen Sohne ihm gebohrnen Enkeln um deswillen pupillarisch nicht substituiren kan, weil solche Aftereinsezung, wie in vorstehenden Zweifelsgründen weitläuftiger angezeiget, eine väterliche Gewalt zum Grunde sezet, und ob schon ferner, wie ebenermasen bereits erwähnet, der Fal einer vulgaris substitutionis gegenwärtig noch weniger vorhanden,
8 nichts desto weniger auf alle Fälle, die Sache sich als ein Fideicommis um so viel sicherer betrachten lässet, da die fideicommissarische Clausel dem Testamente beygefüget, mithin euer Sohn der fiduciarische, ihr aber und euer Schwager Johan Gotfried Starklof der jüngere, die beyden fideicommissarischen Erben abgebet, folglich ihr auch das bereits von euch selbst oder von eures Sohnes Vormunde anerkante Testament, schlechterdings beyzubehalten, und euch dem gemäs zu bezeigen schuldig, ausgenommen, wo selbst die Geseze euch wider solches einigen Vortheil vergönnen, indem ein lezter Willensstifter denen Rechten zuwider nichts verordnen darf,

L. 55.

L. 55. D. de legat. 1.

Dergleichen rechtlicher Vortheil auch unter andern dieser ist, daß so gar derjenige fiduciarische Erbe, so erst nach seinem Tode etwas abtreten sol, das Trebellianische Vierthel, wenn dessen Abzug in dem lezten Willen nicht ausdrüklich untersaget, zurük behält, 9

Rhaps. Obs. LVIII.

Ihr aber, als des verstorbenen Kindes leibliche Mutter, auser obigen, annoch das Pflichttheil, weil solches im mindesten nicht zu kränken, abziehen und vorbehalten, also eine in denen Gesezen nachgelassene doppelte Abkürzung vornehmen könnet, sintemal dieses, sowohl denen Kindern, als auch umgekehrt denen Eltern, vergönnet,

Rhaps. Obs. LVIII.

in übrigen, da der Erbe seines Erblassers Verordnung nachleben muß, 10
ihr das Testament nicht in einem Puncte annehmen, in einem andern aber verwerfen dürfet, solchemnach freylich die Abtretung geschehen muß, weil ihr selbst kein besseres Recht haben könnet, als euer Sohn von seinem Vater, der ihn bis auf das Pflichttheil gänzlich enterben konte, aus dessen gültigen Testamente erlanget hatte;

So ist zwar angeregtes grosväterliches Testament auch in Ansehung 11
eurer allerdings bündig, und seyd ihr Inhalts dessen eures Sohnes Nachlas zu zwey Dritteln, jedoch nur dergestalt abzutreten schuldig, daß ihr erst das Pflichttheil, sodann aber neben bey und über solches annoch zum andern das Trebellianische Viertel pro rata kürzen und abziehen möget.

OBSERVATIO DVIII.

Senatui defensorio nomine pro ciuitate agere non licet.

Sed et tribuni **die Viertels-Meister** *et, in opificum collegiis,* **die Obermeister** *syndicatus instrumento opus habent.*

Si senatus communi vrbis nomine de bonis communibus actionem instituat, opus est, vt ciuitas eum syndicatus instrumento exornet. Dixerint quidem consules et caeteri senatores, se bonorum communium legiti- 1

mos administratores esse, adeoque defensorio nomine illos tueri et ciuium iura eo modo, quo patronus ecclesiae, quasi iure aduocatiae, defendere, ESTOR Teutsche Rechtsgelahrheit *Tom. 3. §. 314.*

2 At respondeo, non maiorem potestatem habere in bona ciuilia senatum, quam iudicium paganum habeat in bonis vniuersitatis rusticorum. An iudicio pagano licere putas sine syndicatu pro vniuersitate litem susci-
3 pere? Sane, qui in iure Romano obueniunt Defensores Ciuitatum non ex decurionibus erant, sed ex municipibus eligebantur. *Lib. 2. et 3. C. de de-*
4 *fensor. ciuit.* Has ob causas a MENKENINO, qui *in Pand. lib. 12. tit. 1.* §. 4. ordini regenti ius obligandi ciuitatem tribuere videtur, secessimus, et cum in silua ciuitatis Reichenbacensis pasturam et viam sibi quidam arrogassent atque senatus oppidi aduersus eos actionem negatoriam instituisset, mense Octobri 1769. ediximus: Daß klagender Rath sich wegen der Bürgerschaft zu Reichenbach durch ein zu Recht beständiges Syndicat, bey 5 Thaler Strafe zu rechtfertigen schuldig.

Idem dicendum de Tribunis plebis (Vierthels-Meister) et senioribus opificiariis (Obermeister) qui sine Syndicatus instrumento non facile admittendi, nisi forte in minutis causis.

OBSERVATIO DIX.

De Ιδιοσυγκρασεια *causarum iudicialium.*

1 Saluete mihi etiam mortui, qui incomparabile illud sententiis iudicum inseri solitum et omni auro pretiosius verbum gestalten Sachen nach, sine quo viuere nolim, vtiliter excogitastis! De hac praeclara rationum omnium pandecte, de hoc mirabili titubantium in tribunali auxilio, quod commoditates secum longe maximas affert, in praesenti paucula dicam.
2 Primo turpem abusum et ridiculum formulae sensum demonstrabo, si aut iniquus iudex aut imperitus ea vtatur, deinde veram eius significationem, si peritus talem sententiam scripserit. Interdum enim aut iniquitatis, vt dixi, pallium aut, quod saepius euenire solet, ignorantiae integumentum est, quo non aliud, quam:

Hoc statuo, dicunt, nec possunt dicere quare?
Hoc tantum possunt dicere: sic statuo.

Inter-

Interdum enim vt verum fatear, haec formula non aliud inuoluit, nisi hoc: scimus quidem legibus non conuenire quae statuimus, sed statuimus. Hoc formulae ab vsu, ad Scythas et Garamantes relegato, pulchrum potius, qui formulae inest, et salutarem sensum expediamus, si prius, quale illud horribile (graecum quippe) *Idiosyncrasia* verbum sit? praemiserimus.

Petii istud ex medicorum scholis, qui quoties, propter morborum 3
plurium collisionem aut quemcunque alium aegrotantis peculiarem statum, vsitata remedia adhibere periculosum putant, ideoque a regulis discedere coguntur, hanc mirabilem et singularem aegrotantis indolem Idiosyncrasiam appellare solent, scholasticorum *Haecceitati* quodammodo similem. Compositum verbum ex *ἰδιος* quod aliquid proprii sui generis seu peculiare, deinde ex verbo *συγκρασις*, quod commixturam denotare nouimus.

Huiusmodi Idiosyncrasiam etiam in iudicialibus causis obuenire, vt 4
interdum propter incidentem rerum sibi inimicarum complexum ex personis, locis, modis, temporibus, saepe etiam ex anterioris sententiae erroribus ortum, anomaliam in pronunciando admittere et, non solum ab vsitata formula, verum etiam ab ipsa saepe aequitate et iure deflectere cogamur. Ergo idem in foro, quod in medicina euenire, non solum res ipsa docet, verum etiam TVLLIVS libro tertio Tusculanarum Quaestionum Capite trigesimo tertio his verbis innuit: *Vt in causis non semper vtimur eodem statu, sed ad tempus, ad controuersiae naturam, ad personam accommodamus, sic in aegritudine lenienda, quam quisque curationem accipere possit, videndum est.* Ergo si perplexa negotii natura ita iubeat, formulam Ge- 5
stalten Sachen nach, quam latine: *pro peculiari causae qualitate* vertere possis, honestam duco, eamque hoc magis laudauerim, quo impatientius fero tristem illam, quae in *L. 88. §. 17. ff. de legat. 2.* nimia et misera dicitur, iuris consultorum diligentiam, qua, si forte in lege veteri oues genere virili obuenerint, hoc plane obseruandum et in sententia quoque: VNVM OVEM EI MVLCTAM DICO pronunciandum statuerunt ac, nisi eo genere diceretur, negauerunt, iustam videri mulctam, quam puerilem anxietatem GELLIVS II, 1. notauit.

Vidi condemnari reos, quia absoluere, vt fieri debebat, vsitatae pronun- 6
ciandi rationi non satis conuenire videbatur. Durum hoc fatebantur, sed formula nostra, aiebant, non aliter patitur. Dici enim non potest, quam tenaciter regulis suis iudices inhaerere et, tanquam

Capitoli immobile saxum,
Nec Ioui cedere

soleant, quod plane improbo, immo potius, quotiescunque negotii natura hoc ita exigit, deflectendum a via, formulam deserendam et, ne pes calceo aptetur sed calceus pedi, gestalten Sachen nach, pronunciandum puto. Reiecto ergo turpi, pulchrum et salutarem formulae vsum retineamus.

OBSERVATIO DX.

Conditione si filia nupserit, inter rusticos contractui venditionis adiecta, post mortem etiam inuptae, *eius heredes ab emtore summam petent defunctae a venditore assignatam.*

1 Varias haec facti species in se difficultates continet, quae in sequenti Facultatis Iuridicae Lipsiensis responso diluuntur, in quo ostenditur: Si pater filio praedium vendiderit et contractui adiecerit, vt emtor Caiae centum soluat, si ista nupserit, hanc summam ab innupta peti non posse, 2 quo vsque viuat; post mortem peti posse. Hat der nunmehr verstorbene Mävius an den Sohn Hans Carln sein Guth für 568 Thaler dergestalt verkaufet, daß Abekäufer hiervon 368 Thaler als ein väterliches Erbtheil an sich behalten, und abziehen, das übrige aber an 200 Thalern der Sempronin und Justinen, als des Verkäufers verstorbenen Tochter Kindern, **und zwar nicht eher bis jedes sich verheyrathen würde**, alsdenn aber einer jeden hundert Thaler, jedoch ohne Zinsen, auszahlen solle; nachdem nun unter sothanen Tochter-Kindern die Sempronin ihre manbaren Jahre erreichet, doch aber theils wegen natürlichen Hinderungs Ursachen nicht heyrathen kan, theils aber sich zu verehlichen keinen Sin hat, so ist:

> Ob nicht Abekäufer die hundert Thaler, so der Sempronin ausgesezet, bey ihrer erlangten Manbarkeit auszuzahlen schuldig? oder ob nicht wenigstens dieselbe sothane Post an ihre Schwester Justinen oder an eine dritte Person rechtsbeständig cediren und abtreten oder sonst veräusern könne?

gesezmäsiger Unterricht von Nöthen.

3 Ob nun wohl die überaus deutlichen und nachdrüklichen Worte: **und zwar nicht eher, bis sie sich verheyrathet**, Abekäufern, der die ausge-

ausgesezten 100 Thaler eher, bis jene heyrathet, nicht auszahlen wil, ausserdermasen vortheilhaft und kaum die geringste Ausnahme zuzulassen scheinen, mithin, daß nicht einmal die Erben der Sempronin nach ihrem Tode, im Fal sie ledig bleibet, solche verlangen dürften, es fast das Ansehen gewinnet, in Erwegung, daß hier von keinem lezten Willen, sondern von einem unter den Lebendigen getroffenen Handel die Rede ist.

Dennoch aber und dieweil, wenn die Sempronin durch solchen 4
Verkauf in Pflichttheile verlezet, und nicht etwa den Willen des Grosvaters, nachdem sie zu ihren Jahren kommen, anerkant oder die, denen bereits mündigen nach erlangter Mündigkeit annoch gegönnete vierjährige Frist der Wiedereinsezung in vorigen Stand, in Ansehung derer bey lieblosen Veräuserungen

L. vlt. C. de reuoc. donat.

vorgeschriebenen fünf Jahre gänzlich verstrichen seyn solte, sie sothanes Pflichttheil von sämtlichem Vermögen des Grosvaters, und zwar nicht, wie solches zur Zeit seines Ablebens, sondern wie es zur Zeit des getroffe- 5
nen Verkaufes sich befunden,

RHAPSOD. *Obs. DCII.* BARTH. *Hodeg. For. c. 3. §. 21. lit. c. p. 606.* HORN. *Class. 7. Resp. 36.* CARPZ. *P. 2. Constit. 12. defin. 86.*

zu verlangen berechtiget, theils aber, wenn auch an Ergänzung des Pflichttheils weiter nicht gedacht werden könte, also obiges ganz bey Seite gesezet, doch bey diesem Verkaufe gleichwohl auf alle Fälle in Erwegung zu 6
ziehen, daß wenn Bauersleute ihre Güther an eines ihrer Kinder verkaufen, und denen übrigen ein Erbtheil in solchen Käufen aussezen, man nicht selten dergleichen Contracte in so weit dieselben das Pflichttheil schmälern, nach Art und Eigenschaft derer lezten Willen zu beurtheilen pflege, und dann bekant, daß wenn ein Vater in solchen seinen Kindern ein Heyraths-Guth ausgesezet, dieses Vermächtnis auf die Erben übergehe,

L. 71. §. 3. D. de condit. et demonstr. MENKE *Pandect. lib. 33. tit. 4. §. 1.* CARPZ. *P. 3. Constit. 13. defin. 25.* BERGER *Resp. 199. P. 1.*

weil dergleichen Verordnung nicht Conditionem, sondern nur Diem solutiones enthält,

L. 5. C. quand. dies legat L. 46. D. ad SCt. Trebell.

und ein für allemal diese der Sempronin ausgesezeten 100 Thaler einen Theil des Kaufschillinges ausmachen, welcher dem Käufer durch einen ungefähren und nicht eher bedachten oder unvermutheten Zufal schwerlich zuwachsen kan, indem ihm das Guth für 568 Thaler überlassen, und er nicht mehr Erbtheil daran, als 368 Thaler haben sol, über dieses die gedachte Summe derer 100 Thaler als der Sempronin Erbtheil gewiß gesezet, und nur der Tag der Auszahlung aufgeschoben und bestimmet worden ist, übrigens alle Contracte unter der stilschweigenden Clausel: rebus sic stantibus, eingegangen werden, Obs. DLXXXIX. da denn der Grosvater den unvermutheten Fal, daß die Sempronin nicht heyrathen wolle, sich keinesweges vorgestellet, bey dem allen aber, da selbige, so lange sie lebet, noch immer zu einer Heyrath sich entschliesen kan, und die beygefügte Zeit doch einige Wirkung haben muß:

7 So mag die Sempronin, wenn sie unverehlichet bleiben wil, zwar nicht bey ihren Lebzeiten die ausgesezten 100 Thaler grosväterliches Erbe und rükständiges Kaufgeld verlangen; Es gebühret aber solche Summe nach dem Tode ihren Erben, auch bleibet ihr solche an ihre Schwester oder sonst jemanden zu cediren billig nachgelassen, jedoch mag alsdenn derjenige, dem diese 100 Thaler abgetreten worden, solche nicht eher, als nach der Sempronin Tode verlangen.

Addatur hisce Obseruatio CCCLXXIV. pag. 495. Obseru. CCIV. et CCCCXLII.

OBSERVAVIO DXI.

Error calculi post lapsum triginta annorum non debet retractari.

Quod ab initio est vitiosum tempore nullo conualescit regula iuris haud vniuersalis neque vltra testamentorum doctrinam extendenda.

1 Error calculi vtrum in rem iudicatam transeat nec ne? in Obseruatione
2 CCXXVIII. disputauimus. Sed quid, si demum post lapsum longissimi temporis error detegatur? Tunc id quod ab initio nullum, conualescere

lescere dixerim. Etenim interdum ex atris rebus candidas, ex falsis veras fieri, iuris interpretes iam dudum ex lege Barbarius Philippus collegerunt. Idem de errore calculi dixerim. Licet enim in L. vn. C. de error. calc. ita scriptum sit: *Errorem calculi, siue ex vno contractu, siue ex pluribus emerserit, veritati non afferre praeiudicium, saepe constitutum est, vnde rationes etiam saepe computatas denuo tractari posse, si res iudicatae non sunt, vel transactio interuenit, explorati iuris est. Sed et si per errorem calculi, velut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti, condictio liberationis tibi competit,* tamen cum Obseruatio nostra superior CCIX. pag. 204. et CCXXXVII. pag. 286. etiam res ipso iure nullas praescriptione longissimi temporis conualescere demonstrauerit, secundum haec meo nomine ita nuperrime respondi: Ist im Jahre 1662 bey dem Verkaufe eines Ritter- 3
guthes im Anschlage bey der Zusammenrechnung der Einkünfte ein Fehler vorgefallen, indem gewisse Waldwiesenzinsen zu wohlfeil berechnet, also bey Ziehung der Summe ein Irthum begangen worden, da der Augenschein in dem noch vorhandenen Kaufanschlage offenbarlich ausweiset, daß sie ein weit mehreres betragen, und ich sol:

> Ob der Käufer die seit 1662 zu viel erhobenen Waldwiesen-Zinsen, welche bis zu jezigen Zeiten eine ziemliche Summe betragen, wieder zu erstatten schuldig?

meine Gedanken eröfnen.

Dieweil nun seines Eigenthums niemand versichert leben könte, 4
wenn, wegen eines im Kauf-Anschlage vorgegangenen Fehlers, auf alle ewige Zeiten, entweder der ganze Kauf zu hinterziehen oder, wegen des zu wenig geschäzten Theils den Käufer in Ansehung des Ganzen eine neue Zumuthung zu machen stünde, und man hierbey mehr auf den Contract selbst, als auf den Anschlag zu sehen hat, da jeder Verkäufer die gar selten vorfallende Nachläßigkeit, seine zum Verkaufe ausgebothene Sache alzu geringe geschäzet zu haben, sich selbst beymessen und zuschreiben muß, allermasen jeder Kauf zu seiner Volkommenheit weiter nichts, als eine Uebereinstimmung beyder Contrahenten in die zu verkaufende Sache, und deren Werth vorausssezet, sintemalen alles übrige Nebenumstände, beydes aber in gegenwärtigen Falle unbezweifelt vorhanden, sintemalen, bey dem im 1662sten Jahre getroffenen Kaufe so wohl ein gewisses an beyden Theilen einverstandenes Kaufgeld, als auch die Gewisheit der Sache, nehmlich der

Waldwiesen-Zins deutlich bestimmet worden, wie denn auch Lex vnica C. de error. calcul. daß ein Rechnungsfehler keiner Verjährung unterworfen sey, ausdrüklich nicht besaget, vielmehr, da

arg. L. 1. et 2. C. si quis ignorans rem minor.
arg. II. F. 55. iunct. Constit. Elect. 50. P. 2.

sogar res nulliter alienatae durch Verjährung zugeeignet werden, nicht zu zweifeln, daß gegenwärtiger Besitzer bey denen von seinen Vorfahren erkauften Waldwiesen-Zinsen mit Recht solchen langen Zeitverlauf für sich anziehen könne, in mehrerer Erwegung, daß wenn er diese Zinsen auch ohne allen Titel, als welcher bey der praescriptione longissimi temporis nicht von Nöthen, (Obs. CXLVI. DLIII.) besessen hätte, er nichts desto weniger dadurch ein festes Eigenthum überkommen haben würde, geschweige denn, da er solche in guten Glauben treulich und sonder Gefährde unter dem rechtmäsigen Titel eines Kaufes so viele Jahre inne gehabt: So bin der unvorgreiflichen Meynung, daß wegen dieses bey dem Verkaufe des Ritterguthes 1662 in Anschlage bey der Zusammenrechnung der Einkünfte vorgefallenen Irthums, kein weiterer Anspruch sich erregen lasse. Von Rechtswegen.

5 Siquis regulam Catonianam, cuius supra mentio, ad solam testamentorum materiam pertinere ignoret, hunc ad HEINECCIVM de *ad L. Iul. et Pap. Popp. III. 1. pag. 380.* STRAVCHIVM et FRANCISCVM BALDVINVM, qui de ea regula scripserunt, ablegamus. Inprimis autem IACOBVS GODOFREDVS et RAEVARDVS in suis de regulis iuris commentariis; illos, qui regulas in vltimo Pandectarum titulo collectas, vniuersales putant, perniciose in errore versari, docuerunt.

OBSERVATIO DXII.

Si in locum demortui nouos testes substituas, articuli additionales et noua Interrogatoria admittuntur.

1 In locum defuncti aut profugi testis alios surrogare, Ordinatio Processus *ad tit. 20. §. fin.* permittit. Quod autem deficiens testis audiuerat vel viderat, fortasse non viderunt, qui in eius locum substituuntur, adeoque ridiculum foret, substitutos super articulos, qui defuncto testi scripti erant, exami-

examinare. Non poterat autem Producens mortem prioris et melioris testis praesentire, adeoque ei non imputandum, si huic vni confisus articulis probatorialibus non inseruerit circumstantias, quarum non defunctus, sed substituti testes, notitiam haberent. Cogitur enim nunc per substitutos testes, quos antea tanquam minus instructos neglexerat, artificialiter probare, quod per defunctum testem sine vllo artificio probaturus erat, quia nunc res alium in statum deducta. Vnde referente BARTHIO *Hodeg. For. cap. 1. §. 38. lit. b. p. 169.* pronunciatum: **Und bleibt Klägern anstat des verstorbenen Zeugens andere anzugeben, sowohl Additional Artikel einzubringen, unbenommen, er ist aber damit binnen Sächsischer Frist, bey Verlust derselben, einzukommen schuldig.** Similem Facultas Iuridica Lipsiensis sententiam tulit Mense Octobri 1769. Vide etiam Obseruationem nostram superiorem CCXCII. in qua: contra documenta nouiter reperta nouam reprobationem admittendam esse, docuimus. 2

OBSERVATIO DXIII.

Si mortis cogitatio vtcunque incidit, mortis causa donatio praesumitur, nisi inter viuos donatum fuisse, ex reliquo contextu luculenter appareat.

Non est donatio inter viuos, nisi appareat voluisse morientem, vt donatarius statim dominium consequatur.

Datur mortis causa donatio sine expressa mentione mortis. L. 3. 4. 5. ff. de mortis caus. donat.

Dono tibi memoriae causa **zu einem Andenken,** *mortis causa donationem non inuoluit, nec verba futurum tempus designantia:* **Daß er es ihm schenken wolle.**

Nomen, quod negotio ipsi contrahentes imposuerunt, rei dat formam, eorumque intentionem potissimum probat, etiamsi verba incidentia nomini imposito non satis conueniant.

Non solum Primis Iustinianeis sed Papiniastis etiam, immo antecessoribus multa in donationibus, quae inter viuos vel mortis causa fiunt, 1

obſcura eſſe, ſaepius animaduerti. Inprimis difficultas non exigua, quate-
nus ob mentionem mortis factam inter viuos donatio in vltimam volunta-
2 tem degeneret? Ego ita definio: Si mortis vtcunque facta mentio, non eſt
donatio inter viuos, niſi diſſerte expreſſum fuerit, vt donatarius rem irre-
uocabiliter habere debeat, et tantummodo vſusfructus ad dies reſeruetur
aut poſſeſſio, aut vt Iulianus *in L. 2. in fin. ff. de mort. cauſ. donat.* ait: cum
quis non ſic dat, vt ſtatim fiat accipientis. Hoc ſi dictum fuerit, mentio
mortis non vitiat talem donationem inter viuos, ſed executionem tantum
et poſſeſſionem in euentum mortis diſſert. Si autem de non reuocando
pactum deficiat nec ex aliis coniecturis voluntas inter viuos donandi i. e.
dominium illico transferendi elici poſſit, et mortis mentio ipſa donationis
verba ingrediatur, tunc certe mortis cauſa donatio eſt. Ecce quousque viuere
ſperamus, haud facile aliquid de noſtris rebus dimittimus. Itaque cum hanc
ob cauſam donatio inter viuos nunquam praeſumatur, in re dubia proba-
bilius eſt moribundum mortis cauſa donare voluiſſe. Vnde mentione mor-
tis vtcunque facta donationem mortis cauſa praeſumo. Caeterum in hac
materia plus ad verba *diſpoſitiua*, quam ad ſubitanea et mere *enunciatiua*
reſpicimus. Clariora haec fient ex rationibus, quas ſententiae an den Stadt-
ſchulzen, Bürgermeiſter und Rath zu Hameln, collegium noſtrum anno
3 1769 ſubiunxit: Ob wohl wichtige Schenkungen auf den Todesfal nach
Masgebung Legis 4. C. de donat. cauſ. mort. einer obrigkeitlichen Be-
ſtätigung keines Weges nöthig haben, mithin da die Lüdekingin ihre ge-
thane Schenkung gerichtlich eingereichet, es das Anſehen gewinnet, als
habe ſie dadurch eine Schenkung unter denen Lebendigen zu verſtehen ge-
geben: hieraus aber ferner zu erhellen ſcheinet, daß ſothane Klägers Ehe-
weibe gethane Schenkung, (weil diejenigen, ſo unter denen Lebendigen vor-
fallen, unwiederruflich) durch die neuere Num. Act. 3. befindliche, worin-
nen die Lüdekingin ihr Vermögen Beklagten zugewendet, nicht abgeändert
werden mögen; Kläger auch die Meynung faſt durchgängig aller Rechts-
gelehrten für ſich hat, wenn er anführet, daß, ſo in einem Schenkungs
Briefe des Hintrits aus der Zeitlichkeit nur von ungefähr Meldung
geſchehe, oder daß der donatarius das bereits jezt gegebene Vermögen erſt
nach dem Tode überkommen ſolle, verordne, aus ſolcher beyläufigen Er-
wähnung der Sterblichkeit nicht gefolgert werden möge, daß er eine Schen-
kung nach Art eines lezten Willens errichten wollen, indem bey ſolchen
Vorfällen die Meynung öfters blos dahin gehet, daß das Vermögen oder
ein Theil deſſelben zwar von Stunde an unwiederruflich geſchenket ſeyn,

jedoch

jedoch der Schenkungs Nehmer es erst nach jenes Tode wirklich überkommen solle: auch gemeine Schenkungen öfterer, als die auf den Todes Fal, sich zutragen, da denn rechtliche Vermuthungen von dem, was meistentheils geschiehet, nicht aber von dem, was sich selten zuträget, abgeleitet werden, übrigens die gegenwärtige in etwas zweifelhaften Ausdrüken: daß sie entschlossen, ihr Vermögen N. auf den Fal zu gönnen, wenn sie nach des Höchsten Fügung über kurz oder lang das Zeitliche mit dem Ewigen verwechseln würde, abgefasset, und man solche für eine, so unter denen Lebendigen geschehen, fast deswegen halten solte, weil die Lüdekingin zur Zeit, als sie selbige errichtet, keine besondern Sterbens Gedanken gehabt, wie denn selbst auch so gar, wenn das leztere wäre, und sie damals auf dem Krankenbette gelegen hätte, doch daraus allein noch keine Schenkung auf den Todes Fal sich folgern liese, Neque enim semper, 5
quae moribundus donat, mortis causa donat, wozu komt, daß die Lüdekingin ihre Handlung nur ein einziges mal eine Schenkung auf den Todes Fal, hingegen zum öftern schlechtweg ein Geschenke nennet, und überhaupt, wenn es zweifelhaft, die Auslegung dergestalt, daß die unternommene 6
Handlung eher bestehe, als hinfällig werde, zu machen ist.

Dennoch aber und dieweil, wenn die äuserliche Forme einer Ur- 7
kunde, was sie eigentlich vorstellen solle, ungezweifelt zu erkennen giebet, und die Contrahenten selbst, wofür sie die unternommene Sache gehalten wissen wollen, an den Tag legen, keine Ursache vorhanden, sie für eine andere auszugeben, wie dieses aus der bekanten Regel qui testari voluit, noluit codicillare, abzunehmen, (vide supra Obs. CCCCXXXVI.) und aber gleich Anfangs der erstern Schenkungs Urkunde die Lüdekingin, daß sie ihre Liebe durch gegenwärtige Schenkung auf den Todes Fal zu erkennen geben wolle, sich erkläret, übrigens auf den Todes Fal errichtete Geschenke zwar nicht gerichtlich vorgenommen werden müssen, doch aber auch solches zu thun nirgend verbothen, und täglich zu geschehen pfleget, daß man dieselben eben so, wie öffentliche Testamente, der Obrigkeit vorträgt, wie denn niemals die gerichtliche Bestätigung etwas neues giebet, noch das Wesen einer Sache verändert; Sodann wenn auch schon die Erwähnung des künftigen Ablebens nicht an und für sich allein eine Schenkung auf den Todes Fal ausmachet, sondern je zuweilen nur dadurch der 8
Genus der Güther auf das erfolgende Ableben hinaus gestellet wird, jedoch hierbey wohl zu merken, daß wenn jemand in einer Schenkung sei-

nen Tod erwähnet, oder wohl gar, wie gegenwärtig geschehen, die Handlung ausdrüklich eine Schenkung auf den Todes Fal nennet, daferne selbige unwiederruflich seyn sol, dieses: Daß der Donatarius alsofort das Eigenthum erlangen, und nur der Genus, so lange der Schenkende lebet, verschoben bleiben solle, deutlich und hinlänglich erwähnet seyn muß, immasen nur solchen Fals eine Schenkung, worinnen die Worte: **Wenn ich sterben solte** vorkommen, für eine unter denen Lebendigen gehalten werden kan; in der gegenwärtigen aber, daß die Schenkung für **unwie-**
9 **derruflich** geachtet werden solle, mit keinem Worte gedacht, und überhaupt eine solche unwiederrufliche Freygebigkeit, weil bey Lebzeiten niemand leicht seine Güther verschleudert oder wegwirft, den Rechten nach niemals zu vermuthen, hiernächst, wenn schon die Lüdekingin nur ein einziges mal ihre Handlung eine Schenkung auf den Todes Fal, übrigens aber schlechtweg nur durchgängig eine Schenkung nennet, dieses einander nicht widerspricht, immasen auch erstere unter der gemeinen Benennung begriffen, und eine wirkliche Schenkung ist: besonders aber in Obacht zu ziehen, daß gleich im Anfange der Urkunde die Worte: **Gegenwärtige Schenkung auf den Todes Fal,** vorkommen, als welches nicht etwa nur beyläufig geschiehet, sondern vielmehr in den darauf folgenden verbis dispositiuis dergestalt wiederholet wird: daß sie **entschlossen, ihr Vermögen auf den Fal zu gönnen, wenn sie nach des Höchsten Fügung über kurz oder lang das Zeitliche mit dem Ewigen ver-**
10 **wechseln würde:** Uebrigens wenn die Erwähnung des Todes der Unwiederruflichkeit nichts schaden sol, verba donationis pura als: **ich schenke es ihm, er sol es aber erst nach dem Tode haben,** vorhanden seyn müssen, für dergleichen die nur gedachten, (da die Hauptworte, darunter das Geschenke enthalten, mit der Benennung des Todes umwunden,) keines Weges zu halten, vielmehr festgestellet bleibet, daß die Erwähnung der Sterblichkeit nur alsdenn, wenn sie mit denen Worten des Genusses oder der Uebergabe verknüpfet, unschädlich, wenn sie aber selbst bey der Haupthandlung der Donation gebrauchet, einen lezten Willen unstreitig zu erkennen giebet: Dann besonders auch dieses in Erwegung kommet,
11 daß dem ersten und eigentlichen Donatario, wenn er vor der Donatricin versterben würde, Klägers Eheweib substituiret, welches bey einer Schenkung unter denen Lebendigen nicht nöthig gewesen wäre, auch das Wort: substituiren bey lezten Willen mehr als bey gemeinen Schenkungen, gewöhnlich; wie denn ferner die Regel: daß man eine Sache dergestalt, wie

sie

sie am besten aufrechts zu erhalten stehe, auslegen solle, hier keines Weges einschläget, da der Lüdekingin Schenkung, als eine, so auf den Todes Fal geschehen, gar nicht angefochten wird rc.

Interea tamen negare non possum, saepius accidere, vt si appareat, 12
rem, de qua agitur, ob defectum testium tanquam mortis causa donationem *non valere*, sed si tanquam inter viuos donatum consideremus, exitum habituram esse, donantis voluntatem adhibeamus in donatarii fauorem ob Iuliani effatum: Quoties ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat quam pereat. Ac licet Iulianus tantum de formulis actionum loquatur et has seruari cupiat, quantum possibile, tamen regulam hanc in foro generatim accipimus, vt sequens responsum docet. *Hat Lehman zwene Söhne, Gabrieln und Christophen erzeu-* 13
get, welcher leztere, (jedoch noch vor Vaters Tode,) mit Hinterlassung einer Tochter Catharinen verstorben. Nachdem nun gedachter Lehman bereits im Jahre 1769 in einem lezten Willen seinen Sohn Gabrieln und des verstorbenen Sohnes hinterlassene Tochter, vorgedachte Catharinen, jedoch leztere nur im Pflichttheile zum Erben eingesezet, und ferner sich begeben, daß bey des Testators volkommener Gesundheit, ob schon nur 8 Tage vor *seinem* neuerlich im Jahre 1774 erfolgten Ableben derselbe sich Anfangs nur gegen die Magd, Sophien Flatterin, heraus gelassen: **Wie er, damit seines Sohnes Gabriels Söhngen, Wilhelm, von ihm, als seinem Grosvater, ein Andenken haben möge, ihm seinen Garten, welchen er vormals für 280 fl. erkaufet, schenken wolle,** auch, da des Enkels Wilhelms Mutter unterdessen nach Hause kommen, er so wohl gegen selbige, als deren nur gedachten Sohn, Wilhelmen, sich dergestalt erkläret: **Daß er Wilhelmen den Garten, dessen Mutter aber drey Kühe schenken wolle, und sie solches als ein Andenken von ihm haben solten,** dabey er in vollem Eifer auf den Tisch geschlagen, und von ihnen ausdrüklich verlanget, diese angebothene Schenkung zu acceptiren, welches auch Wilhelms Mutter für sich, und im Nahmen ihres Sohnes gethan, beyde ihm die Hand darauf gegeben, und sich dafür bedanket, bey welchen Umständen:

Ob sothane Schenkung als eine unter den Lebendigen gültig?

zu wissen von Nöthen.

Ob nun wohl bey Lebzeiten niemand das Seinige wegzuwerfen und 14
zu verschenken vermuthet wird,

L. 25.

L. 25. D. de probat.

hingegen, wenn die Einbuße erst nach dem Tode erfolget, man viel eher, um sich ein liebreiches Andenken zu erwerben, etwas zu verschenken pfleget, weil hier die Ursache, warum Freygebigkeiten, die unser Vermögen (welches ein jeder, wenn er dessen selbst noch benöthiget seyn kan, so lange als nur immer möglich, zu behalten bemühet) verringern, nicht leicht vermuthet werden, bey der Schenkung auf den Todes-Fal nicht so, wie unter den Lebendigen, sich äusert; übrigens

L. 2. §. 1. ff. de mort. cauſ. donat.

eine Schenkung auf den Todes-Fal so gar, wie die Worte des angezoge-
15 nen Gesezes lauten: ex sola mortis cogitatione zu schliesen und dann, da der ältere Lehman sich des Ausdrukes bedienet; daß er Wilhelmen ein Andenken schenken wolle, hierdurch gnüglich: daß er auf sein Lebens-Ende Rüksicht genommen, an den Tag gelegt zu haben scheinet; auch der Schlus dieser Rede, wie er schenken wolle, welches eine zukünftige Zeit andeutet, daß er nicht alsofort und unwiederruflich, sondern erst nach seinem Tode des Gartens und der drey Kühe zu entbehren gemeynet gewesen, um so
16 viel mehr Muthmasung vorhanden, da, gleich wie eine in die Schenkung eingeflochtene Sterbens-Gedanke an und für sich die Handlung zu keinem lezten Willen machet, also auch umgekehrt zuweilen eine Schenkung für eine auf den Todes Fal, ohne daß der Schenkende den Tod erwähnet, gehalten wird; wie denn auch zuweilen

L. 5. D. de mort. cauſ. donat.

blos das hohe Alter, welches eine beständige Erinnerung des Todes veranlasset, eben so viel, als dessen ausdrükliche Erwähnung bewirket, bey so gestalten Sachen aber, da die bey einer auf den Todes Fal erforderlichen Feyerlichkeiten von Lehmannen nicht beobachtet, sich von selbst erlediget, daß selbige zu Recht als ein lezter Wille nicht bestehen könne.

17 **Dennoch aber und dieweil**, Lehman bey völliger Gesundheit und, ohne daß er an den Tod gedacht, sich unter den Seinigen freygebig erwiesen, also dieser Umstand eine Schenkung auf den Todes-Fal kaum vermuthen lässet, sintemalen er nicht einmal in verbis enunciatiuis, das ist: nur zufälliger Weise, geschweige denn dispositiuis und in der Haupt-Gedanke des Todes Erwähnung gethan, auch das Wort **Andenken** bey Schenkungen

gen unter den Lebendigen gar gebräuchlich, und die besondere Eigenschaft der deutschen Redensart: **schenken wolle**, mit sich bringet, daß nicht so, 18
wie etwa in andern Sprachen, dieses die zukünftige Zeit andeutet, sondern vielmehr beydes, **ich schenke dir etwas**, oder: **ich wil dir dieses schenken**, völlig von gleicher Bedeutung sind, und da Lehman 8 Tage vor seinem Tode, da er diese Handlung unternommen, sich annoch volkommen gesund befunden, also durch keine nahe Todesgefahr zu dieser Schenkung bewogen worden seyn kan, wenigstens er diese Ursache irgendwo durch Worte deutlich nicht geäusert, mehr Vermuthung, daß er unter den Lebendigen geschenkt, sich hervor thut; hauptsächlich aber hierbey in Erwägung kommet, daß, weil bey Ermangelung der 5 Zeugen die Lehmannische 19
Schenkung als eine auf den Todes-Fal betrachtet, keinesweges bestehen könte, hingegen, wenn man sie für eine unter den Lebendigen annimt, dieselbe bey Kräften bleibet, alhier die Regel eintrit; daß bey zweifelhaften Fällen die Auslegung, nach welcher eine Handlung erhalten wird, derjenigen,

L. 12. D. de reb. dub.

welche deren Untergang nach sich ziehet, vorzuziehen,

So ist die Lehmannische Schenkung als eine unter den Lebendigen für beständig allerdings zu achten.

OBSERVATIO DXIV.

Superata tortura delinquens crimen impune fatetur.

Haud leuis dubitatio, anne perpessi sub equuleo dolores aliquid amplius, 1
quam praesumtionem innocentiae efficiant, quae contrarii probatione aut, si de corpore delicti satis abunde constet, accusati confessione omni tempore elidi possit, cum praesumtio cedat veritati. Attamen cum tor- 2
tura legitimus veritatem eruendi modus atque adeo firmus putetur, vt, qui eam non superet, morte mulctetur, durum profecto foret et plane inhumanum, si in liberando homine non idem valiturum existimare, et ob paritatem rationis non aeque, argumentatione a contrario ducta, sic concludere velimus: Si is, qui equulei dolores superare non potuit, eousque delictum commisisse putatur, vt etiam capitalis poena locum habeat, vtut postea neget, consequens est, vt torturam perpessus ita innocens videatur, vt

ne credatur quidem ei, si vel maxime postea iudici delictum vltro fateatur.
3 Soleo torturam transactioni comparare, (*Obs. CCLIX. num. 5.*) quae non debet vllo modo rescindi. Huiusmodi retractationem rei semel iudicatae iocularem puto. Potissimum in publicis iudiciis contra eum, qui semel per sententiam absolutus, durius quid pronunciari, inauditum. Vnde qui
4 superata tortura crimen deinde vltro fateatur, ne extraordinaria quidem poena coerceri poterit. Adde *Flauium Germanicum s. v.* Marter, *num. XVIII. Notam* *).

5 At, inquis, si noua de eodem crimine indicia, quae suo genere a prioribus distant, emerserint, repetenda esse tormenta, hanc ipsam Rhapsodiae huius Obseruationem quadringentesimam decimam sextam *ex Constitutione Elect. Ined. 9.* commonstrasse. Respondeo: sic maiores nostri, qui in gloriam Dei, quasi is crurifragio, sanguine et flammis delectetur, omnem carnificinam religiosam putabant. Mirabilis profecto Dei cultus! At secta nostri temporis ad maiorem per philosophos humanitatem redacta ab huiusmodi cruentis victimis, immo ab vniuersa tortura, abhorrens non amplius sanguinem sitit propter gloriam Dei, vt ipsa, quam diximus, Constitutio Inedita non vtendo propemodum obliterata videatur, quod mihi spem facit, tempus illud haud ita longe absuturum esse, quo iurisconsulti in criminali prudentia philosophos audire, a superstitione recedere et paulo plus audebunt sapere. Sero id quidem, sed tamen aliquando.

OBSERVATIO DXV.

Electio interdum penes Creditorem.

Si alternatiue aut pecunia aut operae promissae, pecunia debetur, etiamsi operae non fuerint indictae.

Operae alias non debentur, nisi indictae.

1 Regula, quae electionem debitori tribuit, exceptionem patitur, quotiescunque alterum istud creditoris gratia, quasi per cautelam, adiectum fuit. BERGER *Decisio Sum. Priv. Senat. 19.* Vnde si subditi promiserint, se aut decem dies seruire aut pro singulis diebus tres grossos domino soluere velle, nec dominus seruitia exegerit, pecunia debetur, ita quidem, vt semper electio sit penes dominum: CARPZ. *P. 2. constit. 29. defin. 18.*

MOL-

MOLLER *Semestr. lib. 1. cap. 17.* Licet enim operae non debeantur nisi 2
indictae, *L. 7. ff. de vsufr. legat. Lib. 22. ff. de operis libert. L. 24. eod.* WERNHER *P. 7. Obs. 171.* tamen quoties in fauorem domini promisit subditus, se aut pecuniam aut operas praestiturum esse, si dominus non exegerit, pecunia simpliciter debetur. Nempe ea, quae in suum fauorem cre- 3
ditor adiici curauit, debitori nullo modo proficere possunt. (*Obseru. CCCLXXXIV.*) Esse autem hanc alternationem fauore domini adiectam, semper praesumitur. Neque tamen subditi vsuras ex mora soluere tenentur, 4
nisi ab eo tempore, quo dominus, se pecuniam praeoptare, declarauit.

Item in actione Triticiaria penes creditorem est electio, vtrum interesse morae das Aufmaas, an pretium quanti res ex tempore morae fuerit, plurimi petere velit. *Vide Teutsch. Flauius* s. v. Marckpreis. Tandem si debitor pluribus locis aut Dresdae aut Lipsiae soluere promisserit, eligit creditor. *L. 2. §. 3. ff. de eo quod cert. loc.* Si duo cambium subscripserint, quem creditor elegerit, in solidum teneri, inter omnes constat. Ergo regula, penes debitorem electionem esse, quam saepissime fallit.

OBSERVATIO DXVI.

Interrogatoria in testibus extraneis ante emissionem Requisitorialium oblata adhuc admittuntur.

Interrogatoria ad minimum in termino productionis, sub iactura eorum, 1
iudici offerenda esse, Ordinatio Recognita *ad tit. XX. §. 4.* clare praescribit. Vnde in extraneis testibus adhuc tempestiua esse interrogatoria vsque dum Requisitoriales exierint, doctorum iuris (RIVIN. *Enunciat. 48. tit. XX.*) coecum et mendax somnium puto. Attamen cum eadem Ordi- 2
natio Recognita *ad tit. XXII. §. 4.* titubare videatur, viget adhuc in dicasteriis illa doctorum opinio, in extraneis testibus vsque ad Requisitorialium profectionem interrogatoria admittenda esse, licet illa sit legislatoris instituto, analogiae iuris et rationi e directo contraria.

OBSERVATIO DXVII.

Citatione in communem hereditariam domum facta, absentes coheredes, si non compareant, contumaces putari non possunt.

 Si

Si vxor aut domestici, quibus insinuatio facta, iudici renuncient: dominum aut maritum citatum aufugisse, seque vbi lateat ignorare, in contumaciam pronunciatur.

1 Ordinatio Processus Recognita *ad tit.* 4. §. 2. plures coheredes, qui praedium adhuc indiuisum tenent, vno programmate generatim in ius vocari, ipsamque citationem e coheredibus illi, cuius in praedio hereditario copia est, tradi, hunc autem sub poena quinque Imperialium, quam primum fieri potest, coheredes suos certiores reddere iubet. Quid autem si non faciat, aut fecerit quidem, sed coheredes nihilominus non compareant? Rarissima exempla arbitror fore, eos tanquam contumaces fuisse con-
2 demnatos. Negare quidem non possum, in Ordinatione veteri § *3. eod. tit.* haec contineri: Der Besizer thue nun solches oder nicht, sol auf Klägers Erscheinung und Bitte jedesmal, was sich, rechtlichem Processe
3 nach, eignet und gebühret, erkant werden, porro et hoc concedo, simultane inuestitos extra territorium habitantes ita citatos, si non compareant, in Curia Prouinciali Suprema, tanquam contumaces pro confessis et con-
4 uictis haberi, *Ord. Proc. Vet. tit.* 4. §. *3.* atque insuper in memoriam subit, nuper, cum maritus in ius vocaretur, citatione in aedibus eius vxori insinuata in contumaciam pronunciatum fuisse, licet citati vxor ante terminum per litteras significaret, maritum aufugisse, seque vbi is lateat? ignorare, adeoque fieri non potuisse, vt ipsum de ea re certiorem redderet. Nam cum petitor vxori, vtpote personae iniuratae, in ea re fidem denegaret, sua vero interesse, vt etiam contra reum fugitiuum aut latitantem condemnatoriam adipisceretur, vrgeret, nos ita pronunciauimus: Dieweil die Ladung Beklagtens Eheweibe eingehändiget, also denen Gesezen gemäs richtig beschehen, so ist Beklagter der Klage für geständig und überführt zu achten, nec iniquum hoc responsum puto, quia culpa non caret, qui, longo itinere suscepto, nec procuratorem relinquit, nec domesticis suam mansionem demonstrat. Vnde sapiente *Ordin. Proc. Rec. ad tit.* 4. §. 2. Wo auch derjenige, so vorgeladen werden sol, sich an einem gewissen Orte nicht beständig aufhält oder auser Landes verreiset ist, mag man ihm die Citationen eines seiner Güther, so er durch seine Bedienten besizet und verwalten lässet, wohl einräumen.

5

Quod autem citationem coheredum absentium in domo hereditaria attinet, cum valde exorbitans et singularis sit Iuris Electoralis dispositio et quod

quod in simultanee inuestitis certas ob causas inualuit, ad exemplum non debeat trahi, (*Obs. CCCLXXV.*) praeterea minorennes non raro inter coheredes lateant, nec vnquam fere ex actis constet, vtrum vidua, cui vt plurimum insinuatur, portionem statutariam, an vero illata repetere velit? tandem etiam GRIENER *Principp. Proc. lib. 1. cap. 1. sect. 2. §. 8. not. d.* an 6
contumax existimare absens coheres possit? addubitet atque in *Discursu Germanico super Ordinatione ad tit. 4. §. 2.* ita scribat: Es fragt sich: ob 7
einem jeglichem Miterben eine besondere Citation eingehändiget werden solle? Rsp. Man thut am besten, man machet vor jeden Miterben eine besondere Citation, und giebt sie dem, so im Hause wohnet, alle zusammen, der muß sie hernach weiter besorgen, und sie einem jeden zuschiken. Wenn er nun von ihnen keine Antwort zurük kriegt, womit wil er denn dociren, daß er sie insinuiret? Die Citation kan ja auf der Post verloren gehen, 8
atque insuper plures aliae causae pro saluando fatali militent, Facultas Iuridica, vt formulae habent in Flauio Germanico, de coheredibus ita citatis edicere solet: Daß Kläger vor allen Dingen Mitbeklagte mit ihren völligen Tauf- und Zunahmen anzugeben schuldig, worauf sodann dieselben, nach anderweit gebührender Ladung, unter der Verwarnung, daß sie widrigenfals der erhobenen Klage für geständig und überführt geachtet werden sollen, auch, was die darunter begriffenen Unmündigen betrift, bey Verlust ihrer habenden Rechts-Wohlthat der Wiedereinsezung in vorigen Stand, zu antworten schuldig: Ferner so wohl diesfals, als der von Beklagten bereits erfolgten Einlassung halber, zu beschehen, was Recht ist. 9
Aut hoc modo: Daß vor allen Dingen Beklagter, wie er die beschehene Ladung denen sämtlichen Miterben wirklich zugestellet, (aldieweilen nicht genug, daß er fol. 35. zu denen Acten verzeichnen lassen: er habe denenselben behörige Nachricht gegeben, immasen er vielmehr ihre darauf erfolgte Antwort, und daß sie seine Nachricht auch erhalten, beyzubringen hat) bey 5 Thlr. Strafe genauer anzuzeigen schuldig, worauf ferner ergehet, was Recht ist.
Neque enim possessori aedium facta insinuatio nocere debet caeteris here- 10
dibus, quoniam nomina ipso iure diuisa sunt, adeoque etiam diuisim a singulis pro virili parte exiguntur, etiamsi familia nondum hercta sit. Non
poterunt ergo contumaces videri, nisi eos citationem accepisse et post eam 11
spatium Saxonicum integrum habuisse, ab aedium communium possessore doceatur. Quid autem si coheredum litteras responsorias ad acta tradat? Malim per instrumentum publicum doceri. Nam vereor, ne plurimi dixe-

rint, responsoriam epistolam instrumentum priuatum esse, nihil contra scribentem probans, nisi ab hoc fuerit recognitum.

12 Caeterum nota: viduam in domo remanentem, si declaret: se illata repetere velle, pro coherede non habendam, adeoque si notificationem omiserit, quinque thaleris non mulctandam esse, quia heredibus solis hoc officium lex imposuit.

OBSERVATIO DXVIII.

Collegium opificum Lutheranae religioni addictum a magisterio neque catholicum neque reformatum candidatum arcere debet, sed ad specimina artis admittere cogitur.

1 Distinguo inter receptionem in collegium in ciuitate mere Euangelica, quae deneganda, si anno normali catholicus huic collegio non interfuit, inprimis si per statutum municipale nemo possit magisterium petere, nisi ciuis, distinguo, inquam, inter hunc casum et inter promotionem ad magisterium. Hoc non debet denegari. Neque enim valet argumentum, vt, qui ciuis fieri non possit, neque admittatur ad opificium. Itaque puto, nihil prohibere, quo minus in euangelica ciuitate possit recipi tyro catholicus FRIK Grundsäze des Rechts der Handwerker §. 63. Fundo me in Instrumento Pacis Westphalicae, secundum quod mense Iunio 1770 illustri Curiae Hanoueranae in causa *Stuks*, religioni Caluinianae addicti, contra die Schiffer Gilde zu Minden responsum dedimus tale:

2 Obwohl Appellanten wider Appellatens Aufnahme in die Schiffergilde hauptsächlich auf die Worte ihres Privilegii: **Daß keiner, der nicht unserer und der Augspurgischen Confeßion gleichförmiger Religion zugethan, in die Zunft aufgenommen werden solte,** als welches sie allein von der unveränderten Augspurgischen Confeßion verstehen, sich berufen, und daher durch dieses unter sich verabredete, auch vom Landesherren bestätigte pactum, ein Recht erlanget zu haben glauben, keinen andern, als einer solchen Religion, welche mit dem in Braunschweigischen Landen publicirten Corpori doctrinae Iulio übereinkomt, zugethanen Schiffer in die Zunft einzunehmen, darbey Appellanten in denen Gedanken stehen, als ob wider ihre Innungs Artikel keine Landesherrliche Dispensation, oder diese anders stat habe, als wenn das gemeine Beste es erfordere,

fordere, zumal da die in Acten beygebrachten vielen Rescripte, den Rath zu Minden dahin angewiesen, die Schiffergilde bey ihren hergebrachten Freyheiten und Gerechtsamen zu schüzen. Ueber dieses die Strenge des Normal Jahres hierbey angezogen und daß, wenn in solchem die Innung *einen Katholischen nicht zum Meister gemachet, sie auch künftig dieses nicht thun dürfe,* geschlossen werden möchte, auch so viel allemal gewis bleibet, *daß an* denenjenigen Orten, wo das Handwerk nicht eher jemanden zum Meister machen darf, bevor er nicht dem Rathe vorgestellet und Bürger worden, derjenige welcher seiner Religion halber nicht Bürger seyn kan, auch nicht Meister werden könne.

Dennoch aber und dieweil, in dem Osnabrügischen Friedens-Instrumente *nicht nur überhaupt* Art. V. § 1. eine durchgängige Gleichheit der im Römischen Reiche geduldeten Religionen festgesezet, sondern auch insonderheit in eben diesem fünften Artikel §. 35. deutlich versehen, daß sowohl die Katholischen, als auch die der Augspurgischen Confeßion zugethane (unter welchem Namen in dem Westphälischen Friedens Schlusse auch die Reformirten verstanden werden) von der Gemeinschaft der *Handlung,* **Handwerker und Zünfte** nirgends unter dem Vorwande der Religion ausgeschlossen werden sollen, mithin die von Appellanten aus ihren Innungs Artikeln angezogenen Worte anders nicht anzunehmen; Auserdem in sothanen Friedens Schlusse Art. VII. §. 1. ausdrüklich enthalten, daß alle Rechte und Freyheiten, so denen Katholischen und der Augspurgischen Confeßion zugethanen zugestanden werden, auch auf die Reformirten sich erstreken sollen, wannenhero jedem Landesfürsten nachgelassen, diesen oder jenen von angeregten Religionen zu dulten und, wo nicht besondere Landes Verfassung ein solches behindern, auch das Bürgerrecht mitzutheilen, für dergleichen Grundgeseze aber die angezogenen Innungs Artikel um so viel weniger geachtet werden mögen, jemehr jeder Landesherr, dem bekanten Reichsschlusse gemäs, die Innungs Artikel, nach befundenen Umständen zu verändern oder zu verbessern wohl befugt, solchemnach wenn auch in Ansehung Appellatens eine Dispensation nöthig gewesen wäre (welches nach dem, so oben angeführet, nicht zu behaupten) solche auf alle Fälle gar füglich hätte ertheilet werden können, immasen diesem Rechte in dergleichen Sachen, so in das gemeine Wesen und die Policey einschlagen, das Dienliche zu verfügen und, nach Gefallen Schranken zu sezen, Appellanten nicht zukommet, und dieselben an Appellatens Geschik- 4
lichkeit

lichkeit nichts zu erinnern haben; Endlich die Anwendung des Normal-Jahres zu weit getrieben würde, wenn man ohne Unterschied und mit übertriebener Sorgfältigkeit alle nur mögliche bürgerliche Einrichtungen, die weder in die Regierungs Form noch in die Verfassung des Kirchen-wesens einen sonderlichen Einfluß haben, als ewig und unveränderlich nach demselben abmessen, folglich weiter gehen wolte, als der Sinn und Meynung der damaligen Bundesgenossen und Gesezgeber selbst ge-gangen rc.

5 Ex his ſimul apparet, Facultates artium in Academiis Germaniae, quae peregrinae religioni addictos a doctoratu vel magiſterio arcent, Paci Weſtphalicae bellum indicere.

OBSERVATIO DXIX.

De Iurisprudentia Legislatoria, quae eſt continuatio Obſeruationis CCCXXX.

1 ISOCRATES *in Oratione ad Nicoclem de regno* vniuerſam legum condendorum artem hiſce paucis incluſit: *Edicta et inſtituta vitioſa loco moue atque inprimis labora, vt optimorum ſis inuentor. Si hoc fieri non poteſt, imitare ſaltem, quae apud alios bene inſtituta ſunt. Leges quaere inter ſe conſentientes atque tales, quae controuerſias ciuium minuant, non gignunt, et compoſitiones quam celerrimas efficiant.* Haec, vt opinor, NICCOLES praeclare omnia tenebat absque vlla inſtitutione. Quis regulas adeo generales et vagas ferat, aut quam vtilitatem illae afferunt? Potius opus erat, oſtendere, quomodo leges huiusmodi, quae ciuium controuerſias minuant potius
2 quam augeant, componenda ſint? Talia ego quoque poſſum praecepta facili negotio ſcribere: curato, vt in legibus condendis libertatis praecipua ratio habeatur, ne vllam tyrannidis ſuſpicionem prodant, vt agricultura, artes et commercia per leges floreant, vt numerus ciuium augeatur, ac liber ſit cuique religionis cultus. Quomodo autem id in qualibet republica commodiſſime inſtitui poſſit, difficilius traditur, quia omnis ſcientia, quae circa ſingularia verſantur, non tam certis quibusdam regulis, quam vſu potius et experientia adquiritur.

3 Primus de iurisprudentia legislatoria ſcribere aggreſſus IOACHIMVS HOPER, elegantiſſimus iuris interpres et ſupra ſua tempora doctus, qui in

Seduar-

Seduardo, libris quatuor prioribus, *Nomotheſiam*, ſiue *iuris et legum condendarum ſcientiam* tradidit. Mirus Hoperiani operis titulus. Nempe hanc Iſagogen ſuam, in honorem filii SEDVARDI praematura morte ſibi erepti hoc nomine appellauit. Non libri hoc, ſed auctoris nomen, KOENIGIVS credidit in ſua Bibliotheca, cum inepte et oſcitanter ſcribit: *Seduardum iuris conſultum de legibus ferendis commentarium ſcripſiſſe.* Deinde PETRVS GREGORIVS *Tholoſanus* libro X. de re publica, capite quarto et quinto, de iurisprudentia legislatoria quaedam inſeruit, item HERMANNVS CONRINGIVS diſſertationes duas, quae in operibus extant, *de Nomothetica, ſiue recta legum ferendarum ratione*, compoſuit. HENRICVS ERNESTVS KESTNER, Rinteleinſis Profeſſor, in *Conſpectu prudentiae legislatoriae*, vt ipſe in praefatione confitetur, CHRISTIANVM 4
THOMASIVM in pleriſque ſecutus eſt. Nouiſſime omnium MONTESQVIVS in libro de *Anima Legum* condendi iuris praecepta ſcripſit. Hic ſcriptor egregius, vt obſeruationum et exemplorum haud vulgarium copia ſe maximopere commendat, ita negare non poſſumus, eſſe quasdam maculas, quae eius gloriam deforment. Mitto male cohaerentem totius ſyſtematis ordinem et vinculum doctrinae aut nullum, aut ſaepius ruptum, cum multo magis offendant lectorem admodum multa eius hiſtorica peccata, probationes aut penitus falſae aut non ſatis communitae, et tantum non vbique mentientes allegationes. Coniecturas vero vt plurimum temerarias affert, et

Vt modo mira canat, nil curat dicere verum.

Huius libri cum maxima pars de legibus, pro diuerſitate climatis varie temperandis, copioſe tractet, miratus ſum, in viginti annorum ſpatio, quod colligendo ſcribendoque operi ſe impendiſſe ait, non in manus veniſſe notabilem GELLII *lib.* X, *cap.* 1. locum, quem quaſi ſummarium praeſcribere toti operi vncialibus litteris debuiſſet. Ita nempe apud Gellium SEXTVS CAECILIVS: *Non ignoramus legum opportunitates et medelas pro temporum moribus, et pro rerum publicarum generibus, et pro vtilitate praeſentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum eſt feruoribus mutari et flecti, neque vno ſtatu conſiſtere, quin, vt facies coeli et maris, ita rerum atque fortunae tempeſtatibus varientur.* Singulare fabulae Montesquianae argumentum, fateor, et propoſitum nobile, quod tamen iam ante eum aggreſſus eſt inter noſtros IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, in pulcherrima diſputatione, Halae Anno 1742 habita, eiusque Exercitationibus ad Pandectas Tom. I. pag. 271.

inserta: *De iuribus diuersis ex diuersitate climatum natis.* Hic BOEHMERVS, vt solet in rebus nouis fieri, tantum non irrisus, MONTESQVIVS autem laudibus ad coelum sublatus. Quae differentia? Nempe quod ille Germanus, hic Francogallus fuit. Sumus quidem, cum ipsi ab erroribus nos haud puros profiteamur, in ignoscendo faciles, et liberaliter MONTESQVIO condonamus leuiores naeuos, qui, nisi armatis per microscopium oculis, non deteguntur; illis autem, qui etiam leuiter iurisprudentiae et antiquitatibus tincto statim in oculos incurrunt, qua ratione ignoscamus? In libro XIX. capite XXV. scribit: Donationes inter coniuges iure ciuili prohibitas, contra vero sponsalitias largitates permissas fuisse, quia Romani solo temperantiae et moderationis studio matrimonia inierint. Belle! hoc nempe est philosophari et rationes legum reconditas afferre. Haec eius in Romanam historiam commissa peccata, (quorum IOHANNES AVGVSTVS ERNESTI, et BACHIVS plura notarunt) nulla tamen sunt, si cum erroribus in Graecarum, Germanicarum et barbararum gentium institutis comparentur. Inprimis quas beneficiorum militarium siue Feodorum rationes et causas adduxit, pessime inter se cohaerent, vt longo tempore non recorder me legisse quicquam frigidius. Neque tamen hoc sermone id efficere studeo, vt e manibus doctorum hominum ingeniosum caeteroquin opus excutiatur. Legant potius illud, sed vt fabulam Romanensem, vt PLATONIS Rempublicam, vt CARTESII philosophiam, cui hic liber simillimus. Nempe eodem fere modo ementitas Montesquius sibi legum causas fabricatur, quo Cartesius corporum mirabilia fingit particularum rotundarum hamatarumque elementa, atque se plane, vt ille, variis, quos pro lubitu format, turbinibus aethereis atque vorticibus totum immergit

5 coelestibus. Sic potioribus legislatoriae prudentiae scriptoribus nominatis, succedant leuiores tractatus, quorum titulos, vt in manus veniunt, notare eo magis necessarium putamus, quod BVDERI STRVVIANA *Bibliotheca Iuris* hunc locum, nempe prudentiam legislatoriam, plane intactum reliquit, nec vllos plane materiae Scriptores nobilissimae commendauit. Sunt autem circiter hi: CHRISTIANI THOMASII *Lectiones de iurisprudentia Legislatoria, cum praefatione Gotl. Stollii;* FRANCISCI ERNESTI VOIGTII *Prudentiae Legislatoriae specimen;* CHRISTIANI WEISII *disputatio de legibus, quatenus circa eam versatur Iurisprudentia Legislatoria;* IOSEPHI A SONNENFELS Grundsäze der Policey; IOH. HEVMANNI *Oratio de Nomothesia veterum Germanorum* quae in eius opusculis extat et nostrum denique Programma: *de singulari Imperatorum in legibus nouis ferendis mode-*

modeſtia. Sed, vt diximus, omnes illi, (neque enim memet ipſum ab hac culpa penitus abſoluo) nimis generalia, adeoque in ipſis rebus gerendis parum vtilia, tractant. Ipſe HOPPERVS, qui caeteris praeſtat, in verbis et ſplendida oratione admodum ſapiens, in rebus ipſis exſanguis et adeo quidem macilentus, vt facile ſuſpicio oriatur, nullas regulas tradidiſſe melius videri, quam nimium generales aut eiusmodi, quas absque magiſtro per ſe vnusquisque ſatis intelligit. Malim omnia ſenſui et experien- 6
tiae prudentum virorum potius committere et nihil plane dicere, quam nimis vagas atque inutiles ſuper ea re philoſophias garrire. Quam argumenti penuriam, cum ipſi auctores, qui in ea re ſtudium poſuerunt, animaduerterent, ne plane nihil dixiſſe viderentur, res ad propoſitum parum attinentes plerumque immiſcuere, vt liber aliquantulum procederet, nec chartae nimis tenues viderentur. Praeter hoc, quod diximus, etiam aliud vitium 7
eorum libris ineſt, vt regulas quidem ſatis bonas tradant, attamen, quod inique fero quam maxime, nullis eas exemplis illuſtrent. Quorſum autem regula, niſi per exempla in vſum deducatur? Macilenta ſine iis omnis definitio. Quid ergo proficit, generatim ſcire: Inuigilandum eſſe, vt data occaſione per nouas leges, ſi non directe, tamen per indirectum, Eccleſiis, Academiis, aliisque publicis pecuniae neceſſitatibus ſubueniatur; ne tamen ciues praegrauentur, ſed vltro et quaſi volentes contribuant, quam regulam, neſcio in quonam libro, eorum quos ſupra laudaui, me legiſſe recordor. Quem quaeſo fructum ex hac regula capias, niſi ſimul, (quod illi rarius faciunt,) ſigillatim per exempla doceatur, quomodo hoc ipſum inſtituendum ſit?

Nos periculum faciamus, rationem et viam demonſtrandi, qua inutilis 8
ob generalitatem regula, vtilior fieri atque hoc, quod ſummatim ſine vlla applicatione praecipitur, commodiſſime inſtitui poſſit. Primum ſpecialius dicendum eſt, vltro et quaſi volentes tunc ciues publicis neceſſitatibus ſubuenire, ſi illa potiſſimum bona ad piarum cauſarum ſuſtentationem conferre teneantur, quibus carere ſine magno incommodo vnusquisque facile poſſit. Caremus autem facilius iis, quae nondum habemus. His poſitis, velim lex feratur eiusmodi: *Vt omnes magiſtratus et notarii ad teſtamentum conficiendum arceſſiti ante omnia interrogent teſtatores: Quid et quantum reipublicae, Academiae, pago, vrbi vel vniuerſitati, in qua commorantur, aut eccleſiae, pauperibus, ad reficiendos pontes vel vias, dotandas denique virgines indotatas, aliasque publicas neceſſitates, relinquere velint? nec vlla*

omnino vltima voluntas valeat, in qua reipublicae nihil relinquatur, quantitate tamen vniuscuiusque testatoris arbitrio relicta. Hoc postremum ad-
9 didimus, ne lex libertati, in qua sustinenda et amplificanda quam maxime leges nouae allaborare debent (*Obs. CCCLX.*) libertati, inquam, cui immaniter multum in iure condendo tribuimus, contraria videatur. Semper enim hoc velim, cogitent nostri principes, se non Asiae aut Africae gentibus, neque seruis, sed liberis hominibus imperare. Cogitent, inquam, incolis vndique affluentibus regionem prae ceteris locupletari eam, in qua leges maiorem libertatis speciem prae se ferunt. Recte ille sapientissimus BECCARIA in libro 1766 germanice verso: **Die Geseze müssen also eingerichtet werden, daß jeder Bürger sagen könne: Ich werde vom Geseze beschüzt, und bin kein Sklave; Eine Denkungsart, die Muth einflößt, und einem Regenten, der sein wahres Interesse kent, so viel, als ein Tribut, werth ist.**

10 Venit mihi in mentem adhuc alia ab istis tradita, eaque per se egregie bona definitio, similiter tamen, quoniam per specialia exempla nemo satis eam illustrauit, fere infructuosa, quam, vti in priori fecimus, subiecto exemplo quodam et modo excogitato, pragmaticam facere et in praesentem vsum deducere studebimus. Nempe medicos illi nos intueri iubent, aegroti curam non suscipientis prius, quam sanguinis intemperies vnde orta videatur, et, qui potissimum humores morbo caussam dederint? probe et diligenter explorauerint. Neque enim fortuitas morbi accessiones, quas *Symptomata* appellant, sed primam mali originem remouere student, cum probe sciant, hac sublata, sine vllo remedio illa aduentitia protinus migrare. Huic similem legislatorem esse volunt, eique praecipiunt: *vt hereditarium inprimis populi malum ante omnia inuestiget.* Praeclara hercules regula, quam quis quaeso non probauerit? sed tam vulgaris etiam, vt vix quisquam adeo sit hebes, quin eam, nec admonitus, absque omni institutione intelligat. Praeterea cum sit nimium generalis, si hos legislatoriae prudentiae magistros eam distinctius explicare iubeas, ad summum, si multum vrgeas, responderint: opus esse, vt molli populo ferendae leges sumtuum causas et omnia luxus irritamenta praecidant, atque forte DIONYSIVM HALICARNASSAEVM laudauerint, qui in secundo libro Antiquitatum Romanarum scribit: *Principes eas leges ferre debere, quae iustam et temperantem priuatorum vitam efficiant.* Audio! placet regula, neque tamen sufficit, nisi simul, quomodo et quibus potissimum praeceptis haec abscondita

luxus

luxus irritamenta praecidi poſſint? clarius dicatur. Iam vero obmuteſ-
cunt. *Igitur* vbi ſubſtiterunt, iter continuemus et ad excogitandos mo- 11
dos, quibus primi quaſi luxuriae fontes obſtrui poſſint, rem publicam (do-
ctrinae cauſa) animo concipiamus eiusmodi, in qua ciues prodigalitati, ve-
ſtium cultui, forte et epulis immoderatius faueant, ac deinde etiam in hac
ipſa, quam mente et cogitatione fingimus, ciuitate *Geradam* in vſu eſſe po-
namus, vt ſucceſſione muliebri veſtes, gemmas et alia ornamenta praecipiat
proxima cognata, marito et omnibus agnatis ab ea re excluſis. His poſitis,
tradita in ſuperiori regula principi facile perſuadebit, vt hanc muliebrem
in res vtenſiles ſucceſſionem tollat. Quare? quia fomentum mali in ſe ha-
bet, per quod a mulieribus luxus ſtudium ſenſim ſenſimque ad alios ciues
latius ſerpit, vt ſequens fabula docebit. MARCELLA pulchra ſine omni
ornatu foemina et oculos feriens nuper ornatiorem veſtium et gemmarum
cultum a quadam ſibi cognata mercatoris vidua hereditario iure cepit.
Nunquam maritus, probus et honeſtus ciuis, nec tamen pecunioſus, adeo
praeſtantem vxori mundum comparaſſet. Sed quoniam hoc lucrum cognatae
mors attulit, eo uxorem vti patitur, nec ſine vicinarum inuidia tamen. Nam
litterati cuiusdam coniugem iam video maximopere indignari, ciuici ordi-
nis foeminam ſic cultam incedere, et die nocteque maritum precibus laſſa-
re, vt, ſi non eundem, tamen ſimilem ipſi ornatum comparet. Indignum
enim facinus eſſe, ſi ab illa ſe ita ſuperari patiatur. Murmurare ille mul-
tum, ſed ad poſtremum, quid enim faciat? emere. Iam ſic incedentem lit-
terati vxorem obliquis oculis liuidule intuetur, quae in vicinia habitat,
quaedam nobiliſſimi equitis vxor. Tragoedia eadem. Nam et haec pre-
cibus, minis, lacrimis, ſique his effecerit nihil, triſti et lamentabili eiulatu
fatigare maritum non locupletem forſitan, velit gemmas, quas ipſa iam ha-
beat, aliis coëmtis augere. Nam ſi litterati illa coniux tam ſplendide ſe
gerit, anne ego, inquit, innumeris progenita atauis, huic minus nobili con-
ceſſerim? Auertit ille quidem aures, varia reponit, ſedare ſtudet ſpiritus
et meliora ſuadet, ſed, quid fabulae finem morer? Emitur. Noua nunc
inter nobiles aemulatio, augetque paulatim vnius MARCELLAE hereditas
ornatum foeminarum plurium, maximo cum maritorum et reipublicae
damno. Neque vero leuis res Gerada muliebris, aut momenti nullius.
Tota patrimonia pendent ab auribus, collum margaritis grauatur,

Non ſatis ad faſtus noſtro inuenimus in orbe
India tentata eſt, et noua damna dedit.

Serica nunc etiam coepit quoque vilis haberi,
Atque in plebeia luxuriare domo.
Quotque vides menses, totidem discrimina vestis,
Inque nouas formas quilibet annus abit.
Arctaque paupertas lariumque angusta supellex,
Auratis tunicis dissimulata latet.

Sunt autem tanto curatius omnes in populo, quem nobis fingimus rimarum exitus idoneis legibus obstruendi, ne inueteratum malum et sua copia abundans latius effluat. Non solum propter illam vnicam, quam sic proscribimus, Geradam, sed quia vnus in luxu articulus, deinde plures gignit. Laudat in suo libro CAESAR *de bello Gallico* Neruiorum, vetusti Germaniae populi sapientissimos legislatores, qui, cum animaduerterent, luxu et gula relanguescere animos, *nullum aditum mercatoribus*, *nihil patiebantur vini reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferri.* Hoc nobis dictum putemus, hoc ante oculos ponamus.

12 Aliud adhuc praeceptum supplebimus. Iubeo scilicet, ne suas leges ipsi legislatores nimiis exceptionibus perplexas reddant, sed potius facilitatem et vniformitatem in omnibus, quousque fieri potest, studiosissime seruent. Sic multiuaria praescriptionis tempora, quia memoriam grauant, mihi valde displicent, cum aliae actiones triginta annis, aliae quadraginta, quaedam biennali, aliae quinquennali tempore praescribuntur, actio, quae alea amissum repetitur, non nisi L. annorum decursu permittitur etc. Cur tam diuerse? Sunt quaedam in nostris etiam regionibus edicta, quae ipse ego, qui quotidie ius dico, semper ob minutissimas quasdam distinctionum distinctiones et exceptiones multiuarias euoluere cogor, quotiescunque casus inciderit, quoniam impossibile est, tantum distinctionum et diuersitatum puluerem memoria tenere. Quid ergo alii ciues, quibus non est tanta cum legibus familiaritas? Onera in concursu vltra quinquennium peti non possunt, vsurae hypothecariae non vltra triennium. Velim hic eundem annorum numerum. Talia multa afferre poteram memoriae taediosa. Quis ista omnia in numerato habeat? Macerantur hisce diuersitatibus ipsorum iudicum ingenia, nedum ciuium, et difficilis redditur legis studium sine causa. Valde graue est, in talibus et hisce similibus neminem quid et quantum debeatur? respondere posse, nisi prius volumina immensa librorum euoluerit. Non ignoro quidem, sed probe scio, has diuersitates et centum saepe vnius regulae exceptiones non sine quibusdam causis inductas esse, sed malo generatim omnibus quam singulis profutura,

futura, et praeopto Graecorum et Romanorum praecisionem et proficuam negligentiam potius, quam nostrorum subtilem diligentiam, qua nihil aliud efficitur, quam vt intelligendo nihil intelligas. Idem enim habet vitii nimia, quam nulla diuisio et simile confuso est, quicquid in puluerem secatur, vt idem propemodum videatur, ac si nullum ius haberemus, si quod habemus confusum, nec sibi per omnia simile est. Haec ipsum Collegium Iuridicorum Lipsiense in quadam ad Serenissimum Electorem Consultatione his verbis prodidit: **Die besten Gesetze sind, unserm Erachten nach, die einfachsten, wo ohne viele, oft mehr scharfsinnige als nützliche, Unterscheidungen die Regel gerade durchgehet, und so viel als möglich, die Verschiedenheit vermieden wird.** Has diuersitates a reliquarum legum analogia, a simplicitate, a breuitate et vniformitate recedentes leges immaniter odi. Admiror e contrario Graeciae sapientiam et Decemuiralis apud Romanos dictata, quae GELLIVS *Noct. Att. lib. 20. c. 1.* ob illam absolutam breuitatem commendat, in quibus in singulis propositionibus singulae leges continentur, nullis admixtis exceptionibus. Detestabile illud NISI, illud INTERDVM, illud PRAETERQVAM, quo leges seipsae perforant.

Multo intolerabilius, si illae ipsae exceptiones, per se iam Themidi 13
inuisae, etiam ipsis propositionibus innectantur. Displicent potissimum sesquipedales illi et impliciti verborum semet ipsa illaqueantium periodorum meandri et tortuosa verba,

Quae nisi Sybilla legerit,
Interpretari alium credo potesse neminem.

Nihil perplexiorem Orationem reddit et obscuriorem, quam si vni propositioni decem alias intrudas. LEX LEGI NE MISCEATVR. Saepius in longo et Asiatico dicendi genere leguleii vel vnam syllabam non satis commode positam arripiunt et ex ea aliquid exsculpunt,

Vnius vt verbi grandia damna ferant.

Hinc apud Athenienses cautum, vt singulis rebus singulae leges, nec Miscellae scriberentur, et Consulibus Romanis saepe a Senatu acclamatum: *Sententias diuide!* Legem breuem esse oportet, inquit SENECA, quo facilius ab imperitis teneatur. Velut dimissa diuinitus vox sit. Iubeat, non disputet. Nihil mihi videtur frigidius, quam lex cum prologo.

OBSER-

OBSERVATIO DXX.

Non solum aedificare licet, sed omnia facere ad alterius aemulationem.

Quid inter vexam et aemulationem intersit?

1 In Lege 3. pr. ff. de operib. publ. MACER iureconsultus haec edisserit: *Opus nouum, priuato etiam, sine principis autoritate facere licet, praeterquam si* AD AEMVLATIONEM alterius ciuitatis *pertineat, vel materiam seditionis praebeat, vel circum, theatrum vel amphitheatrum sit*, quae verba interpretibus occasionem dederunt, ab operibus publicis ad priuata opera argumentandi, quia obuenienti apud Macrum aemulationi hunc sensum dedere, vt aedificare ex aemulatione non sit aliud, quam si solo nocendi animo, non necessitatis vel vtilitatis propriae gratia, aedificem aut aliquid
2 suscipiam, non vt prosit mihi, sed vt alteri noceat. At falsam huic verbo tribuunt significationem, cum ex CICERONE *Quaest. Tusc. lib. 4. c. 8. et c. 26.* et PETRONIO *c. 99.* appareat, aemulationem siue riualitatem esse concupiscentiam boni ab altero possessi, vt, si idem habere non possim, simile habere studeam. v. c. si vicinus speciosam vestem, rubram fortasse, aut carpentum elegans, si ephippia pretiosa ostentet, ego autem inuidia adductus similia mihi comparem, quae res odia serit. Sic Carthago dicebatur vrbis aemula, quoniam de imperio certabant. Igitur Macer Iureconsultus, si verendum sit, ne ex imitandi studio simultates, suspiciones, immo bella oriantur, principem consulendum suadet, ne forte detrimento alterius ciuitatis tale publicum opus exstrueretur. Solas enim seditiones et publica odia lex praecauet. Plane ergo alia, quam doctores ei tribunt, verbi significatio.

3 Cum itaque haec lex regulam generaliter traditam: in suo qui aedificat, nemini facere iniuriam, non subuertat, videamus, anne saltim alia ratione probari possit, aedificium, quo mihi non prosim, iniustum esse. Tale opus, si quid video, nondum extitit vllum. Non solum enim natura et deus, sed ne homines quidem, aliquid frustra faciunt. Quis quaeso impensas fecerit sine causa? Si vel maxime non aliud, quam inimico per id nocere velim, iam id speciem vtilitatis propriae induit.

O vero

O vero improbam, ais, vtilitatem, quae in vltione conſiſtit. Fateor, ſi iniuriae, quas mihi vicinus intulit, tales fuerint, vt conqueri de iis apud iudicem poſſim, vltionem priuati hominis iniuſtam videri; quid autem, ſi mihi quid acciderit, de quo magiſtratus auxilium implorare pudeat aut aliam ob cauſam actione forenſi poenam fruſtra petiturus ſim? Talium vero in vita ciuili ingens copia. Quem enim non exempla innumera docuerunt et experientia propria, omne genus iniuriarum legibus coerceri non poſſe, adeoque innumeras huiusmodi iniquitates non raro nobis eſſe perferendas et varias in vita ciuili obuenire vexas, quas, ſi iudici denunciem, ridear, non quod laeſione careant, ſed quia nimis impatiens videar. Quotiescunque autem tempora incidunt, quibus iudicis copia aut nulla aut difficilis, tunc reuiuiſcit primaeuus hominum ſtatus (*Obſ. CCCXCIV.*) in quo hoſtem perſequendi illimitata poteſtas. Etenim natura omnia animalia, quae in coelo, quae in mari, quae in terra naſcuntur, vim vi, fraudes fraude, offenſas offenſis repellere docuit. Nullo ergo iure prohibebor inimico nocere, immo prudenter interdum hoc facio, ne vna perpeſſa iniuria alteram inuitet. Si quis autem hoſti, cum nocere poſſit, parcat et accepta alapa alteram genam verberanti porrigat, laudandus ille quidem, quoniam id Chriſtus praecepit, ſed plus praeſtare videtur, quam ab homine ratio exigit. Qui contra ſentiunt, honeſtatis regulas confundere videntur cum praeceptis iuſtitiae, et humanitatis officia cum perfecta obligatione. Si in meo aedificem, quo iure vicinus de aemulatione conqueratur?

Odi leges, quae naturalem libertatem ſine cauſa infringunt. (*Obſeru.* 5
DXIX. num. 9.) Sed vt ad rem proprius deueniamus, compendiariis illis ſcriptoribus, qui aedificationem aemulantem prohibent, luculento exemplo oſtendam, eam iure optimo licere. Quaero enim ab iis, an, ſi lumina aperuerim, ex quibus in vicini aream proſpiciam, quod mihi facere licet, an vicino ius ſit, ea appoſito pariete obſcurare? Licere dicent. *L. 9. ff. de ſeruit. praed. vrban.* Manifeſtum autem eſt, vicinum haec mea lumina obſcurare aemulandi animo, quia feneſtris meis parietem opponit, non vt ſibi proſit, ſed vt mihi noceat? Non certior vlla aemulatio, et tamen legibus permiſſa. Ergo ſi non aliud, vel hoc vnum, ſatis luculenter probat, non ſolum aedificare, ſed omnia facere permiſſum eſſe, in alterius aemulationem, ſi quis ſuo iure vtatur.

Nam ſi quis alteri iniuria noceat, non aemulatio, ſed *Vexa* eſt. 6

7 Si, quoniam aegre fers, vicinum te non multo nobiliorem aut meliorem rubicunda in veste superbire, tibi quoque rubicundam comparare velis, nullo modo vereare, ne exuere iubearis. Eme talem meo periculo. Nam actio alteri deficit, nec prostat in corpore iuris lex vlla, quae prohibeat, ad alterius aemulationem rubram vestem induere.

8 Esto autem, fingamus adesse legem, quae aedificare in aemulationem prohibeat, eam ego totam, si non ridiculam, tamen inutilem dixerim, vtpote exitum non habituram. Etenim aedificare in aemulationem is non putatur, qui aliquam vtilitatem, vtut exiguam, allegare possit.

9 Vnde difficillimum erit probatu, alterum ex aemulatione aedificasse, quia vel sola voluptas vtilitatis speciem habet. Nec video, si talis lex fingatur, aliud probandi medium, nisi iurisiurandi delationem, quam is, contra quem agitur, declinare studebit, quia ex quorundam sententia ea super proposito in mente retento locum non habet: si autem locum habeat, nihil facilius erit, quam conscientiam probatione exonerare et aliquantillam commoditatem obuertere, facillime probandam. Vnde minime miror, mihi, quamdiu dicasteriis interfui, actionem nondum obuenisse, qua actor aedificium a reo structum ad aemulationem factum fuisse diceret, et oblineret, vt recte CHRISTIANVS THOMASIVS in Disputatione, quam *Non Ens actionis forensis contra aedificantem ex aemulatione* inscripsit, de suscepta sine vllo commodo aedificatione controuersiam simillimam perhibeat ei: si quis, an per aërem nauigare liceat? disputare velit, cum, siue liceat nec ne? id ipsum, de quo quaeritur, per rerum naturam fieri non possit. Nihil enim homines sine ratione suscipiunt, quamcunque autem fingas aedificandi causam, semper ea vtilitatis speciem habebit. Nondum ergo, quamdiu orbis terrarum conditus, sine vllo aedificantis commodo institutum opus puto. Si quis ex me quaerat: anne Chimaeram occidere liceat? ei nihil amplius, quam: fac prius nasci, responderim.

10 Videor tamen mihi ipsi leges quasdam, quae aemulationes disuadeant, in Obseruatione CCXXXI. allegasse. At illae primo adspectu contrariae leges fere omnes in fauorem agriculturae perlatae fuerunt, nec me Lex *38. ff. de rei vindic.* in qua possessor domino cedere iussus, prohibetur picturas parieti aut tectorio inductas corradere, nihil inde laturus, nisi vt officiat, vllo modo remoratur; quia ex hac aliisque abnormibus et singularibus legibus, non aliud elicitur, nisi hoc: regulariter licere omnia ex aemulatione

latione facere, adeoque etiam aedificare, nisi quid lex nominatim et disserte excipiat. Nam iura singularia et priuilegia inprimis odiosa, tanquam exceptiones a regula, non ad exemplum trahi debent, quoniam per eas ius valde incertum et ambiguum redditur. *cap. 15. de reg. iur. in 6to et §. 6. Inst. de iust. et iure.* Malitiae non indulgendum esse fateor, sed noxam inimico illatam nego talem esse.

OBSERVATIO DXXI.

Variae de Compascuo lites.

In iure compascendi neque dominantem seruienti, neque hunc illi cedere, 1
sed vtrumque pascere, quousque pastura sufficit, diximus supra. *(Obs. CLXXXVIII.)* Vnde dominus praedii seruientis, in nuperrima causa cum existimaret, alterum, nempe dominantis praedii dominum, non prius pascere debere, quam si ipse, nempe seruiens, suas pecudes induxisset, irrisus est, vt ex rationibus decidendi Mense Iunio 1770 in lite S ** contra L ** 2
redditae declarant: Ob wohl Beklagter in den Gedanken stehet, daß weil Klägerin in vorigem rechtskräftigen Urthel nicht in dem Besitze der Huthung schlechterdings, sondern nur bey der Koppeltrift, geschüzet worden sey, derselben zwar frey stehe, ihr Vieh an denenjenigen Orten, wo Beklagtens eigenes Vieh gehüthet werde, neben demselben zugleich mit, keinesweges aber an solchen Pläzen, wo Beklagtens Vieh nicht ebenermasen befindlich, hüthen zu lassen.

Dennoch aber und dieweil, wenn derjenige, dem die Koppelhuth 3
zustehet, nicht eher, als bis der Eigenthümer sich mit seinem Viehe auf der Trift befände, hüthen dürfte, leztern nichts leichter fallen würde, als seinen Genossen durch einen listigen Umschlag ganz um sein Befugnis zu bringen, oder doch solches, auch selbst zu der Zeit, wenn er sich mit eigenem Viehe auf dem Plaze befände, und von weiten den auswärtigen Triftgenossen kommen sähe, gar sehr zu erschweren; indem er nur solchen Fals sogleich einlenken und nach Hause oder sonst an einen andern freyen Ort eintreiben dürfte, da denn jener wieder umkehren müste, und den Weg vergebens gethan hätte, wannenhero, da diese Unbilligkeit alzu stark in die Augen fält, der ausengesessene Triftsberechtigte die Gelegenheit, da des Eigenthümers Vieh sich auf dem Huthplaze befindet, auszuspühren und abzuwar-

zuwarten nicht nöthig hat, sondern so bald die offene Zeit vorhanden, unbekümmert: ob der Eigenthümer mit seinem eigenen Viehe daselbst erscheinen oder wegbleiben wolle? sicher eintreiben darf.

OBSERVATIO DXXII.

Vocabulo Germanico derer Schäden *etiam lucrum cessans, et omne id, quod interest, continetur.*

1 Multum interesse inter lucri spem amissam et verum damnum, facile apparet. *Lege 1. §. 2. ff. de ag. et aqu. pluv.* Damnum enim est, quoties alteri res iam adquisita aufertur, adeoque ex patrimonio quid diminuitur. Lucrum cessans autem, quoties alicui spes rei adipiscendae intercipitur, rei inquam, quam is nondum possedit nec sibi stipulatus est, sed habiturus erat, ni alter obstitisset. Nemo ergo negauerit, lucrum cessans minus malum esse et tolerabilius, quam verum damnum. Magis quippe affligimur, si amissuri simus, quod iam nostrum est, quam si lucrum non consequamur, et longe est grauius, aliquid de bonis suis dimittere, quam non adquirere.

2 Ex his quodammodo colligi posse videtur, si sententia alicui reparationem (damnorum, der Einbuse) imposuerit, cum reorum partes semper fauorabiliores sint, atque odia quibuslibet modis restringi debeant, nullam haberi lucri cessantis rationem.

3 Sed verbum germanicum Schade non, vti damnum, a diminuendo ortum, quare WEHNERO adstipulor, qui in *Obs. Pract. s. v.* Schade, etiam fructus hoc nomine contineri, pluribus rationibus potissimum argumento Legis *75. L. 81. ff. de verb. sign. et L. 3. ff. de damn. infect.* probauit.

4 Neque tamen sub hoc verbo Expensae iudiciales comprehenduntur, vtpote quae suo peculiari nomine Unkosten a damnis reliquis discernuntur.

OBSERVATIO DXXIII.

De clericis minorum ordinum hodiernis apud Euangelicos.

1 Clerici minorum ordinum ad exemplum Iudaicae ecclesiae formati. *1 Chron. XXIV, 5. XXVIII. 20.* Sunt autem vel *Ostiarii,* claues templi

pli cuſtodientes, de quibus *c. 1. ff. fin. diſt. 21. c. 1. §. 1. diſt. 27.* vel **Acoluthi,** latine Accedentes et Ceroferarii, qui diaconum ad canendum euangelium incedentem, ſequebantur, ISIDOR *Orig. 7. L. 6. Cod. de epiſc. et cler. c. 1. §. 17. diſt. 21.* Horum officium deſcribit *c. 1. diſt. 25.* In *Lege 10. et 24. C. Theod.* iuuenes appellantur; vel **Exorciſtae,** quos latine incantatores dicere poſſis, exorciſmos memoria tenentes, manusque ſuper energumenos in exorcizando imponentes, de quibus in Lege *1. §. 3. ff. de extraord. cognit. ita* VLPIANVS: *Si incantauit, ſi imprecatus eſt, ſi, vt vulgari verbo impoſtorum vtar, exorciſauit, non ſunt iſta medicinae genera, tametſi ſint, qui hoc ſibi profuiſſe cum praedicatione affirment.* Tandem **Lectores,** de quibus LANCELLOTVS *in Inſtitutionibus lib. 1. tit. 23.* Haec nomina hodie rariſſima.

Noſtro enim tempore hiſce in veteri eccleſia obuiis minorum ordinum clericis comparandi quodammodo Ludimagiſtri, Organiſtae, Cantores, nec non templi Cuſtodes, qui omnes laicorum numeris exemti. *Cod. Aug. Tom. 1. pag. 889. et 895. Tom. 2. pag. 2077.* Primo de moderatoribus ſcholae videamus. 2

LVDI MAGISTRI praeſentantur a patrono conſiſtoriis et ab iis confirmantur. Ergo cum patrono non ſubſint, is ludimagiſtro mortuo bono eius obſignare nequit, niſi forte ob periculum in mora neceſſitas vrgeat, quo facto tamen ſtatim de ea re ad conſiſtorium relationem facere tenetur. *Cod. Aug. T. 1. p. 839.* Parochiani ludimagiſtros aliunde vocatos cum ſarcinis et familia adducere tenentur. CARPZ. *Conſiſt. lib. 1. tit. 6. defin. 86.* Etſi autem veris clericis omnino annumerandi ſint, nec tamen formulam concordiae, ſed tantummodo decretum viſitationis ſubſcribunt. *Cod. Aug. Tom. 1. pag. 783.* Patronus eos ad munus vocare nequit, ſine praeſcitu parochi, cui votum negatiuum competit. CARPZ. *Iurisprud. Conſiſt. defin. 78.* In electorali Saxonia non fruuntur anno gratiae, *Cod. Aug. Tom 1. pag. 851.* ſed in reliqua Germania eo gaudent. BOEHMER *Schilter. illuſtrat. pag. 144.* Praeſente parocho, niſi iuſſi, ſedere, nec loqui debent, niſi interrogati, *arg. can. 14, 15, 19. diſt 93.* eique in rebus ſacris, non vero domeſticis, miniſtrare. BOEHMER *I. E. P. tit. 27. §. 8.* Si opificium didicerint, id ruri poſſunt exercere, neque tamen aliter, quam ſi in collegium recepti, wenn ſie Meiſter worden, neque boethos inſtruant. BEYER *ad Carpz. lib. 1. defin. 87.* Nam quae in Art. Gen. 40. de liberiori opificii exercitio quondam diſpoſita, 3

mihi per Rescriptum *d. a. 1700 in Cod. August. Tom. 1. pag. 867. et Mandatum d. d. 29. Ian. 1767.* abrogata videntur. Adeoque dimissorum militum, qui opificia exercent, etiamsi magisterii iura non impetrauerint, et ludimagistrorum diuersa est ratio. Nec permissum ludimagistris, quod ita ruri sua arte perfecerunt opus, in vrbe vendere, etsi magisterii iura nacti sint, vti Facultas Lipsiensis anno 1767 pronunciauit, his verbis: Daß klagender Schulmeister nach Inhalte des gnädigsten Befehls vom 29 Jenner des 1767sten Jahres §. 2. Num. 3. in die Stadt N. zu arbeiten nicht befugt, wannenhero dessen hierauf gerichtetes Suchen unstathaft, ob er wohl im übrigen wegen des erlangten Meisterrechts für einen Landmeister allerdings zu achten, mithin demselben, wenn er nicht zu feilen Verkaufe Arbeit im voraus verfertiget, sothanes Handwerk auszuüben, fernerhin nachgelassen bleibet. Sunt porro ludimagistri membra vniuersitatis et pascuis communibus fruuntur. *Gen. Art. 90.* Neque tamen columbas alere debent. *Rhaps. Obs. CCLXXXII.* In quibusdam prouinciis consistorio calamos, quasi canonem, subministrare tenentur.

4 Informatrices puellarum Schulmeisterinnen der Mägdlein non confirmantur a Consistorio, sed harum loco mariti, BEYER *ad Carpz. Consistor. defin.* 74. attamen ipsis mulieribus vocatio datur. *Rescr. d. 19. Mart. 1700. in Cod. Aug. Tom. 1. p. 867.*

5 In Instructione Scholastica Saxoniae *d. d. 20. Nou. 1724. et* Ordinatione *d. a. 1766.* dispositum, vt parentes rustici liberos suos, si annum quintum superarint, vsque ad annum XIV. ludimagistro committant, eosque nec hyeme nec aestate scholae eximant, vt tamen tempore messis adultiores per quatuor septimanas disciplinae subtrahere liceat. Cum vero de adultioribus liberis, qui pascendo pecori et officiis domesticis adhibentur, dubitatio oriretur, referente KÜSTNERO Consistorium Lipsiense hoc temperamento vtebatur: Daß die etwas herangewachsenen und sonderlich die, so zum Hüthen oder sonst zur Haushaltung gebrauchet werden können, zur Sommerszeit wenigstens täglich zwey Stunden, und etwa von 10 bis 12 Uhr in die Schule geschiket werden sollen. Caeterum de officio ludimagistrorum conferendae sunt variae scholarum Ordinationes *in Cod. August. Tom. 1. p. 543. vsque ad p. 559.* item nouissima in Supplementis Codicis Augustei *pag* . . .

A ludi-

A ludimagiſtris diſtingue CATECHETAS, Kinderlehrer, quaſi praeceptores vniuerſitatis communes, qui ſi confirmati a conſiſtorio, clericis, ſi non confirmati, laicis annumerantur. Hos vniuerſitas ſine ciuilis magiſtratus conſenſu, HORN. *Claſſ. 1. Reſp. 25.* vtpote qui invitus ſubditum et incolam tolerare non tenetur, nec ſine praeſcitu Paſtoris, HORN. *Reſp. 25. Claſſ. 1.* qui eam rem ad Superintendentem defert, ſibi optare non poteſt. Debet etiam ludimagiſter in catechetae optionem conſentire, ſiquidem illius emolumenta per hunc diminuuntur, immo ſi in perpetuum aſſumatur, opus eſt decreto conſiſtorii, ſine quo ne ludimagiſtri quidem ſucceſſoribus ſuis aliquid derogare poſſunt. Catecheta ab vniuerſitate electus ſe primum parocho deinde ſuperintendenti ſiſtit zur Prüfung, nec tamen opus, vt is ad conſiſtorium rem deferat, ſcilicet de eo loquimur, qui confirmari non ſolet. Talis a conſiſtorio non confirmatus ciuili iurisdictioni in omnibus ſubiacet, *Reſolut. Grauam. d. a. 1715. in Cod. Aug. Tom. 1. p. 374. Mand. d. d. 22. May 1713.* et omni tempore ab vniuerſitate dimitti poteſt. Neque vt ludimagiſtri aequiualentum ſteurarum bibalium (Trankſteuer) accipiunt. 6

ORGANISTAE pariter atque Cuſtodes matris geradam capiunt, nec ſe cambialiter obligare poſſunt. *O. P. R. in Append. §. 11.* et *Cod. Auguſt. Tom. 1. p. 895.* competitque iis, vt caeteris clericis, beneficium competentiae. *Rhapſ. Obſ. CXXXVI. et CCCXI.* atque etiam in pecuniariis cauſis coram Conſiſtorio conueniuntur. Nempe ſi a Conſiſtorio CONFIRMATI ſint, quod quoniam rarius accidit, nunquam praeſumi debet. 7

CVSTODES ſeu Aeditui patrono non ſubiecti. *Mandat. Saxon. d. a. 1710.* Ergo veri clerici, *Cod. Auguſt. Tom. 1. pag. 889. Tom. 2. pag. 2077.* BRÜCKNER *Diſp. de Hierophilacibus ſiue templi cuſtodibus.* In cuſtodia vaſorum ſacrorum et veſtium leuem culpam praeſtant, *l. 4. ff. locat. condit.* ſecundum BOEHMERVM autem *I. E. P. Tom. 1. lib. 1. tit. 27. §. 12.* etiam leuiſſimam. Conſtituuntur aeditui conſenſu paſtoris et conſiſtorio praeſentandi ſunt. BOEHMER *I. E. P. Tom. 1. lib. 1. tit. 27.* Hi omnes clericis annumerandi, nunc de Pſeudoclericis videamus, quales ſunt

TVBICINES OPPIDANI. Hos non confirmat conſiſtorium, et obiurgati a conſiſtorio ſuperintendentes et paſtores, qui ſe creationi a patrono ſuſceptae arroganter hoc colore immiſcebant, quod inſtrumentalem muſicam in templo faciant, ſiquidem in tali cauſa Conſiſtorium Lipſienſe reſcri- 8

rescripsit: Ihr der Superintendens wollet den Rath, an der ihn zustehenden freyen Wahl seines Stadt-Musici nicht hindern.

9 TVRRICOLA der Thürmer. Similiter cum senatum in opidulo quodam non posse turris custodem sine suo consensu constituere, alius Inspector ecclesiae contenderet, magistratus plenissime vicit, KÜSTNER *ad Deylingium pag. 645*. Talem enim patronus pro lubitu sibi eligit.

10 SACCVLI SONANTIS MINISTRI siue Altoristae, Zymbelträger, meri laici. Licet vero muneri publico se nemo subtrahere possit, tamen personae honoratiores v. c. doctores id valide deprecantur. MENKE *Pandect. lib. 50. tit. 4. §. 3.*

11 ANTISTITES clerici non sunt. Kirchväter. Attamen in vtrisque assumendis competit pastori votum negatiuum, HORN ad *Schilterum lib. 1. tit. 10.* ac itidem tantum intuitu officii consistorio parent. Hoc munus interdum est reale et praedio inhaeret, vt etiam foeminae interdum id subeant per substitutos. HORN *ad Schilter. lib. 1. tit. 10. §. 11.*

12 Bettelvoigte qui canes templo expellunt. Concilium Constantinopolitanum in Trullo sub Iustiniano II. habitum can. 88. *Si quis dedrehensus fuerit sine necessitate iumentum in templum introducere, si sit Clericus deponatur, si vero Laicus, segregetur.* Haec de iumentis. Magis sacra infestant canes, de quibus Concilium Aquisgranense anno 1289: *Placuit admonere Reuerentiam vestram, vt vnusquisque vestrum videat, per suam parochiam, vt ecclesia Dei suum habeat honorem et non sit domus Dei peruia canibus.* Quis vero hanc Diogeni amabilem bestian abigat? Ostiarii forsitan? quis tam abiecte de his vetustis clericis sentiet? Credo id laicis pauperculis negotii datum fuisse, vt rite in canes mingentes et latrantes animaduertere possent. Agit de iis VRBANVS GODOFREDVS SIBER *in Disp. de cane e templis exterminando*, vbi conqueritur, Lipsica in vrbe constitutos canum in ecclesia magistros, die Bettelvoigte, saepe segnes quasi officii sui pudeat, officio non satisfacere et canibus turbas et petulantias permittere, dum interea isti Lorarii de stipe ab exeuntibus extorquenda cogitent, quos ab iniuria canum tueri debuissent. Tandem additi sibi valde morem placuisse in Bohemiae metropoli receptum, vbi ante singulas templi ianuas duae vetulae e stipe sacra viuentes virgis armatae canibus fustigationem minentur, quasque hac expeditione meliorem operam Deo praestare putat, quam si somnolentae et desides intra templi ambitum commorarentur.

Porro

Porro clericis non annumerandi Organiſtarum miniſtri folles pedibus calcantes, Balgtreter, nec 13

SANDAPILARII ſiue Veſpilones, de quibus proſtat SAM. FRID. 41
WILLENBERGII *Diſp. de iure veſpillonum.* Sed hos patronus libere optat; illos tamen Organiſtae, hos paſtoris praeſcitu. Hi omnes, ſi quid in officio peccarunt, cognitioni eccleſiaſticae, in reliquis autem ſeculari foro ſubiecti ſunt.

OBSERVATIO DXXIV.

De Principali cauſa omnium in iure diſſenſionum.

Non ſolum, quae inter Capitonem et Labeonem, deinde inter Sabinum 1
et Proculum interceſſerunt, ſed omnium omnino, quae noſtris etiam temporibus agitantur, controuerſiarum primaria fere cauſa: quod Labeo vna calcei forma omnium pedes metiebatur, Capito contra non pedem calceo, ſed calceum pedi accommodandum putaret.

Cum autem quibusdam plane ineptum videretur, eodem calopodio 2
omnes calceare, neque tamen fieri poſſe animaduerterent, vt pro ſingulis pedibus ſingula calopodia formarentur, quia innumerabilibus calceorum formis opus eſſet, *L. un.* §. *18. C. de vet. iur. enucl. j. L. 10. ff. de legib.* parum ſibi conſtans ſecta Miſcellionum extitit, quae absque vlla cynoſura in quibusdam cauſis ſcripti iuris, in aliis vero aequitatis rationem ſequitur, vt ipſis lubet. *Vide infra Obſ. . . .*

OBSERVATIO DXXV.

Creditores communis debitoris liberos alere non tenentur.

Liberi, etiam legitimi, ex concurſu patris alimenta fruſtra petunt, reſo- 1
nante quotidie in dicaſteriis illo ſatis noto dictatulo: *Concurſus non alit infantes.*

Quid autem ſi pater, vtut naturalis, antequam bonis cederet, per pa- 2
ctum ſtupratae dotem, gnato alimenta promiſerit, aut etiam per rem iudicatam ei hoc impoſitum fuerit? Videri poterat, cum creditores in omnia debitoris bona ſuccedant, neceſſarium eſſe, vt etiam pacta debitoris conſer-

uent, (*Obs. CXCIII.*) fere eodem modo, quo dotem filiae promissam ex massa soluendam esse, in Obseruatione CCXC. demonstrauimus.

3 Attamen cum creditores etiam legitimos debitoris liberos alere non teneantur, ratio deficit, quare illegitimos melioris conditionis esse statuamus, quam legitimos. Interea si per pactum aut rem iudicatam teneatur liberos naturales alere, nec hoc praestiterit, non futura quidem, vt diximus, attamen *praeterita* alimenta in extrema chirographoricorum classe, naturalibus liberis assignamus.

OBSERVATIO DXXVI.

Membra vniuersitatis iurant de credulitate.

1 Si super iis, quae vniuersitas fecit, tres vel quatuor iurare debeant, videri poterat de veritate iurandum esse, cum electa ad id membra non suo, sed vniuersitatis nomine iusiurandum praestare debeant, solentque aduersarii inprimis rei iudicatae auctoritatem, quae simpliciter iusiurandum imposuerit, obuertere, immo interdum etiam sic argutari: Vniuersitatem non mori, ergo nihil interesse, vtrum antecessores vel successores aliquid fecerint. Nam vniuersitatis nomine iurandum esse. Sed impositi id fere periurii speciem habere, patet ex decidendi rationibus a nostro collegio mense Decembri 1770 redditis: Dieweil die Erleut. Proces Ordnung Tit. 18. §. 3. vorschreibet, daß die Eides Notuln von dem Richter selbst jedesmal ex officio, nachdem, ob der Eid eigne Thathandlungen oder fremde enthält? eingerichtet werden solle, alhier aber die erwählten einzelnen Mitglieder nicht über das, was sie selbst gethan oder in wie weit sie daran Antheil gehabt, sondern über das, was von der ganzen Gemeinde, als solcher, ehedem geschehen sey, schwören sollen: So ist der auf dem 53sten Blatte entworfene Eid dergestalt: daß sie nicht anders wissen, auch glauben und dafür halten, abzufassen.

OBSERVATIO DXXVII.

Cur pluribus in locis sepulti caput tantum religiosum locum efficiat?

Cur locus religiosus non sit Cenotaphium?

Vulgatus

Vulgatus Pauli locus interpretum commentariis ſatis vexatus, neque tamen ab omnibus ſatis intellectus, in *L. 4*. *ff. de religioſ.* *Cum in diverſis locis ſepultum eſt, vterque quidem locus religioſus non fit, quia vna ſepultura plura ſepulchra efficere non poteſt: mihi autem videtur illum religioſum eſſe, vbi quod eſt principale conditum eſt, id eſt caput.* Ad hanc legem interpretes videas ingenium eo potiſſimum intendere, vt doceant, caput eſſe primariam corporis partem, de quo ſane nemo, niſi qui caput ipſe non habet, dubitauerit. Itaque ſi expeditum ſit et conceſſum, trunco illic, capite hic iacente, vtrumque locum religioſum non fore, facile largiar capiti honorem habendum eſſe. Illud autem potiſſimum quaerimus, quare, cum maxima eſſet religio cinerum, ſingula loca non religioſa ſint? Id ex ſolis legibus decemuiralibus repetendum, in quibus ſcriptum erat: VNI PLVRA FVNERA NE FACITO. Puto ad haec verba ipſum PAVLVM in noſtra lege reſpexiſſe, quando obſcurius ait: *vna ſepultura plura ſepulchra efficere non poteſt.* Itaque interpretes, quando ad quaeſtionem: Cur, ſi in pluribus locis quis ſepultus ſit, ille locus tantum, in quo caput ſitum, religioſus videatur? non aliud reſpondent, quam caput eſſe primariam corporis partem, nullo modo interroganti ſatisfaciunt, quia haec reſponſio totam quaeſtionem non exhaurit, ſed potiſſimum ad leges duodecim tabularum recurrendum eſt. 1

Iam vero et alia res mentem ſubit. Neſcio nimirum, annon ex eadem decemuirali lege, quae vnum hominem pluribus locis terrae commendare vetat, (quod nimis luxurioſum viſum) ratio reddi poſſit, quare diui fratres *in L. 42. ff. de religioſ.* reſcripſerint: cenotaphium locum religioſum non eſſe. Attamen loci religionem MARCIANVS affirmat *in L. 6. §. vlt. ff. de rer. diuiſ.* Nempe in hac re nulla diſſenſio, aut ſi fuerit, eam conciliare ſtudebo. Nempe ſi hominis in naufragio peremti, cuius nullum corporis membrum ſupereſſet, ſepulchrum honorarium fieret, dubium non eſt, quin ille locus religioſus videretur. Ait enim SERVIVS ad Virgilium: *Tantum valebat inanis, quantum plena ſepultura, quae circa abſentium cadauera eorumque, qui in peregrina regione obiiſſent, corpora, quibusdam ſolennibus ſacris fiebat.* Contra vero, ſi hominis jam ſepulti alio in loco monumentum honoris cauſa erigatur, recte diui fratres reſcripſerunt: tale cenotaphium religioſum non eſſe eam ob cauſam, vt arbitror, quia vni homini plura funera fieri decemuiri vetuerunt. 2

OBSERVATIO DXXVIII.

Petitor declinandae reconuentionis caufa, conuentioni fruftra renunciat.

Non amplius per litis conteftationem, fed per citationis infinuationem, iudicium fundatur. Simul atque igitur citatio infinuata eft, litigantes inter fe quafi contrahunt, et prorogatio neceffaria reconuentionis nafcitur, a qua inuito altero non licet recedere.

OBSERVATIO DXXIX.

Inceftus femel tantum committitur.

1 Vulgo exiftimant confanguineos, fi in incestu perieuerent, grauius puniendos effe, adeo, vt etiam in matrimonio putatiuo, poft agnitum errorem a fe coniuges debeant abftinere, aut poenas pati. Talem morum doctrinam, quae fere impoffibilia imperat, impatienter fero, et potius continuationem concubitus, qui ab initio bona fide contigit vix puniendam
2 puto. Etenim fi frater et foror bona fide matrimonium inierunt, indubitati iuris eft, non folum quousque error durat, liberos nafci legitimos, *cap. 15. X. qui fil. fint. legit.* verum etiam poftea coniuges impune cohabitare poffe, quia iam femel vna caro facti funt. Scilicet ecclefia permanfuros in matrimonio fratrem et fororem disiungere non debet, (*Obf. CCCCXV.*) cum regula teftamentaria: Quod ab initio vitiofum nullo tem-
3 pore conualefcit, plerumque fallat. (*Obf. DXI.*) Quid quod ipfe Deus, re non amplius integra, tales nuptias non dirimendas iudicauit, nec quicquam aliud, quam poenam fterilitatis, conftituit. *Leuit. XX, 20.*

4 Ecce, vt in adulterio, fi vinculum iam antea ruptum fuerit, poenae moderatio locum habet, (*Obf. CCXLIX.*) ita minus turpis confanguineorum centefimus, quam, qui zonam foluit et pudorem detraxit, primus concubitus. DEDEKEN *Sect. 1. tit. 2. Num. 7.* Is, fi ante quinquennium acciderit, poena recentioris impudicitiae non penitus quidem tollitur, ad diminuitur tamen. *Diffentit* BOEHMER *I. E. P. tom. 4. lib. 4. tit. 17. §. 38.* De vinculo autem antea rupto *in Obferuatione CCXLIX.* demonftrauimus, eum, qui teftam fregit, minus, quam qui totam ollam fregit, verberandum adeoque pronunciandum

ciandum esse: Daß gestalten Sachen nach und in Erwegung, daß das Band der Ehe schon vormals gebrochen, auch wegen dieser ursprünglichen und ersten Verlezung der ehelichen Pflicht und Treue Inquisitin albereits eine härtere Strafe erlitten, dem Mitverbrecher aber daß er die heilige Verbindung nicht zuerst zerrüttet, auf gleiche Weise einigermasen zu statten kommet ꝛc.

OBSERVATIO DXXX.

Operae rusticorum, etiam indeterminatae, debent esse diurnae, et regulariter a solis ortu usque ad occasum praestandae.

Operarum rusticarum cognitio quatenus ad regiminis cognitionem pertineat, nec ne?

Frustra imperare dominum rusticis, vt exstruendo aedificio idonea ligna 1
ex nemorosa Zazyntho aut monte Libano aduehant, facile apparet, cum regulariter colonus, si ab ortu vsque ad occasum solis laborauerit, huic diei satisfecisse videatur, vnde etiam in *L. 1. ff. de operis libert.* diurnum ministerium operae dicuntur. Qui plus exigit, aut pactis, aut vsu, aut lege, aut per sententiam hoc introductum esse, probare debet. BERGER *Elect. Disc. Forens. pag. 1774. not.* γ) et *in Oecon. Iur. p. 52.* ESTOR Teutsche Rechtsgelahrheit *Tom. 1. §. 410. et Tom. 2. §. 410.*

Licet vero moderatio harum operarum in Saxonia per Decisionem 2
Elect. 33. collegio regiminis reseruata sit, tamen dicasteria pronunciare solent: Dieweil Beklagter auf die erhobene Klage geantwortet und deren Grundes geständig, daneben auf ein Befugnis sich bezogen, so ist er solches zu erweisen schuldig. Si hoc ius singulare probauerit, tunc demum moderationi locus est. Quousque enim, an debeantur? non liquet, harum nec moderatio peti potest, cum quaestio *quomodo* non enascatur prius, quam altera praeiudiciali *anne?* excussa. Adeoque exceptio eam rem ad regiminis cognitionem pertinere, vt plurimum intempestiua.

OBSERVATIO DXXXI.

Lex Anastasiana portentum nemini extimescendum.

Decisio Electoralis 28. non in debitoris, sed cedentis fauorem scripta.

Nec locum habet haec electoralis Decisio, nisi doceatur cessionem vsurariae prauitatis palliandae causa initam, aut cedentem dolo deceptum fuisse.

Iudaeus moribus hodiernis Christiano valide cedit et hic illi.

1 Mirabilis imperatoris ANASTASII, (*in L. 22. et 23. C. mandat.*) dispositio, quae vniversum nomen donare permittit *L. 23. C. mandat.* partem eius titulo donationis transferre prohibet. Nec debitoribus haec lex multum proficit, sed fere in fumum abit, quoniam si vel maxime emtor actionis tantum eam summam, quam cedenti soluit, a debitore petere possit, tamen debitor residuum haud lucratur, sed creditor, qui sine fraude cessit, ipse adhuc reliquum a debitore. exigit MENKE *Pand. lib. 18. tit. 4. §. 21.*

2 Rem per se satis perplexam et Legem valde stultam Anastasii intricatiorem reddidit Decisio Electoralis 28, tot exceptionibus stipata, vt quemadmodum CHRISTIANVS THOMASIVS *de aequitate cerebrina et exiguo vsu Legis Anastasianae* disputationem conscripsit, ita ego facile ostendere possim, nostram in Electoratu Decisionem eodem modo fere obliteratam esse.

3 Generatim legislatores sciant, quo longiores leges scribunt, quo plures limitationes et praescriptiones miscent, quibus discentium et consulentium memoria grauatur, eo citius voluntates suas euanescere. *Obs. DIX.* Legem breuem esse oportet et puram, non tricis cirroque similem. Quis innumera rerum discrimina et exceptionum myriades in numerato habeat? Quorsum leges ita scriptae, vt, quid sibi velint, ne consummatissimus quidem iureconsultus dicere possit, nisi prius libros euoluerit? Igitur Romanorum et Graecorum amabilem negligentiam malim, quam miseram et anxiam nostrorum diligentiam, qui omne in puluerem secant, limitationes limitationibus iungunt, plicas plicis inuoluunt, eoque nihil aliud, quam vt intelligendo nihil intelligamus, efficiunt.

4 Sed, vt Anastasianam legem, ad quam reuertor, fauore debitorum scriptam puto, ita e contrario Decisionem Electoralem 28. non debitoris cessi, sed potissimum cedendis creditoris commoda respexisse, verba in ipsa Decisione obue-

obuenientia indicant: weil diejenigen, so Noth leiden, je bisweilen um das von ihren Voreltern sauer erworbene Vermögen durch solche Ceßiones, gegen eine schnöden Erstattung, gebracht werden, deinde etiam sequentia: Doch hinführo in dem Falle, da einer künftig eine Schuld oder Action, wenn er die Mittel, solche fortzusezen, nicht hat, quae quidem verba ad debitorem cessum aeque minus trahi possunt, quam ille, qui in tota *Decisione* regnat, laesionis enormissimae metus, in verbis: jedoch daß solches zum wenigsten den halben Theil erreiche. Ecce haec enormis laesio nulla ratione debitori cesso sed cedenti contingere potest, si is vrgente necessitate coactus fuerit, exiguo pretio ius suum dimittere. Porro cedentis fauorem, vt diximus, primariam decisionis rationem esse, ex hisce verbis in decisione eadem obuiis colligitur: Daß, wenn bey jezigen Geldmangelnden Zeiten denen Gläubigern solche Schulden um ein Billiges zu verhandeln, nicht verstattet und über der Lege Anastasiana alzu strenge gehalten werden solte, niemand sich finden würde, so vor eine solche Schuldforderung so viel baar Geld, als sie in sich hielte, geben wolte; dannenhero die Gläubiger bey ihren habenden Forderungen wohl gar Noth und Gebruch leiden müssen. Vt breuiter dicam, licet in hac Electorali Decisione legis Anastasianae obiter mentio fiat, tamen manifestum est, eam legem hac Electorali Decisione magis abolitam et sublatam, quam confirmatam videri, et hanc totam Electoris decisionem scriptam esse non, vt Anastasiana lex, contra cedentes, sed contra cessionarios ad coercendam eorum vsurariam prauitatem, quod verba innuunt initio statim obuenientia: wider den Wucher. Neque aliter Decisionis huius locus, nisi si cedens pauper sit, et egestate pressus cogatur etiam bona nomina dilapidare.

Diu quidem et multis annis licet ego dicasteriis adsederim, nullius 5
tamen cessionis recordor ideo infirmatae, quod quantitas et causa debendi expressa non fuerit, nec memini iudicialem insinuationem necessariam visam fuisse: vt hanc Decisionem Electoralem si non plane obliteratam, tamen non aliter vim habituram putem, quam si DOLO MALO et per fraudem improbus foenerator pecuniam extorserit cedenti. Nam in cambiis indossationes fiunt quotidie, nec etiam in caeteris cessionibus iudicialis cessio vnquam requiritur, nisi eo casu, si cedens pauper sit, atque emtor nominis, ne lucrum ei aliquando a cedente extorqueatur securus esse velit. Etenim tota haec electoralis decisio Cedentem pauperem supponit.

Nec

6 Nec quisquam dixerit, me erga fisci emolumenta iniurium esse, cui lucrum ita eripiatur. Sciat enim is tunc demum debitum nomen magistratui cedere, si aliqua fraus aut dolus interuenisse doceatur, vt verba Decisionis perhibent: so aber erschiene, daß hierinnen einiger Betrug oder Falsch vorgegangen, die ganze Forderung unserm Fisco oder jeglichen Ortes Obrigkeit heimfalle.

7 Vt quae antea a me disputata fuerunt, iam breuiter in summam contrahamus, si omnia bona fide gesta fuerint, atque cedens non egestate coactus, sed litis taedio, nomen viliori pretio vendiderit, neque, vt in *L. 22. C. mand.* quae sedes huius materiae, dicitur, emtor alienis fortunis inhians peculiari conamine nomen sibi cedi allaborauerit, omnes cessiones, illas etiam, in quibus neque quantitas expressa nec iudicialis insinuatio secuta, vsus fori sustinet, CARPZ. *lib. 5. Respons. 34. num. 4. et 5.* inprimis si quis alteri actionem motu proprio viliori pretio redimendam offert, WERNHER *P. 1. Obseru. 181.* aut quando debitoris cessi nomen liquidum ac certum est. STRYCK *Cautel. Contract. Sect. 4. cap. 2. §. 14.* Porro in iure vel actione incertae aestimationis et rebus aleae Legem Anastasianam et Decisio-
8 nem Electoralem penitus cessare, facile apparet et probat auctoritas BERGERI *Oecon. Iur. lib. 2. tit. 2. §. 19. not. 4.* Tandem nullum est dubium, quin legi Anastasianae renunciare liceat. WERNHER *Supplem. ad P. 1. Obseru. 181.* Plures exceptiones, quibus doctores totam legem frangunt et mirifice inuoluunt, si hic commemorare velim, vel ex hac limitationum et praescriptionum multiplici copia demonstrare poteram, legem Anastasianam iam dudum consilium abeundi accepisse, nec in foro ad Decisionem Electoralem recurri, inprimis quia hae cessiones in litteris vt plurimum celebrantur, ex quibus si executiue agatur, exceptionem Anastasianae Legis
9 huius processus rapidissimum cursum non cohibere, multoque minus in cambiis indossatario obstare, experientia satis superque demonstrat. At, dixerit aliquis, cum electoralis decisio quantitatem pretii exprimere iubeat, si id non factum sit, emtorem actionis ex tali instrumento, cui tale vitium quasi visibile insit, debitorem executiuo processu conuenire non posse. Respondeo non omnibus cessionibus quantitatem inseri lex iubet, sed iis demum, si quis minori summa a paupere actionem emerit. Quod si debitor factum fuisse asserat, nonne vides eum rem altioris indaginis allegare in processu executiuo haud considerabilem.

Idem

Idem dicendum de Edicto Electorali d. a. 1614 vtut nouissimo Edicto 10
contra Decoctores adiecto, quod cessiones iudicialiter fieri iubet. Nempe hoc necessarium tunc demum, si quis cedentis damno, vt maiorem summam pro viliori adquirat, cedentem cogit, pro leuiori pretio nomen vendere, quae species est vsurariae prauitatis. Adeoque hoc edictum anno 1614 frustra allegabit debitor cessus, sed potius creditor contra cessionarium suum, qui hoc vsurario artificio maiorem summam pro minima accepit, vti introitus huius edicti satis indicat ibi: mancherley Ränke et in medio contextu: wenn mit Cessionibus einiger Betrug gebrauchet. Memini in Actis Schleusinga 1773 ad nos trans missis multum de huius edicti sensu ab aduocatis sine sale et sensu disputatum a nobis vero ita responsum fuisse: Uebrigens Kläger sich auf das Chursächsische Mandat vom 1 Februar 1614 nach welchem die Ceßionen gerichtlich geschehen sollen, sich um deswillen vergeblich berufet, weil sothanes Geseze lediglich von wucherlichen Ceßionen anzunehmen, und die gerichtliche Abtretung einer Schuld nur alsdenn erfoderlich, wenn jemand zum Nachtheile des Cedenten, von selbigen, daß er eine wichtige Schuld für ein geringeres Geld in der Noth hingeben und abtreten müsse, zu erzwingen suchet, welches in der That ein Dekmantel und Umschlag wucherlicher Bosheit ist, wannenhero nur angezogenes Landes Geseze nicht der debitor cessus, sondern nur der cedirende Gläubiger gegen seinen Ceßionar sich gebrauchen mag, wie denn solche vsualem interpretationem die Erfahrung bestätiget, immasen wo kein Anschein des Wuchers vorhanden, alle und jede ausenstehende Schulden, (nur Hypotheken gewisser masen ausgenommen) ausergerichtlich ohne den geringsten Anstos täglich verhandelt und abgetreten werden, also da von Seiten Beklagtens als Ceßionars kein verdekter Handel, keine Parthiererey, Betrug, Wucher oder Unterschleif getrieben worden, obgedachtes Geseze vom Jahre 1614 bey gegenwärtigem Falle nicht die geringste Anwendung findet. Caeterum qui nomen viliori pretio emat, non esse improbum foeneratorem infra *Obs. DCIII. num. 23* demonstrabimus.

His addimus: etiam Iudaeorum factas Christiano cessiones, vtcunque eas 11
Recessus quondam Imperii d. a. 1551 inualidas declarauerit, hodie valere. *Cod. August. Tom. 1. pag. 1189.* Sed etiam extra Saxoniam ita respondimus, quoniam hanc Imperii legem Intollerantia et superstitio peperit.

OBSERVATIO DXXXII.

Capitulum ecclesiae cathedralis episcopi senatus §. 1.

Communio bonorum inter episcopum et capitulum §. 2.

Canonici iam ante Augustini et Chrodogangi tempora ad regulam vixere §. 3.

Seculares canonici ad exemplum regularium formati, multaque a claustris deriuanda §. 4.

Menses papales et capitulares §. 5.

Canonici maiores et Domicellares §. 6.

Inscripti seu expectantes §. 7.

Legitima natiuitas, nobilitas antiqua et doctoratus, triennium Academicum, statutaria pecunia et vinum admissionis §. 8.

Installatio, emancipatio, annus claustralis §. 9.

Diuiduntur Canonici in Residentes et foraneos. Residentium quidam sunt priuilegiati, quales in Merseburgensi ecclesia sunt professores Lipsienses §. 10.

Alii canonicorum presbyteri, alii diaconi alii subdiaconi §. 11.

Praelati §. 12.

Praepositus maior Decano §. 13.

De Decano et obedientia, quam fratres ei debent §. 14.

Scholasticus, Custos, Cantor §. 15.

De Praebendis §. 16.

Praesentiae, Excrescentiae, Obedientiae §. 17.

Curiae Canonicorum §. 18.

De canonicis euangelicis in capitulis mixtis §. 19.

De canonicis Honorariis §. 20.

Horae canonicae §. 21.

Vicarii et Choralistae §. 22.

Syndi-

Syndicus §. 23.
Procurator fabricae §. 24.
Camerarius §. 25.
De capitulis Collegiatis **den niedern Stiftern** §. 26.
De iurisdictione capituli §. 27.
De ſede vacante et in ea collegiatarum eccleſiarum ſtatu §. 28.
De ſede impedita §. 29.
De ſtatutis item de capitulis generalibus et hebdomabalibus §. 30.

Canonici noſtris temporibus ſunt clerici ſine animarum cura in maiori ecclesia collegium formantes. Hoc collegium *Capitulum* dicitur et in eccleſiis cathedralibus epiſcopi ſenatum conſtituit. *Concil. Trident. Seſſ. 24. cap. 12. in fine* vbi verba: vt merito eccleſiae ſenatus dici poſſit. Nempe capitulum, quod in locum antiqui presbyterii ſubſtitutum videtur, in conſortium epiſcopi ita coadunatum eſt, vt vnum cum eo conſtituat corpus, cuius ipſe caput, canonici autem membra totius eccleſiae ſunt et quaſi epiſcopi fratres. *Can. 10. diſt. 95. Cap. 4. X. de his, quae fiunt a praelat.* Hoc conſortium fons et ratio non exiguae canonicorum dignitatis, maioritatis et praecedentiae, DVARENVS *de eccleſ. miniſter. et Benefic. lib. 2. cap. 8.* Certe epiſcopus nuſpiam ſedere debet, niſi capitularem praeſentem aeque ad ſedendum inuitauerit, *arg. can. 9. diſt. 95.* cum e contrario minor clericus, vtut ſedente canonico, ſedere non debeat, niſi iuſſus. *arg. can. 5. 14. 15. diſt. 93.* Ob eandem cauſam ſubdiaconus in capitulo praecedit presbyterum minoris vel parochialis eccleſiae quemlibet, adeoque etiam Superintendentem eo modo, quo ſacrae Romanae eccleſiae cardinalis ſubdiaconus praecedit archiepiſcopum. Sic inferiores in ordine nonnunquam ex priuilegio praeferuntur in ordine maioribus, *diſtinct. 94. per tot.* et ſenatoria dignitas gradum ordinis vincit. ENGAV *Elem. Iur. Canon. lib. 1. §. 207.* 1

Cum canonici capitulares in eccleſia cathedrali ſint epiſcopi fratres et collegae (§. 1.) conſequens eſt, vt quoties eccleſia fit vidua (vti inter virum et vxorem in locis, vbi communio bonorum coniugalis vſitata, fieri 2

 aſſolet)

asſolet) omne regimen, quod epiſcopus, cum in viuis eſſet, ſimul cum capitulo exercuerat, nunc conſolidetur et totum ad capitulum redeat, *cap. vn. X. de maior. et obed. in 6to. cap. 9. princ. X. de haeret. cap. 14. X. de maior. et obed.* Eſt enim iuris Germanici, cuius in iure canonico autoritatem demonſtraui *in Progr. de Iure canonico ex Legibus Germanicis interpretando* quod inferius Obſ. . . interſeram, immobile dictatum, vt in bonorum communione dominium, quod antea commune erat, ſolus continuet ſuperſtes, immo iure Germanico (ſed totum ius canonicum, vt diximus, germanizat) haec communio fons eſt hereditatum ab inteſtato venientium, vt qui, quum alter in viuis eſſet, compoſſeſſionem habuerint, eidem defuncto ſuccedant, quod pluribus demonſtrauere DREYER Samlung vermiſchter Abhandlungen *Tom. 1. pag. 97.* et ESTOR kleine Schriften *Tom. 2. pag. 423. p. 763. et Tom. 3. pag. 63. et p. 273.* Itaque quoddam quaſi connubium inter epiſcopum et eccleſiam, quam hi, de quibus agitur, Patres Conſcripti praeſentant, vnde, cum inter coniuges in communione bonorum viuentes adminiſtratio in capite familiae reſideat et maritus, dum viuit, pleraque gubernet, tamen vniuerſa bona, adeoque vtriusque condominii coniunctio, alterutro coniugum mortuo, ad eum peruenit, nit, qui alterum vita ſuperauerit, vtque PLAVTVS filios familias minores heros appellauit in domo, ita canonicos dicere poſſis minores in eccleſia heros. Porro, vt inter coniuges communia bona habentes neutri absque alterius conſenſu vendere quippiam vel donare licet, cum ſemper prohibentis melior conditio videatur, eandemque ob cauſam conſentientium in alienationes vxorum vetuſta medii aeui diplomata mentionem frequentem faciunt, ita etiam inualidae putantur epiſcopi ſine conſenſu capituli venditiones bonorum ad eccleſiam pertinentium et menſalium, niſi emtor ſimul conſenſum ſenatus, i. e, capituli impetret. *cap. 2. X. de donat. can. 52. Cauſ. 12. quaeſt. 2. cap. vn. ne ſed. vac. in 6to. cap. 1. X. de rebus eccleſiaſt. alien. cap. 8. X. de his quae fiunt a praelat.* Generatim nouationes alicuius momenti inconſulto capitulo epiſcopus inualide molitur. *cap. 9. X. de his quae fiunt a praelat. Clementin. 2. de reb. eccleſ. non alien.* Neque ex contractu, qualiscunque demum ille ſit, vniuerſa eccleſia obligatur, niſi epiſcopus et capitulum ſimul contraxerint, ESPEN *Ius Eccleſ. P. 1. tit. 9. cap. 4.* THOMASINVS *de vet. et nou. diſciplin. P. 1 lib. 3. c. 10. num. 6.* vnde etiam in negotiis huiusmodi et aliis grauioribus praeſul conuocare debet capitulum. *Concil. Trid. Seſſ. 25. de Reform. cap. 6.*

Conſi-

Conſiderare poſſumus capituli ſtatum duplici viſione, primo quidem velut ſeparatum ab epiſcopo corpus ſub decano ſpirans, vel vt copulatum cum epiſcopo. Vnde accidere ſolet, vt epiſcopus et capitulum, quae reſpectu tertii vna videntur perſona, tamen inter ſe contendere poſſint. Mihi autem in praeſenti generalia tantum de capitulis propoſuiſſe ſufficiat, ſingularia *inferius* dicentur, ſi prius canonicorum, de quibus dici coeptum, *notitias plures* dederim.

Canonici nomen habent a regulari viuendi ratione, vnde vel ex nomine 3
coniicio, iam primis rei chriſtianae initiis, epiſcopum cum ſuo presbyterio vna in domo, quae *Monaſterium* (Münſter) dicebatur, commoratos et canonicos eius commenſales fuiſſe. Sane iis temporibus monachus et canonicus vnum verbum erat, quod licet pluribus demonſtrari poſſit, nunc mihi vnicam Iuſtiniani Nouellam 59. cap. 2. allegaſſe ſufficiat. Erat autem neceſſarium vt epiſcopus cum clero cohabitaret. Etenim cum ex oblationibus fidelium ſacerdotes viuerent *Act. Apoſt. II. 44. 45. IV. 36. 37. V. 2. ſeq.* BOEHMER *I. E. P. tom. 2. lib. 3. tit. 5. §. 6. ſeq.* credibile eſt, reditus omnes in commune perlatos fuiſſe et ſic, data aliqua particula pauperibus, reliqua autem retenta, communiter vixiſſe mox parcius, ſi pauca, mox laute, ſi plura a fidelibus, potiſſimum ſtupidis nouitiis, ad pedes eorum deponerentur. Itaque conuictus in vna domo et quaedam viuendi regula iamantiquiſſimis temporibus viguit. MVRATOR. *tom. 5. Antiq. Ital. med. aeui. col. 189.* Sed auctis deinde mirum in modum eccleſiae diuitiis, mox vitae communis incommoditates dimiſſae et, epiſcopo id haud grauatim ferente, bonis diuiſis et vnicuique muneri certis reditibus aſſignatis, canonici ſeorſim habitare ceperunt.

Erat autem prima canonicorum regula admodum laxa, ac fere in communi habitatione et conuictu claudebatur, vſque dum AVGVSTINVS collegis et ſodalibus ſuis regulam fere monaſticam praeſcriberet, quam arctius adhuc CHRODOGANGVS Mediomatricum epiſcopus conſtrinxit, qui anno DCCLXXVI. diem ſupremum obiit, quam regulam Mediomatriciam caetera capitula non vltro adoptarunt, ſed ſuſcipere coacta fuerunt, *can. 6. §. 2. diſt. 32. can. 34. diſt. 5. de conſecrat. cap. 9. X. de vit. et honeſt. cler.* Nempe apud Francos a Carolo M. et ſucceſſoribus certae regulae canonici ſubacti *in Capitulari d. a. 802. cap. XXII.* apud GEORGISCHIVM *in Corp. Iur. Germ. p. 636.* in Italia vero per Pippini regis ſecunda lege, apud GEORGISCHIVM *pag. 1177.* Extat haec Chrodogangi regula, quam in HOLSTENII Codice fruſtra quaeſiui, apud HARDVINVM *tom. 4.*

Concilior. pag. 1182. et in COINTII *Annalibus Franc. tom. 5. pag. 567. ſeq.* ex qua vetuſtiſſima regula vt pauca decerpamus, in octauo capite iubentur canonici quotidie ad capitulum conuenire, ibique aliquod regulae caput praelectum audire, exceptis diebus dominicis, quibus homiliae patrum praelegendae. Capite vigeſimo ſecundo presbyteris et diaconis ad prandium tres, ad coenam duo calices vini infunduntur, ſubdiaconis duo tantum ad vtramque refectionem, inferioribus clericis duo ad prandium, ad coenam vnus. Capite XXIV, miniſterium coquinae ſingulis canonicis per vices imponitur, Archidiacono et Primicerio immunibus. Ex his, quae fuerit communis menſae ordinatio, quodammodo intelligitur.

4 Sed ſeculo decimo vsque ad ſeculum XIII. ad priorem licentiam clerus capitularis reuertitur, ſiquidem cum bona menſalia epiſcopus ſibi ſolus caperet, et ſic collegis conniuendum eſſet, in quibus, quod de ſe ipſo iuris ſtatuebat, improbare non poterat, hi commune conſortium ſecunda vice deſeruerunt, vt locus TRITHEMII in Chronico Hirsaugienſi ad annum 977. probat: *Hoc anno iſto 977. moritur Theodoricus Archiepiſcopus Treuirenſis, ſub quo canonici maioris eccleſiae ibidem abiecta regulari vita, quam hucusque in maiori eccleſia maiores eorum continuauerant, deſierunt eſſe regulares et facti ſunt nomine et conuerſatione ſeculares, quorum exemplo malo Canonici quoque S. Caſtoris in Confluentia, Moguntinenſes et Wormatienſes et complurium aliarum eccleſiarum diuerſis quidem temporibus, ſed vno impietatis ſpiritu, regularem vitam abiecerunt.* Ad poſtremum etiam a cura animarum, quam initio cum epiſcopo communem habuerunt, huius exemplo penitus ſe abdicarunt. Nonnulli tamen, qui in regulam Auguſtini ſanctius iurauerant, regulares ſcilicet canonici eam deſerere piaculum duxere.

Hinc diſtinctio in Canonicos *Regulares*, qui voto paupertatis grauati more maiorum in communi monaſterio viuunt, a monachis in eo diuerſi, quod curam animarum gerunt et plebani ſunt ſacerdotes, deinde in *Seculares*, quibus aliquid proprii poſſidere licet. Haec appellatio intollerabilis viſa KRANTZIO in *Metropoli lib. 4. cap. 1.* vbi haec ſcribit: *Si canon eſt regula, canonici ſunt regulares. Quid ergo fiet de canonico ſeculari, niſi vt ſit regularis irregularis, aut, ſi malumus, regularis ſine regula.* Neque tamen canonici regulares plane monachis comparandi, ſed conſtituunt tertiam ſpeciem. Si quidem regulares canonici fieri monachi prohibentur *Can. 1. cauſ. 19. q. 3.* Cum ergo Seculares tantum ad Regula-

rium

rium exemplum formati ſint, facile apparet, regulares vetuſtiores eſſe ſecularibus. In *Nouella 59. Cap. 2.* obuenientes virgines Canonicas non alias fuiſſe, quam moniales DIONYSIO GODOFREDO videtur in nota huic legi ſubiecta, ex quo facile apparet, quare plurima in capitulis ad exemplum coenobiorum monachialium introducta vſque ad hunc diem perennare videamus, ſi quidem in prima eccleſia clerici tam ſtudioſe monachos fere in omnibus ſimulabant, vt etiam nigras veſtes, BOEHMER *I. E. P. tom. 2. lib. 3. tit. 1. §. 52.* verticis tonſuram, cuculli ſpeciem, quam cappam dixere, celibatum et multa alia ab iisdem mutuarentur.

Canonici leguntur a capitulo, niſi quod in quibusdam regnis patronatus iure reges canonicatus conferunt. Secundum Concordata Nationis Germanicae §. *de caeteris* Papa canonicatus confert in menſibus papalibus Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Septembri et Nouembri. In capitulis euangelicis papales menſes pontifici *per I. P. W. art. 5. §. 19. et 20.* ademti. Attamen in quibus capitulis olim diſtinctio in menſes papales et capitulares obtinuit, in iis ſibi princeps euangelicus, qui Papae vices tenet eiusque in locum ſucceſſit, menſes papales ſibi iure meritoque arrogauit. 5

Sunt vero Canonici vel maiores vel *Minores*, qui etiam domicelli vel domicellares, reditus autem eorum minores praebendae vocantur. Hi domicellares non quidem ſedem in capitulis, attamen ſtallum in choro habent, ſed tantum inter Vicarios. In regula Chrodogangi cap. 2. ſcriptum: *Vt iunior clericus cum obuiam habuerit ſeniorem, inclinetur, ab ipſoque benedictionem petat, nec ſedeat coram ipſo, niſi iuſſus* et cap. 19. *Senioribus cappas nouas ſingulis ante feſtum S. Martini dari, veteres ab illis depoſitas diſtribui minoribus.* In his minoribus canonicis veterum acoluthos, lectores, exorciſtas et oſtiarios, qui clerici minorum ordinum vocantur, latere, coniectura mihi ſubnaſcitur haud leuis, quam alio tempore vberius explicabo. Ab his domicellaribus diſtinguendi canonici *in Herbis*, qui canonici iam ſunt, ſed nulla praebenda fruuntur. Alii expectantes, de quibus paragrapho ſequenti dicetur, hoc nomine inſigniunt. Neque enim denominatio haec certa et legibus fundata, ſed iocularis potius et arbitraria. 6

A minoribus diſtingue *Inſcriptos*, ſiue, quod idem eſt, *Expectantes.* Hi ſi locum ſuum reſignant, eumdem occupat reſignatarius, cum e contrario canonici reſignatarius non niſi vltimum in capitulo locum capiat. 7

Quando

8 Quando quis canonicus maior fit, iustam aetatem et legitimam natiuitatem docere et post certam pecuniae summam Statuten Gelder, quae etiam a minoribus et inscriptis exigitur, solutam, triennium academicum testimonio Rectoris publico, in quibusdam etiam iter vltra Alpes probare et examen superare debet. Sunt quaedam canonicorum collegia, vbi praeter pecunias has statutarias etiam vinum admissionis seu conuiuium fratribus exhibendum, de quo *can.* 7. *Caus.* 1. *qu.* 3. Damnat hanc consuetudinem Concilium Tridentinum *Sess.* 24. *de reform. cap.* 14. Nihilo minus tamen Romano Imperatori in capitulis, quae ipsum honoris causa in fratrem recipiunt, a vino admissionis et pecuniis statutariis nulla immunitas, sed is quoque non prius, nisi solutis hisce, admittitur. In dioecesi Moguntina die proximo ante capitulum generale candidatus canonicatus maioris debet, comitantibus eum testibus vno quodam domicellari altero vicario eiusdem ecclesiae, singulis alba amictis, petere admissionem ad capitulum apud singulos capitulares ostiatim, in absentium vero ianuis creta petitionem inscribere. Iam antea autem debet probasse antiquam prosapiam, siquidem in capitulo cathedrali nemo recipitur, nisi qui sedecim maiores demonstrare possit, aut theologiae aut iuris Doctor sit vel Licentiatus. In collegiata quilibet litteratus recipitur. Illa requisita adeo sunt necessaria capitula autem vt ne quidem pontifex quempiam sedecim maioribus ingenuis destitutum capitulo cathedrali commendare possit, nec is, qui ab imperatore primarias preces simulque nobilitatem cum XVI. maioribus breui manu impetrauerit, admittatur. CRAMER *de iurib. nobil. auit. cap.* 3. §. 3. *seq.* TELGMAN von der Ahnenzahl, *cap.* 4. §. 47. *seq.* Biennium est, cum peculiari responso idem decerneret Facultas Iuridica Lipsiensis, in quo salutare consilium dedit precistae sedecim maioribus destituto, doctoris gradum impetrandi, quo facto repulsam pati non possit, quia in omnibus capitulis doctores nobilibus aequiparati. Nempe Licentiatus et Doctoratus in sacra pagina vel alterutro iure pro quacunque nobilitate in conciliis Constantiensi, Basileensi et Tridentino reputantur atque insuper in his conciliis iubetur, vt si fieri non possit, vt, quod sancta synodus optat, in quolibet capitulo dimidia pars canonicorum ex graduatis sumatur, tamen ad minimum cuilibet capitulo cathedrali quatuor doctores insint. *Concil. Trid. Sess.* 24. *cap.* 12. *de Reform.* von der Hard *Acta Concil. Constant. T.* 1. *P.* 10. *c.* 35. *pag.* 638. BVDER *Disp. de Iure Doctorum ad Canonicatus.* ESPEN *Ius Eccles. Part.* 1. *tit.* 10. *cap.* 1. *num.* 7. Idem ius doctoribus ab imperio confirmatum. *Instrum. Pacis Westph. art.* 5. §. 17. Imprimis vero Scholasticus *Concil. Trid.*

Sess. 23.

Seß. 23. c. 18. Archidiaconus *Seß. 24. c. 12.* et Poenitentiarius *Seß. 24. c. 8.* ex doctoribus sumi debet. Plura de doctoribus infra §. 10. afferemus.

Non solum autem ipse inscribendus ex legitimo thoro natus esse debet, verum etiam omnes sub sedecim maioribus comprehensi. Vnde in Reuerendo Capitulo Martisburgensi nuper repulsam tulit, qui inter suos maiores *filium principis* naturalem, non ex plebeia sed nobili virgine genitum, numerabat. Dissentientes allegat CRAMER *de nobilitate auita p. 242. et p. 182. seq.*

Installatio est actus, quo nouitiis stallum in choro decanus assignat. 9
Sed haec non tribuit votum in capitulo, vtpote quod demum *Emancipatione* post examen (a quo doctores liberati) consequuntur. Hanc emancipationem peragit scholasticus in quibusdam capitulis virgam manu tenens. Fere vt in Academiis noui scholares per Depositionis solennia quondam initiabantur, vtque in monasteriis intra nouitiatus annum tyrones experimentum patientiae faciunt, ita in quibusdam capitulis fere similes ritus obtinebant, v. c. in ecclesia Wurzeburgensi et aliis Franconiae capitulis, nudum tergum praebere cogebatur nouus canonicus fratribus, militari more, cum virga caedente in linea stantibus, vsque dum circiter anno 1740 episcopus, nixus auctoritate BENEDICTI XIV. haec solemnia abrogaret. In ecclesia Osnabrugensi et Paderbornensi emancipandus nudis pedibus terram in forma crucis prostratus iacet, et a Decano virga instructo tres ictus percipit, canentibus interea fratribus psalmum: *Deus misereatur nostri.* Qui residentiam petit, ei annus, et in quibusdam capitulis, *mensis claustralis*, obseruandus.

Omni tempore de non seruata a fratribus residentia acerbae in capi- 10
tulis querelae. Errones canonicos et euagantes post monitorium, aut, si, vbi sint? ignoretur, per edictalem citationem cogit capitulum ad exactiorem residentiam, non solum per praesentiarum iacturam, verum etiam per censuras ecclesiasticas, sequestrationem, immo priuationem beneficii. *tot. tit. X. de cleric. non resid. Concil. Trident. Seß. 23. cap. 1. de reform.* Diuiditur autem residentia in veram et fictam. Professoribus in Academia Lipsiensi iam anno 1409. fundata statim post exordium, adeoque tempore concilii Constantiensis, quod, vt §. 8. diximus, doctoribus tantopere fauebat, canonicatus assignati, qui per nullas reseruationes, expectatiuas, nec primarias preces remorari possent. BOEHMER *I. E. P. tom. 4. lib. 5. tit. 5. §. 7. seq.* BVDER *in Progr. de gratiis ad obtinendas praebendas doctoribus*

 acade-

academicis conceſſis. *Ienae* 1756 STEGER *Program. de cauſa et fundamento immunitatis canonicorum, qui ſunt profeſſores, a reſidentiae onere, Lipſ.* 17:3 quod BAVERI *Diſputationi de aeſtimatione et reſtitutione fructuum, adiectum eſt.* Habentur autem hi Lipſienſes Domini adeo in omnibus pro praeſentibus, vt etiam de diſtributionibus quotidianis ſiue praeſentiis participent, atque tam in libera et exemta Misnenſi, quam in Martisburgenſi eccleſia, ad praelaturas aſcendant, ſiquidem vnum ex his, nempe BARTHOLOMAEVM LEONHARDVM SVENDENDOERFERVM anno 1702. decanum Martisburgenſis capituli factum memini, ne eos, qui cantores, cuſtodesue fuerunt, commemorem. Nos hoc loco bullam IOHANNIS XXIII. quem poſtea concilium Conſtantienſe ſede priuauit, inſeramus, qua profeſſoribus Lipſienſibus canonicatus maiores Misnenſis, Numburgenſis et Cicenſis capituli conferuntur: *In Nomine Domini, ſine quo nullum rite fundatur initium, ad commodum eccleſiae vniuerſalis et ad decorem ſtudii Lipſ. hac perpetua et irrefragabili conſtitutione, auctoritate apoſtolica, tenore praeſentium ſtatuimus et etiam ordinamus: quod duo cum duabus in Misnenſ. et duo etiam cum duabus in Numburgenſ. nec non duo ſimiliter cum duabus maioribus praebendis in Sanctorum Petri et Pauli Cicenſ. in quibus maiores et minores praebenda fore noſcuntur, Numburgenſ. Dioeceſ. Eccleſiis, in quibus quidem Eccleſiis certus canonicorum numerus ac diſtinctio praebendarum habetur, quos poſtquam praeſentes litterae in eodem ſtudio fuerint publicatae, ex tunc qualitercunque qualibet vice, tam hac extra Romanam Curiam, quam ſucceſſione alia qualibet vice, per ceſſum et deceſſum ſeu priuationem aut aliam quamuis diuiſionem illos pro tempore obtinentium vacare contigerit, ſinguli videlicet Canonicatus et Praebendae huiusmodi, cum plenitudine Iuris Canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis ſuis, ſingulis perſonis idoneis, quae tamen in ſacra pagina Magiſtri aut in Canonico Iure Doctores, ſi inibi extiterint: alioquin forſan in defectum* Magiſtrorum *et Doctorum huiusmodi ſeu eorum aliquorum in ſacra pagina aut Iure huiusmodi Licentiati fuerint, quos Rector et Vniuerſitas dicti ſtudii pro tempore exiſtentes ad hoc duxerint nominandos. Etiam ſi qualibet perſonarum ipſarum vnum, duo, tria vel plura, aliud vel alia beneficium eccleſiaſticum aut beneficia eccleſiaſtica, cum cura vel ſine cura, obtinuerint, per dilectos filios Abbatem Pegauienſem et Praepoſitum S. Thomae Lipſienſ. per Praepoſitum ſoliti gubernari Merſeburgenſ. Dioeceſ. monaſteriorum vel vnum eorum, qui praeſentium litterarum perpetui executores exiſtunt, et quibus praeſentium tenore ſuper hoc mandatum damus et etiam poteſtatem dicta autoritate apoſtolica, conferan-*

tur

tur et de illis prouideatur eisdem. Et quod dicti executores per se, vel per alium seu alios, singulas huiusmodi personas vel procuratores suos earum nominibus in singulorum canonicatuum et praebendarum ac iurium et pertinentiarum praedictarum corporalem possessionem inducant et defendant inductos, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem, ac faciant dictas singulas personas vel huiusmodi procuratores, pro eis ad easdem singulas praebendas eis collatas in dictis collegiis, in canonicos et in fratres recipi, stallis eis in choris et locis in capitulis earundem Ecclesiarum cum dicti iuris plenitudine assignatis, sibique de ipsorum singulorum canonicatuum et praebendarum fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus et obuentionibus vniuersis integre responderi. Et quod alias, iuribus Camerae Apostolicae ac Ecclesiarum praedictarum et fabricae saluis, praedictae personae, quibus idem Canonicatus et Praebendae collatae extiterint, vt praefertur, postquam ad eorum possessionem fuerint admissae, statim eorum percipiant cum integritate prouentus. Et si forsan venerabiles fratres nostri Episcopi et dilecti filii, capitula earundem ecclesiarum, vel quiuis alii, ad quos id pertineret, huiusmodi prouentus dictis personis recusauerint ministrare, praedicti Executores recusantes huiusmodi ad integre ministrandum dictos prouentus personis praefatis compellere debeant atque possint, contradictores eadem autoritate, appellatione postposita, compescendo. —— Non obstantibus, si dictae personae vel earum aliquae in eisdem ecclesiis, vel earum aliquibus, primum non fecerint personalem residentiam consuetam et quibuslibet constitutionibus generalibus vel specialibus, per dictam sedem vel Legatos eius, aut in prouincialibus aut synodalibus Conciliis editis, nec non statutis et consuetudinibus ipsarum Ecclesiarum, illis praesertim, quibus caueri dicitur, quod nullus in eisdem Misnens. et Numburgens. ac Cizens. ecclesiis aliquam praebendam assequi valeat, seu ad illos admitti, nisi prius capitulis praefatis Certam Pecuniae Summam iuxta earundem ecclesiarum consuetudinem soluat, ad quam quidem solutionem dictas personas volumus non teneri. Quin imo ipsas personas a dicta solutione praesentium tenore absoluimus et etiam liberamus contrariis iuramenti confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, aut si aliqua apostolica vel alia quauis autoritate, in eisdem ecclesiis, vel earum aliqua, in Canonicos sint vel in antea fuerint recepti, vel vt recipiantur, insistant, aut in posterum institerint, seu si super prouisionibus sibi facienda, de canonicatibus et maioribus praebendis in dictis ecclesiis vel earum aliqua speciales aut aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictae sedis vel Legatorum eius litteras impetrauerint, vel in posterum hactenus impetrauerint. Etiamsi per eas ad

 inhibi-

inhibitionem, reseruationem et decretum, vel alias quomodolibet habitos et habendos ad huiusmodi singulos Canonicatus et maiores praebendas volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem canonicatuum et praebendarum aut beneficiorum aliorum, praeiudicium generari. Seu si Episcopis et Capitulis praedictis, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim, vel eadem sit sede indultum vel inposterum indulgeri contingat, quod ad receptionem vel prouisionem alicuius, vel quod canonicis et personis dictarum Ecclesiarum, qui primum in illis non fecissent personalem residentiam consuetam fructus et reditus et prouentus Canonicatuum et Praebendarum seu beneficiorum suorum ministrare, minime teneantur: et ad id compelli aut quandoque interdici, suspendi vel excommunicari non possunt. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoque quamuis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae constitutionis, ordinationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romae apud St. Petrum VII. Idus Aprilis Pontificiatus nostri anno tertio.

Postea MARTINVS V. duobus doctoribus, quos Academia Lipsiensis nominatura sit, concessit canonicatus duos in Martisburgensi ecclesia. Initio huius bullae Martinianae, (neque enim cum longa nimis sit, totam apponere placet) commemorat pontifex, IOHANNEM XXIII. dedisse duobus doctoribus duos canonicatus in Numburgensi et duos in Cizensi ecclesia, sed cum id his capitulis nimium visum fuisset, interponente se dilecto, vt ipsum compellat, filio et Nobili viro FRIDERICO Seniore, Landgrauio Thuringiae et Marchione Misnensi, controuersias inter Academiam Lipsiensem et ista duo Capitula ita consopitas esse, vt Numburgense non duos, sed vnum tantum, similiter Cizense non nisi vnum nominatum acciperet, et loco horum ita deficientium canonicatuum duo noui canonicatus in *Martisburgensi* ecclesia doctoribus studii Lipsiensis assignarentur: His praemissis ita pergit in diplomate pontifex:

Quare pro parte dicti Landtgrauii nobis fuit humiliter supplicatum, vt loco dictarum duarum (nempe vna in Numburgensi, altera in Cizensi ecclesia) *per concordiam praedictae Vniuersitati detractandarum praebendarum, in ecclesia Merseburgensi, in qua etiam maiores et minores praebendae, tot et talibus personis idoneis, etiam per Rectorem pro tempore et Vniuersitatem huius-*

huiusmodi praesentandis, ad instar praedictarum ipsius Baldasaris, tunc Iohannis XXIII. literarum, alias in omnibus illarum seruata forma, perpetuo conferantur, similiter statuere et ordinare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, simili constitutione, eadem autoritate apostolica, tenore praesentium statuimus et etiam decernimus: Quod in ecclesia Merseburgens. duo Canonicatus et totidem maiores praebendae, qui, postquam praesentes literae in eodem fuerint studio publicatae, ex tunc perpetuis futuris temporibus in antea, prout in dictis personis ipsius Baldassaris tunc Iohannis XXIII. literis est expressum, quotiescunque simul vel successiue vacauerint, per earundem Executores praefatos vel eorum aliquem, quibus ad id etiam mandatum damus et potestatem, aliis duabus personis idoneis ipsius studii similiter idoneis; Etiam vnam, duo, tria vel plura beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura obtinentibus, per Rectorem et Vniuersitatem praedictos etiam pro tempore praestandis cum plenitudine Iuris Canonici conferantur et prouideatur de illis. Et qui quidem Executores per se, vel alium seu alios, singulas alias easdem personas vel procuratores suos pro eis singulorum canonicatuum et maiorum praebendarum ecclesiae Merseburgens. corporalem possessionem huiusmodi inducant et defendant inductos, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem, ac faciant dictas singulas alias duas personas vel huiusmodi suos procuratores pro eis, ad easdem maiores praebendas eis sic conferendas in dicta ecclesia Merseburgens. in Canonicos recipi et in fratres, stallis eis in choro et locis in Capitulo eiusdem ecclesiae Merseburgensis cum dicti iuris plenitudine assignatis, sibique de illorum singulorum canonicatuum et maiorum praebendarum fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus et obuentionibus vniuersis eorundem integre responderi. Omnia quoque alia et singula in praemissis nostris statuto et decreto ac alia contingentia alias, iuxta earundem ipsius Baldassaris tunc Iohannis XXIII. literarum continentiam omnimodam atque tenorem facere ac exequi possint et debeant, quomodo libet necessaria siue etiam opportuna, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus statutis et consuetudinibus dictae eccesiae Merseburgens. illis praesertim, quibus caueri dicitur, quod nullus inibi maiorem praebendam assequi valeat, nisi de minori praebenda ad maiorem praebendam huiusmodi gradatim et per optionem ascendat, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, caeterisque contrariis quibuscunque. Aut si aliqui apostolica vel alia quauis auctoritate in eadem ecclesia Merseburg. in Canonicos sint recepti, vel, vt recipiantur, insistant, seu si super prouisionibus sibi faciendis de canonicatibus

et maioribus praebendis ipsius ecclesiae Merseburgens. speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales apostolicae sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationem et decretum, vel alias quomodo libet, sit processum, quibus omnibus, praeterquam auctoritate iiterarum nostrarum et processuum hactenus habitorum, per easdem in dicta Merseburgens. ecclesia recepte vel maiores praebendas expectantibus in eadem, dictas alias personas in assecutione eorundem canonicatuum et maiorum praebendarum illius ecclesiae Merseburgens. volumus anteferri.

Ex his intelligitur Professorum in capitulis residentiam priuilegiatam esse, cum, vt statuta cathedralis huius ecclesiae loquuntur, in omnibus pro praesentibus habeantur, atque etiam meliori iure eosdem frui, quam illi, qui beneficio a latere exornati sunt, sic autem vocantur, qui in ministerio episcopi, ecclesiae, pontificis, vel patroni, aut studiorum causa euagantur, *cap. 7. cap. 14. cap. 15. X. de cleric. non resident.* Plane simile hoc Lipsiense priuilegium alteri, per quod ficta tali residentia gaudent Inquisitores haereticae prauitatis, si quidem hi, plane vt professores nostri, non solum omnes praebendae fructus, verum etiam distributiones quotidianas percipiunt, pariter vt Auditores Rotae Romanae, qui etiam praesentias i. e. quotidianas sportulas ac omnia omnino commoda suarum praebendarum ita percipiunt, ac si vere residerent et choro quotidie corporaliter adessent. *Bulla Clement. VII. quae incipit: Conuenit.* Plura exempla fictae et priuilegiatae residentiae afferunt Commentatores Concilii Tridentini ad *Sess. 24. cap. 12. de reformat.*

11 Caeterum canonici in Archipresbyteros, Archidiaconos, Presbyteros, Diaconos et Subdiaconos diuiduntur, ita quidem, vt, licet sint omnes ordine et potestate presbyteri, tamen in hac cathedrali ecclesia munera minora obeant, vt etiam in Cardinalibus Romanae ecclesiae obseruatur.

12 Seniores inter canonicos *Praelati* vocantur et praeter ordinaria munera etiam singularia obeunt Cantoris, Custodis, Scholastici, et Thesaurarii, siue quod idem est, Sacristae. BOEHMER *Ius Paroch. VI, 2, 1.* *Aedilitas,* vtpote in plerisque capitulis ambulatoria et parum lucrosa, praelaturis non annumeranda. In sensu iuris publici praelati ii demum, qui iurisdictionem et imperium habent, vnde etiam academiarum corpora praelaturis annumerantur.

Primas

Primas capituli est *Praepositus,* cui oeconomiae procuratio et pa- 13
num dispensatio commissa. Is solus fere olim regebat collegium. Sed cum plura sibi sumeret et, ad exemplum episcoporum abbatumque, se plane a capitulo separaret, eiusque potentia fratribus grauis videretur, translatum est directorium ad Decanum. Praepositus autem ille a capitulo, ita vt episcopus, fere remotus, nisi forte praebenda capitulari gaudeat, intuitu cuius votum in capitulo habet. Tali praebenda etiam frui potest ipse episcopus. *cap. 15. X. de concess. praebend. cap. 11. de appellat. in 6to.*

Ergo *Decanus,* qui secundum locum habet et Os capituli vocatur, 14
omnia dirigit, vota colligit, conclusa ope Syndici in scripturam redigit ac iterum praelegenda curat, canonicos, non austere quidem, sed comiter, regit, absentes fratres siue foraneos in causa ardua conuocat. Sic omnia per eum, vnde rerum non satis gnari Decanum maiorem Praeposito putant. Licet autem agilitate sit praeposito potentior, tamen hic decanum dignitate et ordine vincit, fere vt Archipresbyter primas quidem tenebat post episcopum, si ordinem spectes, tamen potentia et officio minor erat Archidiacono. *can. 1. distinct. 25.* Origo verbi ex militia repetenda, vbi caput contubernii, quod decem vt plurimum capitibus constabat, Decanus appellabatur. A castris ad coenobia verbum translatum, AVGVSTIN. *de moribus cath. eccles. cap. 31.* ex coenobiis ad capitula, inde ad Academias. ALCIATVS *ad L. non plures C. de SS. eccles.* Nec tamen a militia protinus venit in ecclesiam, cum iam antea moderatores exiguae congregationis decani appellarentur, si quidem inter officia domus Augustae *decanus paedagogii et decanus lecticariorum* obueniunt.

Quaerebat nuper a Facultate iuridica Lipsiensi aliquis tecto nomine: in quo potissimum maioritas et potestas Decani consisteret? cui ita respondimus: Zum sechsten und auf die 7te Frage: Wil man berichtet seyn; **Wie weit der Vorzug eines Domdechanden sich über seine Mitbrüder erstrecke?** Ob nun wohl die Dechanden eines Capituls in Sachen, so zur Disciplin gehören, eigenmächtiger Weise zu entscheiden, und ihre unter sich habenden Domherren, wenn sie ungehorsam gewesen, so gar mit Fäusten zu schlagen, sich ehedem ermächtiget haben,

can. 8. distinct. 45.

AVT. MATTHAEI *de Nobilitate lib. 2. cap. 40. p. 617.*

auch

auch noch heutiges Tages, iedoch mit des Capituls Zuziehung, ihnen allerdings oblieget, denen Ausschweifungen Einhalt zu thun, besonders geistliche Zucht und Ordnung (worunter die Beobachtung der Amts-Pflichten und ernstliche Anermahnung zu der Residenz ohnstreitig gehöret) zu handhaben,

ESPEN *Iur. Eccles. P. 1. Tit. XI. §. 6. 8. 10.*
BOEHMER *I. E. P. Lib. 3. tit. 9. §. 9.*
ENGAV *Elem. Iur. Can. §. 94. num. 6. et §. 95. num. 3. et 4.*

Wannenhero, wenn ein Domherr, so dem Capitul einen theuern Eid geschworen, gleichwohl dem zuwider dem Vorgesezten schwer zu fallen und die Verfassung zu stöhren suchet, alsdann aber der Dechand, Pflicht und Gewissens halber, nachdem jener, aller brüderlichen Ermahnungen ohnerachtet, die theils in der Stille unter denen bescheidensten und freundschaftlichsten Ausdrükungen erfolget, theils aber auch, nachdem erstere nichts fruchten wollen, öffentlich mehr als einmal beweglich wiederholet worden, in seiner Aufführung sich nicht im geringsten gebessert, etwas harte angelassen hat, wenn er nur (wie geschehen zu seyn versichert wird,) sich dabey aller schimpflichen und ehrenrührigen Ausdrüke enthalten, daß besagter Dechand zur Ungebühr geeifert habe, so schlechterdings sich nicht behaupten lässet, wie denn die Erfahrung lehret, daß eine alzu gelinde Aufsicht schädlich sey, und die gute Ordnung ohne einige Schärfe kaum erhalten werden könne, da unter einer Zahl auch nur von 12 Personen sich allemal leichtsinnige Gemüther befinden, welche sich die Gelassenheit der Vorsizenden leicht zu Nuze machen und, ohne daß sie in einige Furcht gesezt und beständig dabey erhalten werden, nicht so viel angebohrne Erbarkeit besizen, daß sie, von selbsten ihren Pflichten nachzukommen sich bestreben solten; wannenhero, wenn der Dechand, auch ohne des Capituls Vorbewust, daß jenem widerspenstigen Domherren keine Einkünfte weiter abgefolget werden sollen, anbefohlen, diese und andere dergleichen kleine Ermächtigungen sich wohl einigermasen entschuldigen lassen, in mehrerer Erwägung, daß ein jeder Niederer, seinen Obern Achtung zu bezeigen, schuldig ist,

tot. tit. X. de maior. et obed.

Auch dawider, daß gleichwohl unter allen Mitgliedern eine Gleichheit sey, als welches der Nahme Bruder zu erkennen gebe, nicht angeführet werden mag, sintemalen auch, der Natur nach, unter leiblichen Brüdern die jün-

gern

gern gegen die ältesten einige Achtung zu bezeigen pflegen, und dann der Dechand das ganze Capitel regieret, da er den Vortrag hat, den Subalternen Befehle ertheilet, und alles durch ihn gehet, er auch vor den übrigen durch ein besonderes Baret sich im Aeuserlichen unterscheidet und, wie angeführet wird, auser andern Vorzügen, besonders auch diesen genieset, daß er allein durch die größere Thüre sich in das Chor begeben darf, und daß die Vicarien, so wie die Subalternen, ihm mittelst Handschlages wirklichen Gehorsam angeloben müssen, wannenhero, da sogar in gemeinen Stadt-Kirchen, wenn mehr als ein Geistlicher den Gottesdienst verwaltet, der Subdiaconus dem Diacono, beyde aber dem Priester, ob sie wohl allerseits Collegen sind, eine gewisse Verehrung schuldig, und aber in denen Capiteln fast gleiche Einrichtung ist, immasen einer derer Prälaten Erzpriester, der andere Archidiaconus, einige sodann Priester, und wiederum andere Diaconi und Subdiaconi genennet werden, daß um so viel mehr bey denen hohen Stiftskirche noch größere Obedienz seyn müsse, dafür gehalten werden möchte, nicht zu gedenken, daß bey denen evangelischen aus vorberührten Ursachen die gemeinen Pfarrer ihrem vorgesezten Superintendenten, der doch ebenermasen über sie keine Gerichtsbarkeit auszuüben hat, gebührende Achtung erweisen müssen, sintemalen ein solcher Superintendent seine ihm untergebene Geistlichen ihrer Pflichten wohl erinnern mag.

Dennoch aber und dieweil die ehemalige übertriebene Anmasung der obern Prälaten, welche denen Capiteln beschwerlich zu werden anfienge, theils durch die Statuten, theils durch den bey der Wahl besonders denen Pröbsten und Dechanden vorgelegten Eid, ziemlicher masen eingeschränket worden, immasen heutiges Tages dem leztern, nähmlich dem Dechanden, nur so viel nachgelassen, daß er die Vorfälle zur Ueberlegung vorträget, die Stimmen samlet, den gefasten Schlus schriftlich abfasset, und solchen hernach verlesen lässet; übrigens die Domherren in ihrer eidlichen Pflicht zwar dem Capitel, nicht aber besonders dem Dechanden Gehorsam angeloben, mithin keine dergestaltige Subordination eingeführet, daß sie ihm, als einem Befehlshaber, gehorsamen müssen, sondern da derselbe jeden Domherren als seinen Bruder, selbst bey der durch ihn zu beschehenden Installation, anerkennet, ihm zwar allerdings die Achtung, die das älteste unter den Geschwistern gegen die jüngern verlangen kan, nicht aber ein mehreres, gebühret. Maiores enim meminerint, se maiores esse, non dominos, et

 ob id

ob id inferioribus non tanquam subditis dominentur, sed quasi clericos honorent et diligant, et tales sint, qui non solum praesint, verum etiam prosint;

LANCELLOT. *Instit. lib. 1. tit. 24. §. 1.*

Et plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam seueritas; plus cohortatio, quam comminatio; plus charitas, quam potestas. His, qui dominari magis, quam consulere quaerunt, placet honor, inflat superbia.

can. 4 et 6. dist. 45.

übrigens aber in einem jeden Stifte es auf die besondern Statuten, davon wir, weil uns selbige in der zugeschikten Geschichts Erzählung nicht mit gesendet, keine Wissenschaft haben, in diesem Stüke allermeist ankommet, jedoch so viel allemal gewiß bleibet, daß der Dechand seine Collegen nicht als Untergebene, sondern als Brüder behandeln müsse, indem was er an sie ergehen lässet, mit dem Nahmen eines Befehles schlechterdinges nicht zu belegen, sondern allenfals nur eine Ermahnung und freundliche Warnung genennet werden mag, solchemnach aber ein gebietherisches Wesen seinen geistlichen Stand miskleiden würde, da er blos als ein Confrater fratrum anzusehen, am wenigsten aber demselben blos für sich Arreste auf die Einkünfte anzubefehlen, nicht zukommet, weil dieses eine gerichtliche Handlung ist, endlich das von denen Dorfpfarrern und Superintendenten hergenommene Beyspiel, so wie alle übrige, so von solchen Geistlichen, welche ihren Obern den Handschlag leisten, oder in ihrer Pflicht zum Gehorsam ausdrüklich angewiesen werden, auf die besondere Einrichtung in den Capituln, wo der Umstand, daß der unterste Chor- oder Domherr gar öfters dem Stande und Range nach, den Dechanden weit übertrift, mehrere Gleichheit eingeführet, keine Anwendung findet,

So sind zwar die Domherren dem Domdechanden, als ihrem Vorgesezten, in billigen und rechtmäsigen Dingen Ehrerbietung zu erweisen, allerdings verbunden; wie denn auch ihnen, seinen Anordnungen sich zu widersezen, oder wenn er einen seiner Mitbrüder wegen seines Lebens und Wandels einige Warnung ertheilet, diesem mit einiger Heftigkeit zu widersprechen, nicht geziemet; doch hat hinwiederum der Dechand auf seiner Seite sich alles gebietherischen Bezeigens schlechterdinges zu enthalten, immasen er sich keiner Herrschaft über das Capitel oder einzelne Mitglieder im geringsten anzumasen befugt.

Zur 7ten und auf die 8te Frage wünschet man Nachricht zu erhalten:

Ob ein Dechand befugt sey, ohne Einwilligung des gesamten Capitels das Geringste in Stifts Angelegenheiten vorzunehmen, und sich einiger Einkünfte eigenmächtiger Weise anzumasen?

Ob nun wohl dem Vorgesezten eines ganzen Ordens man nicht dergestalt binden und einschränken kan, daß er, aller und jeder Kleinigkeit wegen, erst einen Vortrag thun solle, immasen einige Dinge keinen Verzug leiden, andere aber so oft und vielfältig albereit vorgekommen, daß der Dechand bey solchen die Meynung seiner Collegen schon im Voraus wissen kan, und bey leztern Fällen genug ist, wenn er nur nach beschehener Volziehung dem Capitel Nachricht ertheilet, und wenn solches nichts zu erinnern findet, dergleichen gewöhnliche Dinge dadurch stilschweigend hernach genehmiget werden, besonders aber in Sachen, so die Gerichtsbarkeit über die Capitelsdörfer und sonst betreffen, vielerley Dinge auf ihm und dem Stifts Syndicen, durch welchen er das meiste zu veranstalten pfleget, beruhen;

Dennoch aber und dieweil, wenn von vorzunehmenden Veränderungen die Rede, der Domdechand ohne Schlus des Domcapituls nicht die mindeste Neuerung einzuführen im Stande, sondern hierzu ein bey einem General-Capitul abgefaster und in dem Folgenden bestätigter Abschlus erforderlich, besonders aber, wenn er die stiftischen Einkünfte sich zueignen wolte, derselbe ein Crimen peculatus, oder, wenn ihm solche besonders anvertrauet, de residuis begehet, weshalber auch seine Erben, nicht zwar, was die auf sothanes Verbrechen gesezte Strafe, jedoch aber, was die angemaßten Einkünfte betrift, welche die Erben des Dechanden samt den zu erheben gewesenen Nuzungen dem Capitul zu ersezen schuldig, in Anspruch genommen werden können;

So ist ein Dechand ohne Vorbewust des Capituls Neuerungen, sie mögen so geringe scheinen, als sie nur immer wollen, eigenmächtig vorzunehmen, oder von den gemeinen Einkünften sich etwas anzumasen, nicht berechtiget.

Ex hisce constat decanum, qui suo omnia nutu et arbitrio gerit, tyrannidem in fratres exercere, cum in omnibus potius maioris partis, etsi cum ratione dissentiens, decretum sequi teneatur; immo, si manifesto videat

fratrum sententiam, quam plures fouent, iniustam esse, nequit tamen suam praeferre. LEYSER *Spec. 533. Medit. 10. et 11.*

15 Expectantium puerorum et domicellarium causa ex decreto Concilii Aquisgranensis anno 816. cap. 135. quodlibet capitulum schola instructum esse debebat, in qua non tantum liberales artes, verum etiam praecepta theologiae docerentur. LAVNOIS *de scholis celebrioribus a Carolo M. siue post eundem instauratis.* CONRING *Antiqu. Acad. diss. 3. pag. 61.* Itaque minores canonici cum expectantibus pueris mensa communi sub virga *Scholastici* vtebantur. Cum autem socordia cleri scholae canonicorum vilescerent, vniuersitates autem artium Bononiae et in ipsa Germania erigerentur, dedit clericis iunioribus ecclesia electionem liberrimam, vtrum in schola capitulari persistere, an vero ad studia generalia se conferre vellent. Quod cum plerique praeoptarent, seculo XII. scholae capitulorum fere omnes in scholas vulgares, quaedam in gymnasia, conuersae fuerunt. ESPEN *Ius eccles. vniu. Part. 2. tit. XI. c. 1. §. 6.* THOMASINVS *de vet. et nou. eccles. disciplin. P. 4. Lib. 2. c. 35.* in quas scholastico, ne eius munus plane euanesceret, reseruata inspectio. Is vetustis temporibus durante adhuc communi vita, mensae episcopi, ita vt caeteri canonici, non accubuisse, sed cum Domicellaribus et Expectantibus separatim habitasse videtur, FLOERKE *Tract. de canonico scholastico,* vnde mirum non est, Minores illos et Inscriptos peculiarem reuerentiam huic suo capiti debuisse, siquidem in statutis ecclesiae S. Martini Bingensis domicellares haec promittunt: *Item in festiuitatibus deseruiam domino scholastico, cappam suam sibi apportando, induendo, exuendo, quando fuero requisitus.*

De officio *Custodis* extat titulus 27. in libro primo Decretalium, quem praecedit titulus de officio *Sacristae,* custodis, vt arbitror, vicarii. Etenim Sacristae, siue aeditui, nudum ministerium v. c. portas claudere, in Custode autem dignitas. Interdum vtrumque, vt et Thesaurarii nomen, confunditur.

De *Cantore* siue Primicero autem inferius §. 22. dicam, vbi succentoris mentionem facio.

16 Canonicatus differt a *Praebenda.* Neque enim omnes praebendati habent locum in stallo et votum in capitulo, nec omnes canonici praebendas. Praebebatur ab initio, vt supra diximus, publice canonicis cappa et panis et reliquus victus ex oblationibus fidelium, vnde praebendae nomen. Illustris locus in additione tertia capitularium *cap. 112.* apud GEORGIS-

CHIVM

GHIVM p. 1788. *Praecipimus, vt canonici clerici, qui in ciuitatibus vel monasteriis degunt, qui beneficia habent, vnde victum et vestitum habere possunt, vt hoc, iuxta Apostolum contenti sint, et stipendia fratrum, vnde pauperiores et hi, qui assidue in praedictis locis Domino famulantes excubant, atque ibi assiduum diuinum implent officium, nequaquam assumant aut in suis vsibus conuertant. Si quis haec statuta contempserit, vtrisque careat, i. e. et beneficio et praebenda, atque si gradibus fruitur ecclesiasticis, ipsis priuetur.* Videtur itaque praebenda a beneficio hac ratione differre, vt illa sit potus, cibi et cappae distributio, beneficium autem reditus aliunde prouenien s et muneri ecclesiastico v. c. canonicatui adhaerens. Distinctio bonorum mensae praelati et bonorum *mensae capituli* obuenit in *cap. 8. et 10. X. de reb. eccles. alien.*

Praeter praebendam alia emolumenta habent canonici, nempe 17
Praesentias, quae etiam Distributiones Quotidianae vocantur. Hae ex fundationibus et legatis maiorum ad certum diem soluuntur tantum praesentibus, qui intersunt sacris huiusmodi anniuersariis, memoriis, mortuariis et similibus. Nempe Memoriales pecuniae nascuntur ex legatis. Tenetur enim in plerisque capitulis quilibet canonicus ecclesiae aliquid legare, quae sors deinde elocatur ac inde prouenientes vsurae in legantis honorem die emortuali inter praesentes distribuuntur. De his praesentiis agit Concilium Tridentinum *Sess. 22. cap. 3.* illasque modis quibuslibet augendas suadet, quia non sit fortius vinculum, canonicos ad residentiae strictam obseruationem adigendi, quam si detrimentum negligentiae suae euagantes non leue sentiant. In Hispaniae capitulis fere omnibus et quibusdam Italiae, abolito praebendarum vsu, omnes reditus conuersi in praesentias, vt qui neque in choro neque in capitulo seruiant, nihil omnino percipiant, sed eius vncia accrescat praesentibus. Attamen theologus canonicus vel iure consultus in hispanicis illis capitulis pro praesente habetur, tam in choro, quam capitulo, nec amittit distributiones quotidianas pro tempore, quo in munere lectionis versatur.

Excrescentiarum etiam nomen explicandum est. Nempe si in capitulo, vbi singulis canonicis certa redituum portio assignata, reditus ecclesiae diuisibiles augeantur, fructus ex hoc augmento prouenientes dicuntur Ex crescentiae *cap. 9. X. de constitut.*

Extra ordinem etiam obueniunt canonicis lucra extraordinaria ex *Obedientiis*, optionis lege consequendis, quae sunt villae seu pagi capitularis procuratio lucrosa. BOEHMER *I. E. P. tom. 2. lib. 3. tit. 5.* §. *175.* Interdum etiam minores et plebanae ecclesiae in obedientia alicuius canonici esse dicuntur, eo modo, quo episcopatus quidam in obedientia cardinalis cuiusdam constituti. *cap. 11. X. de maior. et obed.*

18 Canonici iam seculo decimo per dispensationem episcoporum ex monasterio migrare coeperunt in *Curias*, optionis lege adipiscendas, quas sartas tectasque seruare tenentur et omnia obseruare, quae vsufructuario aedium incumbunt, sed e contrario omnes ex eis fructus ita percipiunt, vt etiam totas locare possint aliis. Dicebatur autem curia vel curtis medio aeuo ampla domus, vt plane verbum idem videatur, quod Theotisco sermone nunc Hof siue Herrenhof appellamus, vnde saepissime curia pro palatio ponitur, vt in cantico sacro:

Da die Schellen klingen
In regis Curia.

Hymnum innuimus notissimum incipientem *In dulci Iubilo*, cuius auctor putatur PETRVS DRESDENSIS, seculo decimo quinto ludimoderator et concionator Pragensis.

19 Canonici euangelici etsi nulla manuum impositione ordinentur, tamen omnibus iuribus et titulis canonicorum pontificiorum fruuntur. In quibusdam capitulis, potissimum iis, in quibus mixta religio, ordines certa pecunia redimunt, quod vocatur das Ordensgeld. In hisce capitulis mixtae religionis si catholicus canonicus maior moriatur, non succedit ex minoribus senior, si hic Lutheranus sit, sed domicillaris inter catholicos senior, et vice versa, si Lutheranus moriatur. Caeterum hi euangelicorum canonici tantum in vtilibus, vt si de matris gerada capienda quaestio incidat, *Rhaps. Obs. 311.* clerici habentur, caeteroquin laicis accedunt, vnde etiam militiam suscipere et armis cingi nihil impedit, nisi in statutis prouisum sit, ne miles, antequam sagum exuerit, ad sessionem recipiatur.

20 Non opus est, de canonicis *Honorariis* multa dicere, quorum alii sunt clerici, v. c. si sacerdos forte plebanus pietate aut doctrina clarus honoris causa, sed sine emolumentis cooptatur, eique permittitur, vt suum nomen canonici titulo adiecto exornare possit: alii laici, qualis imperator in Aquisgranensi

granensi et aliis quibusdam capitulis. De vtrisque late CANGIVS *in Glossario* eiusque continuatores.

Officium canonicorum inter caetera in obseruatione *Horarum canonicarum* consistit. Olim septem horae (*argum. Psal. 119. v. 164.*) ad preces et cantus non solum clericis praefinitae, sed etiam (quis tale crederet?) laicis, vsque dum laicis remitterentur, immo in ipsis etiam clericis immodicus ille horarum numerus ad ternarium reduceretur. Si quidem iam Iustiniani tempore in *L.* 42. §. 10. *C. de episcopis* non nisi tria psallendi tempora: nocturna, matutina, et vespertina obueniunt. 21

Canonici nunc cantant per *Vicarios*, quod iam in *L.* 42. §. 10. *C. de episc. et cleric.* in iis suo tempore improbat Iustinianus. Hi vicarii peculiarem constituunt communitatem sub Succentore, dem Sangmeister, qui, quasi decanus vicariorum, eos in officio continet. Primicerium hunc nonnulli appellant, valde ambigua significatione, cum hoc nomine potius *Cantor* indigitetur, qui inter Praelatos et ipse canonicus est, vt §. 15. diximus. Hanc ambiguitatem vt euitemus, melius est eum *Succentorem* appellare i. e. vicariorum principem sub Cantore praelato seu Primicerio seruientem et officium praestantem in choro sinistro aut dextro inferiori. Is eo fere modo vicarius Cantoris est, quo aedituus Custodis. Sunt autem hi omnes, de quibus loquimur, vicarii canonicorum *Nati* i. e. perpetui, quibus beneficia titulo *Vicariae* adsignata auferri nequeunt, etiamsi canonicus, cuius vices sustinent, moriatur, *cap.* 27. *X. de rescript.* Ab his distingue *Choralistas* siue Choraulos assumtos ad maiorem numerum faciendum, qui proprie sunt Domicellarium vicarii. 22

Haec de singulis Canonicis. Nunc ad totum Capitulum redeo, quod, quoniam collegium est, *Syndico* opus habet, qui non sumitur de gremio capituli, sed vt plurimum laicus est iurisperitus, tanquam capituli secretarius ad acta iuratus, protocollum scribens, et in pagis capitularibus institiarius delegatam iurisdictionem exercens, cui vxorem habere apud catholicos permittitur. 23

Alius officialis est *Procurator Fabricae*, quasi quaestor aerarii capitularis, qui rationes quotannis reddit de reditibus et expensis. Nempe ab antiquissimis temporibus hoc retentum, vt ab omnibus reditibus grossae, 24

vt

vt vocatur, massae certa pars ad fabricam seponeretur, ex qua expendi possent in commune necessaria.

25 Praeter hos alius capitulo inseruit *Camerius*, cui accessus in diaetam capitularem patet, olim vero cura dormitorii, mapparum et linteorum commissa erat, vt eodem iure etiam cubicularius appellari possit. DV FRESNE *Glossarium s. v. Camerarius.* Is subest Praeposito et ab hoc cum consensu capituli eligitur.

26 Capitula sunt vel *Cathedralia*, die Hochstifter, vel *Collegiata*. Canonici cathedralis ecclesiae proprie vocantur Domini Capitulares, qui autem collegiatam ecclesiam constituunt, plerumque simpliciter Canonici, vt apparet ex *I. P. W. art. 5. §. 20. et 23.* Nec theodisca appellatio omittenda, qua Capitulares Domherren, ab ecclesia cathedrali, quam proprie Dom i. e. Dominicum dicimus. BOEHMER *I. E. P. tom. 2. lib. 3. tit. 1. §. 31.* Canonici autem ecclesiae collegiatae vocantur germanice Chorherren, vt apparet ex grauaminibus Nationis Germanicae anno 1521 Wormatiae propositis, apud KAPPIVM in der Nachlese der Reformat. Urkunden, *P. 3. pag. 295.* vbi scriptum est: Den mehrer Theil haben die Thumherren, die derselben Stift Oberherren seynd, sollich Capittel Herren, und etwan auch die Chor Herren in den Collegiaten Stiften 2c. Plura HALTAVSIVS *in Glossario* sub verbo Chorherren dabit. Si Dresdae comitia prouincialia habentur, tantum Misnense, Martisburgense et Numburgense capitulum conuocatur, et singula per deputatum comparent, plane vt in conciliis prouincialibus fieri solet, *cap. fin. X. de his, quae fiunt a praelatis.* Collegiatae autem ecclesiae capitula ad comitia, (quibus tamen Saxonici Praelati et Vniuersitates Artium Lipsiensis et Vitebergensis intersunt) nunquam conuocantur, quia ab ecclesia maiori, tanquam a matre filiae, dependent. Non solum autem in hisce Saxoniae comitiis tria haec cathedralia capitula, verum etiam episcopi ipsorum, si qui sunt, comparent. WABST Nachricht von Sachsen *pag. 20. Num. 1.*

Sede vacante capitulum cathedrale totum episcopatum regit, cuius ratio ex superiori §. 1. et 2. facile deriuatur; at in collegiatis capitulis sedis vacantia statui non potest, vtpote quae ipsa a cathedrali capitulo eo tempore reguntur. Etenim quia in collegiatis ecclesiis nulla est episcopi sedes, haec nec vacare intelligitur, sed mortuo episcopo collegiata ecclesia subest capitulo ecclesiae cathedralis, sicuti reliquae parochiales ecclesiae. BOEHMER *I. E. P. tom. 2. lib. 3. tit. 9. §. 39.*

Iuris-

Iurisdictionem capitula in canonicos olim non habebant aliam, quam 27
disciplinarem, quae mores corrigeret *cap. 13. X. de for. compet.* nunc autem etiam contentiosam exercent, quae tamen subordinata episcopo, si quidem ad eius regimen (die Stiftsregierung) appellationes diriguntur *cap. 11. de appellat. in 6to cap. 13. X. de offic. iud.*

In Germania sede vacante plura possunt, quam in aliis regnis, capitula 28
cathedralia, nam monetas cudunt, status imperii euadunt, et legatos ad comitia mittunt, *I. P. W art. 5. §. 21.* BOEHMER *I. E. P. tom. 2. lib. 3. tit. 9. §. 23.* leges abrogant et condunt nouas. *cap. 6. X. de constitut*, BARBOSA *Ius eccles. l. 32. 73. pag 318.* BUDER *Repert. Iur. Public. s. v. Capitul. §. 4. 5. seq.* Sane mirabile capituli corpus est, quod in eo discrepat a naturali et vero corpore, vt per breue tempus sine capite viuere, nec viuere tantum, sed etiam meditari et agere, ad postremum tandem nouum sibi caput fabricari possit, eo fere modo, quo cochleis quibusdam et limacibus, nuperrimo physicorum experimento, post amputatum caput ex trunco superstite et imis visceribus nouum caput succrescit.

A sede vacante distingue *Impeditam*, quando episcopus viuit, sed 29
aliam ob causam regere non potest ecclesiam, aut quia captiuus detinetur, aut furiosus est, aut infans, aut ob officio suspensus. Sede impedita maiori gaudent potestate capitula, quam si sedes vacat. Tunc enim ordinationes et consecrationes expediunt per episcopos vicinos, ad id a capitulo requisitos, *cap. vn. de maior. et obed. in 6to* immo vasallos inuestiunt. Bona vero ad mensam episcopi pertinentia capitulum, nec sede vacante nec sede impedita, valide alienat. Quaenam vero sunt bona haec episcopi mensalia? Breuiter: quae in seculari principatu Domanialia, haec in episcopatu Mensalia appellantur.

Statuta, quae non in hebdomadalibus capitulis, sed in congregatione 30
generali conduntur, valent sine confirmatione episcopi, GONZALEZ TELLEZ *tom. 1. pag. 74. n. 7. seq.* Quoties de rebus singulorum agitur, vnius dissensus plus valet, quam reliquorum omnium consensus *(Obs. CCXXXVII.)* Res maioris momenti in capitulis generalibus tractantur tanta circumspectione, vt in plerisque capitulis, quod conclusum est, statuti vim ne obtineat quidem, nisi in sequenti generali capitulo iterum praelegatur et confirmetur. Nempe regulariter generalia capitula duo per annum habentur, ***Autumnale*** et ***Vernale***, ad quae absentes sine conuocatione confluunt. Quotidiana

tidiana et vulgaria negotia tantum residentes in capitulis hebdomadalibus expediunt.

Hae sunt, quae de capitulis scire generatim expedit. Nam singulares et vnicuique collegio proprias consuetudines quis scribere possit, quis scire cupiat?

OBSERVATIO DXXXIII.

Si turbator sutrinae mihi calceos fecerit, aduersus me collegii nulla vindicta.

1 Ius prohibendi competit collegiis contra eum; qui iura sodalium exercet, cum non sit sodalis. Sic in Academia interdicitur lectura et professio disciplinae publica iis, qui docendi potestate et gradu destituuntur, non autem puniuntur studiosi, qui tales audiunt. Cauponem iure prohibendi praeditum ii quidem turbant, qui nouam popinam exstruunt, non vero illi, qui in noua caupona popinant. Quid enim cauponum controuersiae
2 ad conuiuas? Similiter ergo in opisiciis turbatores tantum, non illi puniuntur, qui a turbatore sibi quidpiam confici curauerunt, vt mense Ianuario 1771 pronunciata a Facultate Lipsiensi sententia probat his verbis concepta: Dieweil denenjenigen, so einem gewissen Handwerke auf keinerley Art und Weise beygethan, sondern als fremde Personen zu betrachten, um dessen Innungs Artikel, so niemals als öffentliche Geseze bekant gemacht worden, sich zu bekümmern nicht oblieget, folglich nur derjenige, so ohne erlangtes Meisterrecht das Handwerk treibet, einer Stöhrerey zu beschuldigen, und hieraus ferner sich ergiebet, daß es der Beschwerde einer Innung wider eine dritte Person, welche bey einem Pfuscher arbeiten läßset, an einem tüchtigen Grunde ermangele, solchemnach der beygebrachte 40ste Innungs Artikel des klagenden Schneider Handwerks, nach wel-
3 chem derjenige, so bey einem Stöhrer arbeiten lassen, bestrafet werden solle, widerrechtlich, und überhaupt Klägere auf solche nicht vom Landesherren, sondern allein von der Gerichtsherrschaft nebst Bürgermeister und Rathe des Städtleins T. bestätigten Briefe, in soweit sie von gemeinen Rechten abweichen, und der natürlichen Freyheit Eintrag thun, sich nicht beziehen mögen, in Erwegung, daß weder eine Gerichtsherschaft noch eine Stadt Obrigkeit in die Gesezgebende Gewalt, so ein Vorbehalt der höchsten Landesherschaft, einzugreifen und Privilegia zu ertheilen sich ermächtigen

tigen darf; so hat der klagenden Innung Suchen nicht stat, sie sind auch die auf diesen Proces verwanten Unkosten Beklagten zu erstatten schuldig.

OBSERVATIO DXXXIV.

Cambialem debitorem e carcere profugum litteris arrestatoriis persequi, periculosum.

Arrestatoriae litterae existimationi et famae damnum inferunt, vt ne quidem ob leuiora delicta, ea scilicet, quae poenam corporis afflictiuam non inferant, emitti possint. BARTH *Hodeget. pag. 871.* Iam vero non ob publicam causam, sed priuatam, magistratus debitorem cambialem detinet, quia solius creditoris rogatu eum vel includit, vel ex arresto dimittit. Vnde vix effractorum carcerum reus dici potest, qui effugerit, quia eam *custodiam* malim dicere, quam carceres, quae hominem non criminis causa, sed ex contractu captum detinet. Edictum Saxonicum autem contra malitiosos decoctores §. *6.* his arrestatoriis litteris tantum illos improbos persequi permittit, qui bona sua omnia conturbarunt. Hinc Mense Iulio 1770 pronunciauit collegium nostrum: Daß dem flüchtigen Grafen von N. alles Fleises nachzutrachten, derselbe auch, daferne er zu erlangen, nunmehro in engere Verwahrung zu bringen, dahingegen des Wechselgläubigers auf Erlassung der Stekbriefe gerichtetes Suchen, noch zur Zeit und so lange jener pro doloso decoctore nicht zu achten, unstathaft.

(margin: 1, 2, 3)

OBSERVATIO DXXXV.

Hypotheca solius debitoris precibus confirmata ius reale creditori tribuit.

Quidam pecuniam mutuans, se effecturum, vt super ea suis sumtibus hypotheca iudicialis constitueretur, promiserat. Id cum factum esset, quaerebatur: vtrum ius reale constitutum videretur, cum creditoris acceptatio deficeret, nec ipse in iudicio comparuisset. Sed omnino valere, ex nostra Obseruatione superiori CCXLVIII. facili negotio probatur. 1

OBSERVATIO DXXXVI.

Mercibus aestimato transmissis, emtor exceptione inhabilitatis mercium et quanti minoris opposita, vix audiendus.

1 Si venditor ex specificatione mercium, cui pretium adscriptum, quamque vulgo *Conto Current* appellant, emtorem conueniat et in libello ita dicat: Den ersten April 1767 empfienge Herr Beklagter eine Ohme Rheinwein für 75 Thaler, fieri non raro solet, vt debitor litem his verbis contestetur: affirmat eine Ohme Wein, negat Rheinwein, negat für 75 Thaler. Quod si ita eueniat, noui in dicasteriis assessores aestuare, et, quomodo ex his difficultatibus se extricare possint, ignorare. Videri poterat,
2 statim condemnatoriam sententiam pronunciandam et inficiationem eius, a quo petitur, aeque vt inhabilitatis mercium exceptionem insuper habendam esse. Scio enim, ex doctoribus nonnullos existimare, eum, qui merces sibi expetat, venditoris fidem eligere et consentire etiam in statuendum ab eo pretium, adeoque ad soluendum adstringi, cum temporis lapsus negotio quasi consensum accommodet, et silentium instar conuentionis sit, BERGER *Oecon Iur. pag. 638.* LEYSER *Spec. 188. Med. 1.* MEVIUS *P. 1. Decis. 179.* BOEHMER *Consult. et Resp. Tom. 3. P. 2 Decis. 295.* His ipse accedo, optoque, vt lex prouincialis exeat huius sententiae: Daß wenn ein Kaufman die ihm zu theuer dünkenden oder fehlerhaften Waaren nicht zurük sendet, oder wenigstens sogleich dawider protestiret, er mit dieser Ausflucht weiter nicht gehöret werden solle. Ecce rationes decidendi a Facultate Iuridica Lipsiensi mense Octobri editas:

Dieweil Beklagte Handlungs Genossen und Käufere einräumen müssen, wie der unter Handelsleuten eingeführte Gebrauch mit sich bringe, daß nicht etwa, wie bey persönlichem Handel und Krämerey in Kleinigkeiten, nach langem Biethen und Wiederbiethen zu geschehen pfleget, eine Menge Briefe hin und her mit grosen Kosten (wozu, wenn die Waaren baldigst vonnöthen, nicht einmal Zeit seyn würde) der Handel geschlossen werde, sondern wenn einer von dem andern Waaren verlanget, sich von selbst verstehe, daß von Verkäufern der äuserste und mindeste Preis nach Möglichkeit auf das wohlfeilste angemerket werde, welches die Verkäufer, um die Kundschaft beyzubehalten, und durch Empfehlung bey andern zu vermehren, von selbsten nicht anders zu thun pflegen, wie denn, daß Kläger ein solches ebenermasen gethan, das Attestat fol. 61. beyläufig zu erkennen giebet,

giebet, auf welches schriftliche Zeugnis, so nur zum Ueberflusse beygebracht worden, nicht einmal zu sehen oder das Erkentnis zu gründen nöthig ist, da derer Beklagten eigenes Eingeständnis für Klägern einen viel stärkern Beweis abgiebet, da sie fol. 23. daß sie aufs Wort, Treue und Glauben mit Klägern gehandelt, niemals Preise mit ihm gemachet, sondern auf seine Redlichkeit sich verlassen, besonders aber

> daß sie sich um die Preise so genau nicht bekümmert, sondern in Klägern alle Redlichkeit gesezet,

nicht in Abrede stellen, folglich, daß sie jedesmal die angesezten Preise als gangbar und markständig angenommen, sich aus ihrem eigenen Geständnisse so fort ergiebet, wie sie denn darwider niemals sich im mindesten gereget, noch die Waaren zurük gesendet, sondern immer auf gleiche Weise frische kommen lassen, da denn auf die Ausflüchte der zu theuer übersendeten Waaren in solchem Falle keinesweges weiter zu sehen; Nicht zu gedenken, daß, da Beklagte bey dem ersten Puncte der Kriegsbefestigung: sie hätten die erkauften Waaren erhalten, ein und zugestehen, dieses, daß der Preis, ohne welchem man sich keinen Kauf vorstellen kan, unter ihnen gewiß gewesen, zugleich in sich fasset, also bey solchem der Beklagten Eingeständnisse sie theils zum Eide, wegen zu besorgender im Sinne behaltener eigener Auslegung, nicht zulassen, theils, wenn auch wirklich geschworen würde, der abgelegte Eid nichts entscheiden könte, indem es einerley ist, ob Beklagte die Waaren um gewisse Preise selbst behandelt, oder ob sie für die markgängigen Preise sich dergleichen verschrieben, allermasen auch auf diese Weise der Preis gewiß, und der Kauf beständig ist, MENKE *Pandect. lib. 18. tit. 1. §. 19.* und wenn schon sonst auf die in Verkäufers oder Käufers Wilkühr gestelte Bestimmung des Preises ein Kauf schwerlich gegründet werden kan, *L. 27. D. de emt. vend. L. 35. §. 1. D. de contrah. emt.* sich doch die Sache in dem Falle, wenn hernach der Käufer entweder stilschweigend oder ausdrüklich den von Verkäufern einmal festgesezten Preis genehmiget, ganz anders verhält, *L. 7. § 1 D de contrah. emt vend.* Endlich, da ein hinlängliches Eingeständnis weshalber nunmehro auf die in der Klage angegebenen, und in der Kriegsbefestigung dem Ansehen nach verneinten Punkte weiter nichts ankömt, etwas, so das Endurthel länger aufhalten könne, nirgend sich hervor thut. So ist rc.

Staats-Bibliothek Bamberg

Recte haec omnia, vt arbitror. Nam si emtor haud pecuniosus, a quo pretium petitur, acceptas merces tanquam vitiosas non illico remiserit, nec contra significatum pretium protestatus sit, quid quaeso condemnatoriam remoretur? Hae rationes mihi perplacent, vt facillime iis subscriberem, nisi experientia docuisset, hanc regulam ex accidenti plerumque per Aduocatorum socordiam, qui stilum in formando libello saepe sine omni iudicio et prouidentia futurorum negligentissime gerunt, inutilem fieri. Primum, quid sit longum tempus, per quod silentium emtori noceat, doctores non definiunt; nam neque semestre spatium, neque annus hic suffecerit, quia omnis praescriptio adeoque etiam ex aedilitio edicto quanti minoris exceptio, perpetua est, vt Rhapsodiae Obseruatio CCCCLXXXI. demonstrat.
3 Cum ergo nondum definitum ab vllo certum temporis spatium, intra quod contra vitiosas merces protestari emtor debeat, nec fingendum illud sit pro lubitu, sine lege loqui merito erubescimus.

Si tamen post acceptas merces nouas venire iubeat, nec anteriorum vitiositatem moneat, puto adesse firmissimam praesumtionem anteriores bonas et pretium notatum iustum fuisse, vt emtor vix ad probationem vitiositatis admittendus videatur.

4 Vt autem exemplo pateat, aduocatorum negligentia non raro euenire, vt emtor exceptione inhabilitatis mercium opposita plerumque audiatur, sique pretium in litis contestatione negauerit, petitori probatio iniungatur,
5 quae sequuntur decidendi rationes perlegendae: Obwohl Kläger anzuführen gewust, wie es nicht allein dem Handelsbrauche, sondern auch der Vernunft, ja gewissermasen dem geschriebenen Rechte überaus gemäs sey, daß wenn ein Kaufman von einem andern Waaren verlanget, und dieser erstern nebst dabey zugleich mit gemeldetem Preise, solche überschiket, dafern jener sie dafür annimt, behält, und binnen 6 Monaten, oder allenfals binnen einem Jahre nicht zurük sendet, also wider die Preise und Tüchtigkeit des Guthes nichts einwendet, sodann aber von demjenigen, der sie abgesendet, in rechtlichen Anspruch genommen, besonders aber in der Klage der Hauptumstand, daß der Preis vor Absendung der Waare gemeldet, von dem Käufer aber nach dem Empfange nichts eingewendet worden, vielmehr derselbe mit beyden, so wohl den Waaren als dem Preise, zufrieden gewesen sey, ausdrüklich angezeiget wird, hernach ferneres Leugnen zu keinem Vortheil gereiche, und dann in gegenwärtiger Sache von Beklagten der Empfang eingeräumt, nur aber daß die Waare kein tüchtiges Kaufmans

mans Guth, also nicht soviel, als die überschikte Rechnung besage, werth sey, und er folglich die Waare nicht für die gemeldeten Preise angenommen habe, Ausfluchts weise vorgeschüzet worden, wannenhero daß weder auf diese verneinende Einlassung, noch auf lezgedachte Einrede Rüksicht genommen, sondern der Beklagte schlechterdings zu bezahlen angehalten 6
werden müsse, es das Ansehen gewinnet, in mehrerer Erwegung, daß wenn derjenige, dem zu protestiren und zu reden obgelegen hätte, schweiget, er in alles zu willigen und den durch eigene Schuld erlittenen Schaden nicht zu empfinden scheinet (Obs. CCCXCIX. et CCXVIII.) wie es denn allermeist eine blose Gefährde übler Schuldner ist, wenn, um die Zahlung zu verzögern, dergleichen unbillige und den straklichen Lauf des Handels, so wohl der Gerechtigkeit hemmende Ausflüchte zum Vorscheine kommen, welche keine rechtliche Gunst verdienen, wannenhero der Richter solche so viel als möglich abzuwenden und zu behindern, nicht aber zu erleichtern und dadurch die Hülfe Rechtens zu entfernen, sich bestreben sol, worinnen auch der Grund, warum bey der actione quanti minoris und redhibitoria nach römischen Rechten eine gar kurze Frist, nehmlich bey ersterer ein Jahr, bey lezterer aber 6 Monate, zur Verjährung bestimmet, hauptsächlich darinnen verborgen:

Dennoch aber und dieweil der in der Klage gebrauchte Ausdruk: 7
daß Beklagten die Waaren gegen die gesezten Preise auf sein Verlangen zugesendet worden, einiger Undeutlichkeit unterworfen, welcher zwar, wenn die Gewissens Rührung nicht gebrauchet worden wäre, bey künftigem Beweise leicht hätte abgeholfen, und die Artikel darauf: daß, als Kläger die Waaren übersendet, ihm zugleich die Preise angezeiget worden, hätten gerichtet werden können, welches aber, da der Eid zugeschoben, so füglich nicht geschehen mag, wannenhero, wenn schon Beklagter, daß er die Waaren angenommen, nicht ins Leugnen stellet, er gleichwohl, daß er solche um die gesezten Preise angenommen, schlechterdings verneinet, also der Eid bestimmeter zugeschoben werden sollen, immasen die gebrauchten Worte: gegen die gesezten Preise, so beschaffen, daß man, darüber schwören zu lassen, billig Bedenken tragen muß, wie denn auch die Klage, daß Beklagter wider die Tüchtigkeit der Waare bald nach deren Empfange nichts eingewendet, noch wider die Preise protestiret, sondern mit beyden, so wohl mit denen Waaren als deren Werthe, zufrieden gewesen, wie gleichwohl der Klage einzuverleiben nüzlich gewesen seyn würde, nirgend besaget, sol-

chemnach aber dieselbe, immaßen sie anbracht, verworfen werden müssen 2c. Iunge, si placet, Obseruationem DCVIII. in qua demonstrauimus, mercium in via corruptarum periculum ad emtorem pertinere.

OBSERVATIO DXXXVII.

Cur Habitatio in facto, non in iure consistere dicatur.

Actiones in Factum ideo sic nominantur, quia ex aequitate et gentium iure descendunt.

1 Ait in L. 10. ff. de capit. minut. MODESTINVS: *Si habitatio legetur, morte quidem legatarii legatum intercidit, capitis deminutione tamen interueniente perseuerat, videlicet, quia tale legatum in facto potius, quam in iure consistit.* His verbis mihi videtur non aliud indicari, quam habitationem non iure Quiritiam, sed naturali et gentium iure diiudicandum esse, cum verbi *factum* apud iure consultos haec potestas sit, vt ius naturale per
2 illud indicetur. Equidem haud negauerim, notiori loquendi vsu Ius contra Factum hac ratione nominari, qua apud Rhetores scripti et voluntatis controuersiae sibi opponuntur. Haec vsitatior locutio alteram rariorem plane obliterauit, qua ius et factum sibi hac ratione opponuntur, vt factum denotet AEQVITATEM.

3 Habent enim iurisconsulti suas proprias verborum significationes, *interdicta* pro actionibus, *suum heredem* pro filio ponunt; *causa* iis saepe est datio vel factio, *praescriptio* eadem, quae exceptio, *formula* pro actione nominatur, in tutelae doctrina *excusationes necessariae* obueniunt; et quis omnes insolitas et plane a consuetudine vulgari aberrantes iureconsultorum loquendi formulas recitauerit?

4 Itaque in praesenti rem primo obtuitu incredibilem proponemus, nempe singulari, nunc autem fere deperdita, loquendi ratione apud iureconsultos veteres *factum* aequitatem denotare et naturalem rationem, vt, in facto consistere, idem sit, quam iuris gentium esse, et ipsas Actiones in Factum si nomines, idem esse, ac si dicas actiones ex aequitate.

5 Ait Modestinus *in allegata L. 10. ff. de capite minut.* vsumfructum filio familias relictum, post emancipationem per trinam venditionem (quae imaginaria olim seruitus) amitti, habitationem non aeque, addita illa, quam illustrandam

ſtrandam ſumſimus, obſcura decidendi ratione: *quia habitationis legatum in FACTO magis, quam in IVRE, conſiſtit.* Quid iſtud rei eſt? Nonne habitatio etiam conſiſtit in iure, cum non ſit aliud, niſi ius inhabitandi aedes alienas. Contra vero vſusfructus non minus conſiſtere videtur in *facto h.* e. in fructuum perceptione, quam illa ipſa, de qua quaerimus, *Habitatio.* Nemo ſane vtitur fruitur ſine facto, nec ſine iure quisquam *habitat.* Hoc ipſum ſatis per ſe ſignificat, in hac Modeſtini lege, factum non pro actu aut poſſeſſione poni, ſed quando ille dicit. Habitationem in facto magis, quam in iure conſiſtere, rem longe aliam ſignificari. Id ex Graecis interpretibus Baſilicorum Scholiaſtes *lib. 46. tit. 2. Schol. y.* ſatis innuit, quando non auſus eſt hoc verbum in Graecum ſermonem transferre, ſed cum peculiari quodam et ſolis iureconſultis Romanis vſitato ſenſu *Factum* naturalem rationem et aequitatem denotare animaduerteret, ita transtulit: *τὸ γὰρ τοιȣ̃το ληγάτον ἐν* ΦΑΚΤΩ *μᾶλλον, ἀλλ' ἐν δικαίῳ συνίςαται.* Hic enim Graecorum mos, vt ſi verbum inueniatur latinum peculiaris ſignificatus, cui aliud graecum non reſpondeat, ſoleant latinum retinere, vti in *σȣ̃ος κληρονόμος, ἐξκȣσατέυειν* aliisque ſimilibus fecerunt.

Si hanc verbi ſignificationem admittamus, intellectu facilis erit Mode- 6
ſtini ratio, quando ait: vſumfructum quidem capitis deminutione maxima finiri, non habitationem, quoniam vſusfructus magis in iure, habitatio autem in facto ſiue naturali et gentium iure conſiſtat. Olim nempe ſolus vſusfructus et vſus inter ſeruitutes praediorum numerabantur, habitatio non aeque, vti colligitur ex *§. penult. Inſtit. de vſu et habit. L. 10. princ. ff. de vſu et habit.* ſiquidem Imperator Iuſtinianus demum habitationem veris et ciuilibus praediorum ſeruitutibus annumerauit. *L 13. C. de vſ. et habit.* Seruitutes praediorum, inprimis autem vſusfructus res mancipi erant h. e. in iure conſiſtebant. VLPIAN. *Fragm. tit. 19. §. 1.* CICERO *de Orat. lib. 1. num. 178. et 179.* Habitatio autem, antequam ex ea Iuſtinianus ſeruitutem feciſſet, tantum iuris gentium erat et naturaliter, ſiue vt clarius dicam: bonitario, non ſummo, iure poſſidebatur. Nam peregrini Romae, vti venditionem et locationem, qui contractus iuris gentium eſſe dicuntur, celebrare, ita etiam habitare quidem poterant, ſed Quiritarium vſumfructum praedii Romani habere non poterant, vtpote qui non aliis, niſi ciuilibus modis, vtputa ceſſione in iure adquirebatur, adeoque ſolis ciuibus erat proprius. Appoſite in L. 15. ff. de interdict. et relegat. MACER Iureconſultus: *Deportatus ciuitatem amittit et ſpeciali quidem iure ciuitatis non fruitur, iure ta-*

men gentium vtitur: emit enim et vendit, locat, conducit, permutat et caetera ſimilia; et in L. 8. ff. de capit. minut. CAIVS ſcribit: *Eas obligationes quae naturalem rationem habere intelliguntur, palam eſt capitis deminutione non perire, quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non poteſt.* Eodem modo deportatus, peregrinus immo etiam pupillus ſine tutoris auctoritate, poſſeſſionem adquirit, quia in poſſeſſionibus ciues Romani nihil praecipui habent, ſed in iis mera naturalia iura ſpectantur, quae etiam in capite minutos immo pupillos cadunt, vt in L. 1. §. 3. ff. de adquir. vel amitt. poſſeſſ. his verbis dicitur: *Ofilius quidem et Nerua filius etiam ſine tutoris auctoritate poſſidere incipere poſſe pupillum aiunt: eam enim rem FACTI non IVRIS eſſe*: Non videtur ergo Modeſtinus, cum dicit vſumfructum quidem capitis deminutione amitti non habitationem, quoniam is in iure haec in facto conſiſtat, quicquam aliud innuere, niſi habitationem naturali ratione et iure gentium aeſtimari, vſumfructum autem ad ſubtilitatem iuris ciuilis exigi. Habitatio enim in facto conſiſtit h. e. in ea definienda ſolam naturalem rationem ſequimur, et iuris gentium dictata, vt in emtione, poſſeſſione etc. Eodem modo agnationem, non autem *cognationem*, vtpote non in iure ſed in facto conſiſtentem, capitis deminutione perire nouimus, quare? Dicat meo nomine IVSTINIANVS (§. vlt. Inſtit. de legit. agnat. tut.) *Ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere poteſt, naturalia vero non vtique.*

7 Eſſe autem verbi *Factum* eam, quam diximus, ſignificationem, vt naturalem rationem et aequitatem deſignet, praeter Modeſtinum etiam in L. 27. §. 2. ff. de pact. PAVLVS commonſtrat: *In ſtipulationibus*, inquit, *ius continetur, in pactis FACTVM verſatur.* Hoc non aliud ſignificat, niſi in pactis ius gentium praeualere, eaque ob aequitatem a praetore ſeruari, licet iure ciuili infirma habeantur. Similiter in L. 41. ff. de pecul. VLPIANVS: *Nec ſeruus*, inquit, *quid debere poteſt ſed cum eo verbo abutimur, FACTVM potius demonſtramus, quam ad IVS CIVILE referimus.* Videsne factum et ius ciuile ſibi hic eodem modo opponi, quo iuri ciuili naturale opponitur. Tandem in Lege 48. §. 1. ff. de adquir. rer. domin. PAVLVM audiamus, qui *vſucapionem ad IVS, fructuum perceptionem ad FACTVM* pertinere aſſerit, quaſi dicat: in fructuum perceptione ius Quiritarium, quod in vſucapionibus obtinet, exulare et ad ſolam aequitatem reſpici.

Nunc

Nunc pauca de illo dupondiis noto actionum genere, quae in Factum 8 dari dicuntur. Actiones in factum si quaeras, quales sint? ita definio: *quae non ex iure ciuili, sed ob solam aequitatem dantur*, adeoque hae in factum actiones non ideo sic dicuntur, quod factum certis verbis praescribebatur, sed quoniam dabantur ex gentium et naturali iure. Certe si actionem in factum nomines, fere idem est, quam si dicas actiones ex aequitate, quae ex *solo* iure naturali veniunt. Factum enim apud iureconsultos naturalem rationem denotat, quemadmodum in facto consistere et iure gentium censeri vnum idemque sunt. Has in factum actiones ex sua iurisdictione praetor introduxit, §. *12. Instit. de act.* quem aequitati maximopere studuisse et ad naturalem rationem edicta sua potius, quam ad ciuilem, composuisse nouimus. *L. 7. ff. de iust. et iur.* Quoties autem ciuilis actio nulla prostat, ex naturali aequitate h. e. in factum agendum est. Sic vbi subtilis ratio actionem doli ciuilem non permittit, actio a praetore doli in factum datur h. e. ex naturali ratione, *L. 1 C. de iure dot. L. 5. C. de dol. mal.* de qua doli in Factum actione peculiariter *Obs. DCXIII.* dicemus et generatim omnes actiones vtiles, quas idem praetor introduxit, dicuntur actiones in Factum, *§. vlt. Instit. de L. Aquil.* interdum etiam actiones ex re. Nam factum non raro ponitur pro eo, *quod fit ipsa re*, quia re et facto aliquid fieri, propemodum idem est. Sic *re* h. e. naturaliter et ipso facto obligatio soluitur per solutionem, *L. 80. ff. de solut.* re mora fieri dicitur et ex re mora esse, si dies solutionis praeterierit. *L. 32. ff. de vsur. L. 6. ff. de minor. L. 26. §. 1. ff. de fideicommissar. libert.* Ideo nempe ex re, quia res et natura et factum idem putantur. Itaque quoties non ex scriptis legibus et iure ciuili, sed ex ipsa Re siue naturali ratione venit actio, eam Actionem in Factum dixere.

OBSERVATIO DXXXVIII.

Debitori communi creditor ius iurandum frustra defert.

Cum tam cedenti quam cessionario iusiurandum deferre liceat (*Obseru. CXII.*) atque si haec iuramentum debitori deferendi potestas tollatur, tempus incidere possit, vt veritas plane haberi nequeat, magna causa adesse videtur, quam propter debitorem communem non plane personam alienam existimare debeamus. Attamen, cum e contrario variae incom- 2 moditates enascantur, si hoc concesserimus, atque multa in concursu creditorum a reliquo iure aberrare et peccare interdum regulam videamus, praeterea

terea verendum ſit, ne vxor obaerati aut etiam alius creditor per colluſionem hoc ita inſtituat, ſique debitor communis ſe iurare nolle dicat, immodicum quantum caeteris creditoribus doloſe praeripiatur atque ob eandem cauſam, nec ipſe nec eius vxor teſtis eſſe poſſit in concurſu, collegium noſtrum menſe Ianuario 1771 irritam pronunciauit iurisiurandi delationem, et debitorem tanquam extraneum conſiderauit, qui non litiget, ſed extra proceſſum viuat.

3 Exceptionem addimus: niſi debitor curatorem litis non habeat, ſed ipſe ſuum patrimonium defendat, wenn er, vt germanice dicitur, den Concurs ſelbſten vertrit, tunc enim, ſi fraudis nulla ſuſpicio, creditoribus iurisiurandi deferendi facultas non denegatur.

OBSERVATIO DXXXIX.

Si obaeratus poſt affixas edictales aut etiam poſtquam bonis ceſſit, aut ei bonis interdictum eſt, aliquid alienauit, non opus eſt Pauliana, ſed per actionem Nullitatis reuocari poteſt, ſiue titulo lucratiuo ſiue oneroſo alter acceperit. Neque tunc refert, vtrum emtor fraudis conſcius fuerit, vel inſcius. Contra inſcium tamen intra annum haec Nullitatis actio inſtitui debet, ſi mobilia reuocentur.

Actione Pauliana tunc ſaltem opus eſt, ſi obaeratus ANTE ceſſionem bonorum aliquid alienauerit.

Pauli actio inſtituitur contra bona fide poſſidentem intra annum, contra fraudis conſcium autem atque eum, qui titulo lucratiuo accepit, eſt perpetua.

Is annus a quo tempore ſit computandus?

Debitor incipit in Abfal der Nahrung zu gerathen *et propinquat concurſus creditorum, iam ab eo tempore, quo quis plus debuit, quam habuit.*

In hoc ſtatu donationem ab eo accipere non licet, ſuum recipere licet.

Paulia-

Pauliana nomine quidem realis actio dicitur, effectu autem magis fere personalis est.

Etiam imminente concursu, immo etiam tunc, quum de mediis satisfaciendi tractatur, aut si vnum alterumue arrestum bonis debitoris impositum, aut si praecepta de ei non soluendo exierint, debitorem vni creditori in praeiudicium reliquorum recte soluere, nostra *Obseruatio CCCCXXVII.* demonstrauit. Etiamsi enim ALIENATIONES lucratiuae imminente concursu sint irritae, tamen creditoribus in solutum accipere et suum consequi licet. *L. 1. §. 78. L. 10. §. 16. L. 24. ff. quae in fraudem credit.* Neque huic obstat Edictum contra Decoctores *d. a. 1766. §. XII.* quia ibi duo menses tantum propter decoctoris poenam commemorantur, atque illi malam fidem debitoris produnt, nullam autem praesumtionem de creditoris fraude faciunt, nec aduersatur *Decisio Sax. Nouissima XXVI. de anno 1746.* quoniam in hac tantummodo de renunciatione hereditatum et remissione agitur. Multum autem interest, vtrum donatum quis, an debitum recipiat? Nam aliud est lucrari, aliud suum consequi, (*Obs. DXXII.*) nec eum, qui debita soluit, ALIENARE quisquam dixerit. Nos vero in praesenti de creditoribus agimus, non donatariis. Itaque obaeratus vni creditori, etiam in praeiudicium reliquorum, recte soluit, vsque dum ei bonis a magistratu interdictum sit, aut postquam ipse bonis cesserit. Sane in locis vbi arresta vigent, satis superque cognitum est, valere arrestum vel vno die ante cessionem bonorum impetratum. Vnumquemque autem, vt diximus, suum etiam a valde obaerato iuste accipere pluribus apparebit ex rationibus decidendi, quas mense Iulio 1774 in sequenti causa dedimus. *Schubartus* quidam, vt aliquot annis post eius mortem demum apparebat, valde obaeratus (nam cum viueret, etiam diues putabatur) reliquerat viduam et matrem. Vidua, rerum domesticarum fortasse peritior quam heres mater, illata repetebat, quibus expungendis cum pecunia parata non sufficeret defuncti mater, se pro herede gerens, cum ea paciscitur, vt annulos aliaque vasa gemmis ornata loco illatorum acciperet. Puto hoc pactum firmissimum, vtpote initum cum herede mariti, ab omnibus pro tali agnita et se pro tali gerente. Tandem autem haec putatiua heres, nempe mater, intellecta aeris alieni mole, abstinet a filii hereditate, quod facere vix poterat, (*Obs. CCCLXXVI.*) cum spatium deliberandi annuum iam dudum praeteriisset. Sed, nescio quo fato, quia fortasse amicos mater potentes et

aulam fauentem habebat, extra iuris ordinem rescriptum principis mirabile impetrat, vt in defuncti Schubarti, non in matris heredis bona concursus processus aperiatur et Edictales affigantur. Constituitur ergo Curator bonorum. Is longo interuallo post edictales et sententia locationis iam perlata, actionem aduersus viduam mouet, vt annulos et vasa aurea in solutum accepta, restitueret. Pactum enim cum putatiua herede, matre, initum esse inualidum. Nos curatoris bonorum petitionem reiecimus his verbis:

Dieweil Johan Friedrich Schubart, als er bereits vor langer Zeit, nehmlich den 26sten Merz des 1765sten Jahres verstorben, damals seine Mutter, als natürliche Erbin, nach sich gelassen, welche auch seines Vermögens als Erbin sich unterzogen, Beklagte aber, als dessen hinterlassene Witbe, gegen gedachte ihre Schwiegermutter, daß sie nach ihrem Eingebrachten greifen, und auf dessen Abschlag einige Ringe und andere Kleinodien stat baaren Geldes annehmen wolle, sich erkläret, welches die natürliche Erbin zufrieden gewesen, und ihrer Schwiegertochter auch sothane Sachen verabfolgen lassen; unterdessen aber sich zugetragen, daß, da des verstorbenen Schubarts Mutter die Gläubiger nicht befriediget, vielmehr selbige den 1sten Merz 1757 sich von ihres Sohnes Erbschaft losgesaget, und zwey Jahre darauf, Kraft eines gnädigsten Befehls, ein unvermutheter Concurs den 16 Jun. 1759, also fast viertehalbes Jahr nach Schubarts Tode, über seine Güther eröfnet worden, und nunmehro allererst im Jahre 1773 sein Curator bonorum, daß Beklagte die auf Abschlag ihres Eingebrachten von der Schwiegermutter ihr bereits verabfolgten Sachen wieder zur Concursmasse herausgeben solle, Klage erhoben, welcher aber nicht allein die gemeine Sächsische Verjährung, wo nach Ablauf eines Jahres die Besizer eines beweglichen Guthes in Sicherheit gestellet werden, sondern auch die bey der Paulianischen Klage gesezte und ebenermasen abgelaufene Frist entgegen stehet, wo wider Klagenden Curatori Bonorum die Einsezung in den vorigen Stand, um deswillen nicht zu statten kommen kan, weil die Verlezung sich nicht Anfangsund zu der Zeit, da Beklagte die Sachen an sich genommen, sondern erst nachhero geäusert (*Obs. CCLXIV.*) wie denn auch, da der Concurs solche angenommene Sachen ihr an dem im Locationsurthel ihr zuerkanten Eingebrachten kürzen kan, sich überhaupt und ganz und gar keine zur Wiedereinsezung in vorigen Stand erforderliche Verlezung hervorthut; Und ferner zur Sache wenig beyträgt, daß bereits bey Schubarts Ableben, nach dem vom klagenden Curatore Bonorum gebrauchten Ausdruke, der

der Concurs schon geglimmet habe, allermasen nichts destoweniger binnen der Zeit, da die Edictalien ergehen, oder eine Cessio bonorum erfolget, die Wachsamkeit eines Gläubigers dieses zur Belohnung träget, daß er seine, bey solcher annoch guten Zeit, erhaltene Gelder nicht zum Concurse ausliefern darf *L. 6. §. 7. L. 10. §. 16. L. 24. D. quae in fraud. creditor.* allermasen, wenn schon bey einem bevorstehenden Creditwesen keine Freygebigkeiten und Geschenke gültig sind, gleichwohl den Gläubigern das ihrige einzutreiben und anzunehmen allerdings vergönnet, *L. 1. §. 78. D. quae in fraud. creditor.* da, wenn nicht bey Zeiten sich vorzusehen einem Gläubiger erlaubt seyn solte, an den Orten, wo Arreste üblich, durch Anlegung derselben kein besseres Recht erlanget werden könte, weil, wo dergleichen Verkümmerungen vorfallen, ebenermasen der Concurs schon anglimmend ist, also Beklagter um so viel weniger zu verübeln, wenn sie die von ihrer Schwiegermutter ihr anstat des Einbringens überlassene Sachen so fort zu sich genommen (*Obs. CCXCV.*) Endlich die Frage, ob die Mutter von ihres Sohnes angetretenen Erbschaft sich lossagen können? Beklagter nichts angehet, sintemalen die Verabsäumung desjenigen, so in dem gnädigsten wider die Banqueroutirer 1766 ergangenen Befehle §. 16. verordnet, daß die Erben sich binnen acht Wochen erklären sollen, ob sie die Erbschaft antreten wollen, allenfals der Mutter, nicht aber Beklagter zur Last fallen würde. So ist 2c.

Siquis autem, non vt in proposito exemplo quod sibi debeatur, receperit, sed alios contractus cum bonis interdicto, qui ab obaerato (*Obs. CCXCV.*) distinguendus est, celebrauerit, tunc ACTIONEM NVLLITATIS ab actione Pauliana hac ratione distingue:

Si debitor communis non solum post affixas edictales, verum etiam postquam bonis cessit aut ei bonis a magistratu interdictum est, aliquid ALIENAVIT, non opus est Pauliana, sed per actionem Nullitatis reuocari potest, siue titulo lucratiuo, siue oneroso quis acceperit; nec refert, vtrum sit fraudis conscius aut inscius? 5

Distinguendam puto actionem Nullitatis a Pauliana ob eam causam, quia quod post cessionem bonorum a debitore suscipitur, ipso iure nullum est, vt ope auxilioue praetoris ne quidem opus sit. Quid enim 6

restitu-

restitutio quaeso aliud est, nisi negotii stricto iure validi a praetore facta dissolutio? Vnde qui ipso iure tutus est, restitutione non opus habet. *L. fin. C. de praetor. pignor. L. 16. §. 1. ff. de minor. L. 1. C. de rescind. vendit. L. 5. C. de legibus.* SYMMACHVS *Epist. IX, 87.* HAHN *ad Wesenbeccium tit. quae in fraud. cred. Num. 6.*

7 Si autem, nondum moto concursu, a debitore ad inopiam vergente non suum quis receperit, sed reuera debitor alteri quid DONAVERIT vel remiserit, quaeritur quando dici possit concursum imminuisse, aut quo tempore, vt Teutonica immisceam, er in Abfal seiner Nahrung gerathen sey? Puto autem reuocari posse omnia, quae debitor ab eo tempore, creditores defraudandi animo alienauit, ab eo, inquam, tempore, quo plus debuit, quam habuit. (*Obs. CCXC.*) Nam eo iam tempore coepit in Abfal der Nahrung zu gerathen. Tunc suspenso quidem pede et gradu lento venit, attamen venit, paupertas et concursui creditorum iam via sternitur. Multa tamen hic arbitrio iudicis relicta esse, verba in *Decis. XXVI. d. a. 1746.* obuenientia docent: **und nach Befinden sodann auf die Ungültigkeit erkant werden sol.**

Non displicebit vt opinor Responsum, non collegii, sed meo nomine, cuidam disertissimo causarum patrono datum: Obwohl klagender Curator bonorum nicht innerhalb eines Jahres das streitige Guth in die Concurs Masse zurükgefordert, auch satsam erhellet, daß Beklagter solches
8 bereits am 13 Dec. 1769 mithin noch eher als die Edictalien (von welchen der eigentliche Anfang eines Concurses allerdings zu rechnen) angeschlagen worden, verkaufet; woraus Beklagter, daß zu solcher Zeit der gemeine Schuldner noch die freye Verwaltung seines Vermögens gehabt habe, zu folgern suchet; sintemalen, wenn gleich die Obrigkeit bereits am 3ten Jenner 1796 jenem alle Veräuserung seines Vermögens, es bestehe worinnen es nur immer wolle, untersaget, doch hieraus noch nicht zu schliesen sey, daß zu solcher Zeit mit ihm niemand mehr contrahiren mögen, immasen wenn auch der Schuldner diesem Verbothe entgegen gehandelt, hieraus weiter nichts, als nur so viel fließe: daß er, der Schuldner, dieses seines Ungehorsams halber allenfals bestraft werden könne, keinesweges aber, daß der mit Beklagten getroffene Contract nul und nichtig sey, in mehrer Erwegung daß Beklagten von einem solchen gerichtlichen Verbothe nichts bekant gewesen, weil allererst durch Aushängung der Edictalien eines Schuldners schlechte Vermögens Umstände zu allermänniglicher Wissenschaft

senschaft gereichen, vorher aber und da Ignorantia Facti niemanden schadet, es keine Obliegenheit zu seyn scheinet, sich um die Umstände desjenigen, mit dem man handelt, zu bekümmern; und daher einigermasen Beklagtens Vorgeben wahrscheinlich wird, wenn er anführet, als wenn die Rechte den öffentlichen Anschlag der Edictalien eben darum verordnet hätten, daß, allererstlich von nun an, niemand weiter mit dem Schuldner contrahiren möge, wie denn auch ein bloses Credit Wesen von einem förmlichen Concurse zu unterscheiden sey, (Rhapf. Obf CCXCV.) und allerdings etwas bedenklich fallen wil, daß ein Mensch gleich von dem ersten Augenblike an, in welchem er mehr schuldig wird, als er im Vermögen hat, nichts mehr veräusern dürfe, immasen auf solche Art des Streitens kein Ende werden, und vielfältige von langen Jahren her getroffene Contracte über den Haufen fallen würden; also freylich bey nach und nach entstehenden Schulden ein gewisser Anfang seyn, und ein Zeitpunct festgestellet werden muß, in welchem jemand auser Stand gesezet wird, sein Vermö-
gen weiter zu verwalten, wie denn auch eine in der Stille, oder auch öffent- 9
lich vorgefallene gütliche Vernehmung mit den Gläubigern, hin und wieder von der Obrigkeit erlassene Praecepta de non soluendo, oder auch einige von verschiedenen Personen Schulden halber angestelte einzelne Klagen noch kein Credit Wesen, geschweige denn einen förmlichen Concurs, bewirken.

Dennoch aber und dieweil gegenwärtige Klage noch innerhalb 10
der zur Wiedereinsezung in vorigen Stand nachgelassenen vierjährigen Frist erhoben worden, und klagender Curator bonorum sothaner rechtlichen Wohlthat sich zu erfreuen hat, überhaupt aber, wenn nicht von der Paulianischen Klage, sondern, wie bey jezigem Vorfalle, von der Nichtigkeit einer beschehenen Veräuserung die Rede ist, der Verlauf eines Jahres, welches nur bey Prätorischen Hülfsmitteln zu beobachten, keine Verjährung bewirket, wohl aber auf die Zeit, in welcher dem Schuldner von der Obrigkeit die Verwaltung seines Vermögens untersaget worden, oder er selbst dasselbe denen Gläubigern abgetreten, zu sehen, sintemalen nach erfolgter Cessione bonorum, oder nach dem gerichtlichen Verbothe, niemand mit einem gemeinen Schuldner weiter sicher contrahiren kan, sondern, wer von ihm etwas kaufet, dasselbe von einer Person bekommet, die
des Eigenthums daran sich begeben und andern, nehmlich seinen sämtlichen 11
Gläubigern, bereits abgetreten hat, und da ein gerichtlicher Entsaz der

Verwaltung eigenthümlicher Güther, zumal unter Einwohnern eines Ortes, gar bald bekant zu werden pfleget, eine weitere öffentliche Warnung nicht von Nöthen, wie denn die Edictalien nicht sowohl deswegen, daß weiter niemand mit dem Schuldner handeln solle, sondern um alle und jede Gläubiger zur Erscheinung und Ansaz ihrer Foderung zu berufen, ausgehänget werden; aus welchen allen folget, daß derjenige, so etwas von einem, der seine Güther sämtlichen Gläubigern bereits abgetreten, erhan-
12 delt und es wieder hergeben muß, sich nicht mehr zu beschweren Ursache habe, als ein jeder anderer, der etwas von einem, der nicht Eigenthümer gewesen, erkaufet; weil es eines jeglichen Käufers Schuldigkeit ist, sich um die Beschaffenheit derjenigen Person zu bekümmern, mit welcher er sich eingelassen; wie denn auch das Guth, welches jemand von dem Schuldner zu der Zeit erhandelt, da bereits selbigem die Verwaltung des Vermögens untersagt gewesen, unentgeltlich,

L. 7. et 8. ff. quae in fraud. creditor.

13 wieder herausgegeben und zur Masse gebracht werden muß, wobey jedoch dem Käufer sothanen Kaufschilling bey dem Concurse zu liquidiren frey verbleibet; Dahingegen, was die an wahre Gläubiger bezahlten Schulden anlanget, es damit ganz andere Beschaffenheit hat, indem zwar ebenermasen diejenigen Gläubiger, so nach bereits erfolgter Cessione bonorum vom gemeinen Schuldner unrechtmäsiger Weise befriediget worden, solche wieder in die Concurs Masse einliefern müssen: hingegen, wer vorher zu dem seinigen gelanget, ganz sicher ist,

L. 6. §. 6. et 7. L. 10. §. 16. L. 24. ff. quae in fraud. credit.

weil die Rechte dergleichen wachsame Vorsicht niemanden verüblen: solchemnach aber derjenige, welcher für seine Sicherheit in Zeiten gesorget, das vom gemeinen Schuldner ihm entrichtete Geld behält, gesezt, daß er sogar, wie es mit seinem diesem Schuldner nicht zum Besten stehe, gewust hätte. So ist ꝛc.

14 Quod fructus restituendos attinet, inter actionem Nullitatis et Paulianam nihil interesse puto, sed respiciendum esse, vtrum quis bonae fidei possessor aut fraudis conscius fuerit? Malae fidei possessor etiam percipiendos, bonae fidei possessor autem, cum pro emto, aut alio iusto titulo rem teneat, a tempore litis motae perceptos, restituit. *L. 10. §. 20. ff. quae in fraud.*

fraud. credit. Vnde pronunciauimus: Obwohl klagender Curator bonorum, daß Beklagter nicht in die erhobenen Nuzungen von der Zeit an, da er von dem gemeinen Schuldner das Guth erkaufet, verurtheilet worden, sich beschweren dürfte. **Dennoch aber und dieweil** Beklagter, als ein treulicher Besizer, welcher von der Bevortheilung derer übrigen Gläubiger anfangs keine Wissenschaft gehabt, die mitlerweile gefallenen Nuzungen rechtmäsig gewonnen, allermasen er erst von Zeit der erhobenen Klage in einen Misglauben versezet worden. So ist ꝛc. Licet vero, quod hosce 15
fructus vsurasue attinet, ex *Lege 25. §. 4. ff. quae in fraud. credit.* aliud exsculpi possit, facile tamen, si quis integrum hunc Pandectarum titulum perlegerit, intelliget, iurisconsultos in eo mirifice inter se et a se ipsis dissentire, quia praxis actionis Paulianae alia fuit eo tempore, quo Paulus edictum publicasset, alia, quo imperatores rescriptis iura constituerent, alia nostris temporibus. Vnde in actione Pauliana singularia quaedam obueniunt, 16
quae, ne semel coeptae tractationi quid deesse videatur, tacere nolumus. Ecce

Si quis non Nullitatis, de qua supra diximus, sed Paulianam actionem instituat, opus est, vt probetur 1) ALIENANTEM suscepisse alienationem creditores defraudandi animo. Nisi enim hoc probatum fuerit, actio Pauliana ne quidem aduersus donatarium locum habebit. *L. 1. pr. ff. quae in fraud. credit.* Deinde 2) fraudis conscium fuisse oportet eum, qui titulo ONEROSO adquisiuit *L. 10. §. 2. ff. quae in fraud. credit.* nempe si de actione Pauliana, non de actione Nullitatis, vtpote quae etiam contra fraudis inscium locum habet, quaestio sit. Qui autem titulo LVCRATIVO rem consecutus est, etiamsi bona fide rem acceperit, actione Pauliana recte conuenitur *L. 6. §. 11. ff. quae in fraud. credit.* Item requiritur 3) debitorem iam esse a creditoribus excussum. Ante motum Concursum enim actio Pauliana institui nequit. BOEHMER *de Action. Sect. 2. cap. 2. §. 27.* Deinde 4) et hoc singulare, vt etiam contra tertium possessorem detur, neque tamen aliter, nisi etiam hic fuerit fraudis conscius. Licet enim Pauliana realibus actionibus annumeretur, *§. 6. Instit. de act.* tamen, quia tantum datur aduersus possessores fraudis conscios, *L. 10. §. 2. ff. quae in fraud. credit.* propius ad naturam personalium accedit, quam realium. 5) Hoc certissimum, hanc actionem tertio, qui creditor non sit, nihil proficere.

Caeterum annus, quo actioni Paulianae praescribi diximus, computa- 17
tur non a tempore factae a debitore alienationis, sed eo, quo bona sub ha-

ſta publice vendita. *L. 6. §. vlt L. 10. §. 18. ff. quae in fraud. credit.* In his legibus bonorum venditio accipitur pro publica ſubhaſtatione, vt clariſſime intelligitur ex THEOPHIL. *Inſt. tit. de ſucceſſ. ſublat. quae fieb. per bonor. vendit.* Nam priusquam debitor non excuſſus eſt, ſcire nequeunt creditores, an circumuenti ſint. LAVTERBACH *Colleg. Pract. lib. 42. tit. 8. §. 16.* Immo repellitur petitor, ſi hanc actionem inſtituat, bonis debitoris nondum excuſſis.

18 Poſt annum etiam datur, ſed in id tantum, quantum ad aliquem peruenit, *L. 10. §. 24. ff. quae in fraud. credit.* hoc eſt, quantum quis locupletior factus eſt. Ex quo pragmatici recte colligunt, titulo lucratiuo accepta triginta annis reuocari poſſe. CARPZ. *P. 2. Conſtit. 3. defin. 20. num. 4. et Reſponſ. 83. num. 19.* STRYCK *Vſ. Modern. §. 4. Tit. quae in fraud.* Huius rei ratio patet pluribus ex inferiori noſtra Obſeruatione DCXIII.

OBSERVATIO DXL.

Furtum coniugum aut etiam cognatorum et affinium Domeſticum durius, quam carceris poena, non coercetur in viro et vxore aut iis perſonis, quae inceſtum iuris gentium committere dicuntur.

In caeteris cognatis ad quartum vsque gradum incluſiue non vltra relegationem proceditur.

Immo quaſi cognatio v. c. conſobrinorum poenam mitigat.

Iudex in furtum domeſticum ex officio inquirens, damnatur in expenſas.

1 In furto a proxime coniunctis v. c. filio, vxore, parentibus, aliisque proxime coniunctis commiſſo, hoc ſingulare obuenit, vt non ſolum leuior poena obtineat, ſed et iudex ex officio et ſua ſponte inquirere non debeat, niſi pater vel maritus aut reliqui proximiores cognati vltionem petierint et denuntiauerint, vt verba conſtitutionis criminali *art. 165.* innuunt: Doch ſol die Obrigkeit oder Richter in dieſen Fällen von Amtswegen nicht klagen noch ſtrafen. Vnde quoties ignari iudices ex officio procedunt, collegium Lipſienſe pronunciare ſolet: Daß wider N. W. N. weiter nichts vorzunehmen, immaſen auch derſelbe mit Abſtattung einiger Unkoſten, als welche Gerichts wegen zu übertragen, billig verſchonet wird.

Quinam

Quinam autem proximi cognati ſint, et quem vsque ad gradum poenae mitigatio locum habeat? quaeſitum fuit.

In Saxonia *Conſtitutio Elect. Inedita 6.* quartum gradum incluſiue computationis ciuilis conſtituit, quod etiam, ob CARPZOVII *in Prax. Crim. Quaeſt. 82.* autoritatem, extra Saxoniae fines ita inualuit. Fateor quidem, id ex Conſtitutionis Criminalis articulo 165. elici non poſſe, vtpote qui ad nullum plane gradum reſpicit, tantummodo haec ſanciens: So einer etwas heimlich nimt von Güthern, da er ſonſt ein Nechſter Erbe iſt, oder da ſich dergleichen zwiſchen Man und Weib begebe. Ex quo quis recte collegerit, ne fratrem quidem ab ordinaria poena aliter liberari, niſi tunc, ſi furtum paſſo nec filii nec parentes ſint. Nam ad proximam ſuccedendi ſpem Carolina Sanctio vnice reſpexit. Sed quoniam rapienda occaſio eſt, quae benignius reſponſum praebet, probo introductam nunc etiam extra Saxoniam conſuetudinem, mitius coercendos eſſe in quarto gradu cognatos, quoniam familiae, adeoque ipſi furtum paſſo, infamia quodammodo irrogatur, ſi quis ex cognatis laqueo aut virgis publice puniatur. Vnde, ineptiſſimum licet videatur, hanc mitigationem poenae ad affines vsque, qui nunquam ſuccedere multoque minus proximi heredes videri poſſunt, ampliari; tamen ignominia cum eadem ad furtum paſſum reddundet, ſi affinis proximior virgis expellatur, mitiorem ſententiam eiusdem CARPZOVII, qui etiam affines comprehendit, non reiicio.

(margin numbers: 2 beside "In Saxonia…" line; 3 beside "dendi ſpem…" line)

Iam ipſam poenam quod attinet, in liberis, parentibus et coniugibus, etiam furto magno perpetrato, vltra carceris poenam non proceditur. Reliqui autem, qui extra hos intra quartum gradum incluſiue continentur, regulariter quidem, furto magno commiſſo, fuſtigari debebant. Sed cum fuſtigatio non multo minorem familiae maculam adſpergat, quam laqueus, et Conſtitutio Elect. Ined. 6. ſapienter verbum willführlich adiecerit, ne ad Fuſtigationem quidem, quae ſuprema poena eſt, hodie adſcendimus, niſi malitia inſuper alia, eaque magna, delictum aggrauet. Vnde, ſi furtum magnum a conſanguineis atque affinibus intra quartum gradum commiſſum fuerit, in relegatione perpetua aut poena huic pari plerumque ſubſiſtimus, etiamſi tempeſtiue confeſſi non fuerint. In minori furto autem, etiam in his remotioribus, attamen quarto gradu incluſiue coniunctis tantum carceris poenam dictare ſolemus, etiamſi remiſſio nulla aut reſtitutio ſequatur.

5 Hunc in modum praefecto Dessauiensi nuper respondimus atque etiam ampliauimus eo vsque, vt etiam inter furtum passi vxorem et furis maritum quaedam *Quasi Affinitas* fingeretur. Verba Responsi: Und wenn schon Kaiser Carl des Fünften peinliche Halsgerichts Ordnung im 165sten Artikel nur von den Dieben handelt, so des bestohlnen nächste Erben sind, doch durch einen langen Gebrauch in Teutschland eingeführet, daß, weil durch alzu schimpfliche Strafen der ganzen Familie ein Schandflek angehangen wird, bey nahen und in dem vierten Grade verwanten Bluts Freunden und Schwägern eine gelindere Ahndung stat findet, weil sonst der Bestohlne, durch die Schmach seines Anverwanten, gleichsam in ein neues Unglück fallen würde; auch die gegenwärtige Sache dadurch nicht sonderlich verändert wird, daß nur des Judens Jeremien Lipmans, welcher den Diebstahl erlitten, Eheweib Beyergen, nicht aber er selbst mit der Inquisitin Ehemanne, Simon Isaaken, Geschwister Kinder sind, solchemnach aber zwischen dem Bestohlnen und Inquisitin im eigentlichen Verstande Rechtens weder Schwägerschaft noch andere Freundschaft ist, sintemalen, da Eheleute meist in einer gewissen Gemeinschaft der Güther stehen, so oft es zu Milderung der Strafe gereichen kan, hier Man und Weib für eine Person zu achten, also genug ist, daß wenigstens im gemeinen Leben dieselben unter denen Freunden mit unter laufen. So ist rc. Vide supra Obs. CCXL.

6 Licet autem seueriores quidam furtum, quod frater fratri, aut patruo quis vel auunculo fecit, aut quod inter consobrinos accidit, fustigatione puniri iubeant, tamen rarius eo deuenitur, quia virgarum coercitio in Constitutione Inedita tantum explicatiue posita et omne fere iudicis arbitrio relictum est. Id enim verba constitutionis innuunt: wilkührlich mit Staupenschlägen und dergleichen, vnde, nisi graues adsint causae poenam asperandi, plerumque in personis vsque ad quartum gradum non supremum poenae gradum, sed perpetuam relegationem, aut poenam huic parem decernimus, et sic odiosa restringimus, quemadmodum ipse, si non in hac re, tamen in alia, CARPZOVIUS fecit, qui, etsi palam quartum gradum Exclusiue Constitutio Electoralis Inedita loquatur, tamen in locis superius laudatis quartum gradum Inclusiue substituere ausus.

7 In locis, vbi fustigatio abragata, vltra octo septimanarum carceres furtum domesticum non puniendum, licet sit magnum, immo maximum. In minutis furtis cognatorum etiam paucorum dierum carceres suffecerint.

OBSER-

OBSERVATIO DXLI.

Quid ſit: commendare corpus?

In L. 14. §. 4. ff. de relig. ita ſcriptum: *Idemque ſi ad corpus cuſtodiendum vel etiam commendandum factum ſit.* Corpus commendare, quidnam ſit? in ambiguo pendet. Qui ad verum proxime collineant, hoc commendare corpus, non eſſe illud perhibent, quam, id in certum locum deferre, vsque dum iuſtum funus fiat. Alios hoc verbum ad orationem funebrem referre videas, quod parum probabile, quia in parentatione non corpus, ſed homo, cuius corpus fuit, laudatur et commendatur, CVIACIVS tandem in Obſeruationibus mauult *communda̅ndum* legere. Nam commundare et vngere pollinctorum munus fuiſſe. Neſcio autem, quare aliquid innouare aut litteram expungere opus ſit, cum commendare idem plane videatur, quod deponere, vnde mihi corpus commendare, nihil aliud eſt, quam, ſepelire ſeu inferre. Eſt enim verborum ſuorum optimus interpres ipſe VLPIANVS, qui *in L. 186. ff. de verbor. ſignif.* quid ſibi velit, ſatis explicat, quando dicit: *Commendare nihil aliud eſt, quam Deponere,* quo ſenſu et LACTANTIVS vtitur in carmine de Phoenice, verſu 93. I

> *Tunc inter varios animam* COMMENDAT *odores,*
> DEPOSITI *tanti nec timet illa fidem.*

Animam commendat, hoc eſt, deponit. In ſepulchralibus monumentis nonne quam ſaepiſſime obuenit: DEPOSITVM HIC. Cum itaque commendare, vt idem ille VLPIANVS ait, ſit deponere, facile intelligitur: commendare corpus non aliud videri, quam inferre ſepulchro, quod proprie dicebatur, *deponere.* Quam verbi poteſtatem, cum non caperent PHAEDRI interpretes in ſequenti fabula:

> *Calumniator ab oue quum peteret canis,*
> *Quem* COMMENDASSE *panem ſe contenderet,*
> *Lupus citatus teſtis: non vnum modo*
> *Deberi dixit, verum affirmauit decem.*
> *Ouis, damnata falſo teſtimonio,*
> *Quod non debebat, ſoluit,*

verbum commendaſſe in *commodaſſe* perperam conuerterunt, vt ipſe BVRMANNVS fecit, cum tamen non commodati, ſed depoſiti contractum

PHAE-

PHAEDRVS innuat. Abſurdiſſima emendatio! Quomodo enim poſſim alicui panem commodare, rem fungibilem?

OBSERVATIO DXLII.

Parentes, patroni, magiſtratus, domini iurisdictionales ius iurandum deferentes de calumnia non iurant.

1 Exiſtimarunt quidam, iuramentum calumniae, quod patronis, parentibus, feodalibus dominis, et generatim omnibus, quibus reuerentia debetur, in *L. 16. ff. de iureiur. L. 7. §. 3. ff. de obſeq. parent. L. 34. §. 4. ff. de iureiur. II. F. 33.* remiſſum eſt, de iuramento malitiae generali accipi, quod in Saxonia exulat, adeo parentes, ſi ius iurandum deferant, de calumnia iurare oportere. Hoc falſum. Sequor enim in ea cauſa auctoritatem CARPZOVII *Part. 1. conſtit. 12. deſin. 24.* et STRVVII *Syntagm. Iur. Feud. cap. XI. aphor. 3. num. 5. pag. 406.* Caeterum hoc priuilegium non ſolum attenditur, ſi quis ad id prouocet, verum etiam ex officio.

OBSERVATIO DXLIII.

Confirmatio contractus non inuoluit conſenſum, nec alienandi decretum.

1 Si in feodo oppignorando alius ſit feodi, alius iurisdictionis dominus, etſi ſolius domini conſenſus neceſſarius ſit, tamen non inutile, ſi inſuper iurisdictionalis domini conſenſus impetretur, quod etiam in Ordinatione Proceſſus Veteri *tit. 46. §. 5.* diſſerte his verbis praeſcriptum eſt: Würde ſichs auch zutragen, daß in bonis emphyteuticis oder cenſiticis der dominus directus nicht zugleich Gerichtsherr wäre, ſondern ein anderer die Jurisdiction über den fundum emphyteuticum oder cenſiticum hätte, ſol zu Erlangung einer beſtändigen gerichtlichen Hypothek, und damit ſich der dominus iurisdictionis hernach der Hülfe deſtoweniger zu verweigern, des Lehn- und Gerichtsherrns Conſens zugleich und coniunctim erhoben werden. Conſenſus nimirum qui ad dominium directum refertur, a domino feodali, Confirmatio, quae ad iurisdictionem refertur, a magiſtratu interponitur.

Quid

Quid autem, ſi ipſe magiſtratus ſimul ſit feodi dominus, et conſenſum 2 non expreſſe quidem impertitus fuerit, attamen contractum confirmauerit? Saepius id obuenire ſolet, cum in plerisque Germaniae prouinciis regiminis collegia et curiae feodales fere coaluerint. Quaeritur ergo, ſi factam feodi venditionem aut oppignorationem Regiminis collegium confirmauerit, an per hanc confirmationem ius reale adquiratur? Hoc negamus, quia nuda confirmatio nihil amplius operatur, quam vt ex priuato emtionis venditionis contractu publicum faciat. *O. P. R. ad tit. 46. §. 2. et 3.* Nempe cum plus auctoritatis inſit iudiciali, quam priuato contractui, ſolent quidem maioris fidei et melioris memoriae cauſa iudiciales regiſtraturae praeoptari, ſiquidem actis facta inſinuatio diffeſſionem iuratam amouet et efficit, vt inſtrumentum absque recognitione probet, caeterum autem rei geſtae nec quicquam addit nec demit, ſed fit ſaluo cuiusuis, adeoque etiam domini directi, iure. *(Obſ. CCLXXXV. num. 5.)* Vnde etiamſi confirmationi verba inſerta fuerint: **Daß der Kaufcontract ſowohl aus Landesherlicher als Lehnsherlicher** 3 **Macht hierdurch beſtätiget werde,** tamen emtor nihil amplius, quam ius ad rem, nempe iuſtum titulum, qui a modo adquirendi multum diſtat, conſequitur. Confirmatio neminem efficit vaſallum enim. Vnde in Ordinatione Proceſſus Recognita ad *tit. 46. §. 3.* diſſerte ſcriptum eſt: **Daß die bloſe Confirmation, wenn gleich dieſelbe auf alle Puncte und Clauſeln gerichtet, für keinen Conſens zu halten.** Huic textui non obſtat alter in *O. P. R. ad tit. 42. §. 7.* **Rükſtändige Kaufgelder, weswegen der Verkäufer ſich das Eigenthum oder Hypothek an dem verkauften Guthe gerichtlich vorbehalten, und bey Erbgüthern ſolches bey der Confirmation mit anmerken, und in die Conſens Bücher mit eintragen laſſen ꝛc.** Non haec, inquam, obſtant, potius poſtrema legis verba noſtram opinionem confirmant, vt intelligitur *ex Mand. d. d. 6. Iunii 1772.*

Si tamen confirmationi pignoraticii contractus, a regiminis collegio 4 impetratae, verbum *Conſenſus* admixtum obueniat, atque eam non Secretarius regiminis ſed Secretarius curiae feodalis ſubſcripſerit, apud nos in electorali Saxonia pro conſenſu potius, quam nuda confirmatione, putatur, et ius reale creditori hypothecario adquiritur, id autem ex ſola Obſeruantia in Saxonicis Curiis vſitata, quae non ſatis rei, de qua agitur, conuenit. HORNIVS *Iurisprud. Feud. cap. 19. §. 4. et ad eum* HANACCIVS *pag. 84.* Ad firmandam noſtram inter confirmationem iudicialem et dominicalem conſenſum vtimur auctoritate BERGERI *Elect. Diſcept. For. ad tit. 46. Obſeru-*

seru. 4. pag. 1605. et in *Supplem. Part. 2. pag. 965.* GRIEBNERI *Discours* über die Proces Ordnung *tit. 46. §. 3. pag. 626.* Adde Obseruationem DLXXVIII.

5 Magistratus venditionem fundorum pupillarium confirmans non ideo simul decretum alienandi dedisse putatur, nisi confirmationi id expresse fuerit additum, cum, quae ad solennitatem pertinent, praesumi non debeant, aut ex coniecturis deriuari. CARPZ. *Lib. 5. Respons. 68. num. 19. seq.* Nam in confirmatione iudex non ius constituit, sed tantum fidem conciliat et quasi tabellionis munere fungitur. Quid quod, si feodo pupillari vendito princeps inuestiuerit emtorem, magis tamen tanquam dominus directus hoc ita instituisse, quam praetorem tutelarem se gessisse, videtur. *Vide omnino Obseruationem CCLXXXV.*

OBSERVATIO DXLIV.

Matrimonium coactum nec cohabitatione diuturna nec liberorum genitura conualescit.

Metus perdurat. adeoque delinquenti, si ab initio terror iniectus fuerit, fere tota inquisitio denuo inchoanda.

1 Cum, qui coactus vult, nolle potius videatur, quam velle, huiusmodi formidolosa affirmatio verum assensum non efficit, sed plena debet securitate frui is, cuius animi sensus indagantur, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit; et sequatur exitus, qui ex inuitis nuptiis tristissimus solet prouenire, *cap. 14. X. de sponsal.* Etenim, vt MARTIALIS ait,

Res est imperiosa timor,

2 Metus autem pro conditione metuentis varius et in foeminis tanto magis considerandus, cum etiam viris non raro subtrahat vires. Vincit inprimis caeteros affectus duratione, siquidem iamdudum cessante timoris causa, effectus perdurat et membra, etiam agnita spectri vanitate, tremorem continuant, vnde in criminali iudicio, qui sub equuleo confessus est, vix post triduum videtur menti restitutus et a timore liberatus.

En mea cymba semel vasta percussa procella,
Illum, quo laesa est, horret adire locum.

Neque

Neque enim reformidare desinimus, quod antea mentem concussit, 3
inprimis si viuat tyrannus pater, aut mater imperiosa metuatur, cum qua conuersari, eamque varias ob causas vereri necesse sit, vt ne liberatione quidem a patria potestate ingenitus ille timor minuatur, cum ciuiles potius emancipatio, quam naturales effectus, habere videatur. Ergo fere *nunquam conualescit*, quod metus ab initio nullum fecerat, adeo, vt ne *benedictio* sacerdotalis quidem tale insanabile vitium nec passus concubitus, vtut externa specie voluntarius, reparare possit.

Plenae de ea re BOEHMERI *de matrimonio coacto* et STRYKII *de* 4
nullitate matrimonii dissertationes, inprimis vero CAROLI GOTTLIEB KNORRII, Halensis Ordinarii, Rechtliche Abhandlungen und Gutachten, *Num. XXVII. pag. 265.* in quibus exemplum prostat nuptiarum pro nullis a consistorio declaratarum, quae dolo metuque extortae erant, vtut per lustrum coniuges cohabitassent et liberos tres procreassent superstites; ne vetustius exemplum commemorem descriptum in TRAVTMANNI *Actis curiosis in puncto nullitatis matrimonii*, welches obgleich die Getraueten 12 Jahre im Ehestande gelebet, und ein Kind mit einander erzeuget, dennoch, ob *defectum liberi consensus, pro nullo declariret* worden. Hic libri titulus.

Nos similem sententiam Facultatis Iuridicae Lipsiensis adiiciamus an- 5
no 1771 mense Aprili perlatam, in lite coram consistorio Frankenhusano agitata: Daß Klägerin Suchen nicht stat hat, sie könte und wolte denn in Sächsischer Frist den Grund ihres Vorgebens dergestalt: daß sie in die Heyrath niemals gewilliget, sondern von ihrer Mutter durch Schläge oder andern harten Zwang und heftige Drohungen gezwungen worden, auch daß nach volzogener Trauung die Furcht annoch fortgedauret, und sie auf solche Art diesen Zwang zu erdulten sich gemüsiget gesehen, Beklagten den Gegenbeweis, auch beyden Theilen die Gewissens Rührung, und andere rechtliche Nothdurft vorbehältlich, wie Recht erweisen, dessen genösse sie billig.

Corroborata haec sententia rationibus, quas adiecimus, copiosioribus:

Obwohl die alte in denen geistlichen Gerichten beybehaltene Ausle- 6
gung, noch zur Zeit die vernünftige Meynung, daß eine jegliche dem Endzweke der Ehe straks entgegen laufende Ursache die Scheidung erlaube, nicht Plaz greifen lässet, folglich da der Gerichtsbrauch und das Herkom-

men nicht ganz auser Augen zu sezen, alles dasjenige, so Klägerin von ihrem unabänderlichen Widerwillen und unversönlichen Hasse, (bey welchem allemal, ob er nicht mit der Zeit, welche vieles lindert, gehoben werden möchte, ungewiß verbleibet) sowohl von des Ehemannes üblen Lebensart anführet, weiter nichts, als daß die bereits angeordnete Sonderung vom Tische und Bette noch auf einige Jahre verlängert werden könne, zu bewirken scheinet, auch satsam bekant, daß nicht eine jede Beredung oder Zwang der Ehe hinderlich sey, immasen blose Ehrfurcht in keine Erwegung komt, besonders aber, da Beklagte bey ihrem Ehemanne 8 Monate ausgehalten, und nunmehro allererst einen bey der Verlöbniß vorgefallenen harten Zwang und Furcht vorschüzet, daß sie damit nicht zu hören sey, dafür gehalten werden möchte.

7 **Dennoch aber und dieweil**, wenn eine rechtmäsige Furcht einmal das Gemüthe überwältiget, solche auch vielmals noch lange Zeit fortdauret, da man jezuweilen sich, mit Beybehaltung des völligen Widerwillens, demjenigen, was entweder gar nicht, oder (welches der Unmöglichkeit gleich zu achten) schwerlich zu ändern stehet, unterwerfen muß, und dann solcher Ursache halber aus dem erfolgten Beyschlafe nicht allemal auf eine völlige Genehmigung zu schliesen, sintemalen Beyspiele vorhanden, daß eine durch List oder Zwang gestiftete Heyrath als nichtig angesehen worden, obgleich dieselbe 12 Jahre gestanden, und drey Kinder erzeugt gewesen, folglich es darauf, was eigentlich Klägerin in dem vorgeschriebenen Beweise diesfals darthun dürfte, lediglich ankommen wird, welcher ihr um so viel weniger zu versagen, je mehr ihr Vorgeben wegen dessen, so ihre eigene Mutter selbst in denen Acten gewisser masen einräumt, wahrscheinlich wird. So ist ꝛc.

8 Multo magis in criminalibus prospiciat iudex, ne Accusatus iniusto metu concutiatur, quem commentariensis saepe et lictor non solum, sed quod multo turpius, ipse interdum magistratus miseris incutiunt. Quod si euenerit, fere tota inquisitio denuo inchoanda, vt ex pronunciata sententia, quam integram adscribimus, clarius apparebit.

9 Daß dem Amtsfrohne Schulzen sein unverantwortliches Verfahren, daß er Inquisiten Michael Raben, da solcher bereits in der Haft gewesen, und im geringsten nicht widerspenstig sich bezeiget, oder zur Wehre gesezet, durch harte Worte das Bekentnis einer begangenen Uebelthat durch Gewalt, indem er ihn auf die Brust gestoßen, abzunöthigen gesuchet, nachdrüklich

drüklich und unter dem besondern Bedeuten, daß, wo er dergleichen sich jemals wiederum zu Schulden kommen lassen werde, er, auser einer nachdrüklichen Ahndung seines Dienstes sofort entsezet werden solle, alles Ernstes zu verweisen; hierauf Inquisit mit gütlichen Worten, ohne die geringste Erwähnung einer Strafe oder Peinlichkeit, ob ihm jemand, daß er Feuer angeleget zu haben, bekennen solle, unter einiger Vorspiegelung, daß solchen Fals mit ihm gelinder verfahren werden solle, angerathen, oder auch zu dergleichen Bekentnisse durch Bedrohungen, Schlagen, oder Stoßen gezwungen, und wie man mit ihm umgegangen? umständlich zu befragen, anbey daß gedachter Inquisit, wenn er anjezo die Wahrheit bekennen werde, er von denen Gerichtsfrohnen und übrigen Amtsdienern keine harte Begegnungen weiter befürchten, sondern, im Fal ihm dergleichen wiederführe, dessen unfehlbare Abstellung und gewissen Schuzes gewarten solle, und zwar in der Gerichtsbedienten Gegenwart zu versichern. Hernach aber ihm zwar eines Theiles die Pflicht gegen sich selbst, das zeitliche Leben, so wie es ohne Verlezung seines Gewissens geschehen kan, durch Bekentnis solcher Dinge, die er keinesweges verübet, nicht in Gefahr zu sezen, und dasjenige, so zu seiner Entschuldigung gereichen könte, aus einer nunmehro unnöthigen Furcht nicht zu verschweigen, andern Theils aber auch seine Schuldigkeit, die Wahrheit zu reden, ernstlich zu Gemüthe zu führen, sodann ihm der 93. 97. 119 und 121ste Inquisitional-Artikel sowohl seine darauf gethane Antworten langsam und deutlich vorzulesen, auch bey einem jeden Artikel insonderheit, ob er dabey beharren wolle? zu befragen, und wie dieses geschehen, genau zu denen Acten zu verzeichnen, und hiernächst bei diesem sowohl, als allen künftigen Fällen, die Registraturen dergestalt: daß daraus, wie die unterschriebenen Gerichtspersonen auch wirklich bey der Vernehmung gegenwärtig gewesen, erhelle, zu fertigen. Würde nun Inquisit mit einer abermaligen Vertheidigung zugelassen, und sodann die Acten in ein ander Dicasterium hiesiger Lande versendet, so ergehet Inquisitens Bestrafung halber, oder sonst ferner, was Recht ist.

Zweifels- und Entscheidungs-Gründe.

Obwohl dafür gehalten werden möchte, daß, wenn auch nach Inhalte 10
dessen, so auf dem 76. Bl. zu denen Acten verzeichnet, der Amtsfrohn Schulze Inquisiten, da dieser schon in des Richters Stube verhaftet sich befunden, blos deswegen, weil er in der mit Inquisiten daselbst angestelten Aus-

forschung nicht auf einerley Rede geblieben, gescholten, und dabey mit der geballeten Faust auf die Brust gestoßen, wodurch der Bauer Ehrenfried Flehmig veranlasset worden, zu Inquisiten zu sprechen: Er solle nur die reine Wahrheit heraus sagen, die Gerichtsdiener liesen ihn nicht eher los, sondern würden ihn herum curiren, bis er die Wahrheit sagete, endlich noch die Worte hinzu gefüget: Du bist ein loser Junge, was ist mit dir zu machen? Wenn dich der Amtman losspricht, dürften dir die Gerichtsfröhne nichts mehr thun; hierdurch aber Inquisit, in der Hofnung einer gelindern Strafe, und denen üblen Begegnungen der Gerichtsbedienten zu entgehen, ein nicht verübtes Verbrechen einzugestehen, veranlasset worden seyn solle, gleichwohl diese eingejagte Furcht nunmehro um deswillen in keine Erwägung komme, weil Inquisit hernach bey der gerichtlichen, sowohl summarischen als articulirten, Vernehmung sothanes Feuer-Anlegen gestanden, und so oft er darüber vernommen worden, diesfals auf einerley Rede geblieben sey, folglich die Furcht, so ihn vorher befangen, aufgehöret haben müsse, also dem gleich Anfangs vorgefallenen Fehler der Gerichtsdiener satsam wieder abgeholfen sey, dafür gehalten werden, bey so bewanten Umständen aber gegenwärtiges Interlocut vergeblich scheinen dürfte.

11 **Dennoch aber und dieweil** die Furcht eine nicht so leicht vorübergehende Leidenschaft, sondern dergestalt beschaffen ist, daß, wenn durch solche das Gemüthe einmal niedergeschlagen und erschüttert, sie nichts destoweniger fortdauret und hängen bleibet, zumal bey einem Gefangenen, und ganz besonders bey gegenwärtigen Inquisiten, als welcher denen Mishandlungen der Gerichtsdiener, deren einer ihm, nach vorgegangener Bedrohung mit der geballeten Faust, weil er nicht bekennen wollen, vor die Brust geschlagen, noch beständig unterworfen, da er mit diesen allein Umgang haben und beständig unter ihnen leben, folglich so wie Bequemlichkeiten, also auch harte Behandlungen von ihnen gewärtig seyn muß, ohne daß ihn iemand, Muth zu fassen, ermuntern könne, wannenhero der Obrigkeit oblieget, der Unbescheidenheit dieser Leute Einhalt zu thun, als welchen nicht geziemet, in das richterliche Amt einzugreifen und eine Untersuchung der Wahrheit auf eine ihnen eigene Art anzustellen, vielweniger zu diesem Endzweke Gewalthätigkeiten auszuüben, sintemalen die Gefängnisse nicht, um die Angeschuldigten darinnen zu peinigen, sondern blos zu enthalten und zu verwahren angeleget sind, vielmehr die Bemühung der Obrigkeit,

zumal

zumal in einer Sache, wo das Leben eines Menschen Gefahr läuft, alle Bedenklichkeiten zu heben, viel größer seyn muß als das Bestreben, zu des angeschuldigten Verdamnisse, die Wahrheit heraus zu bringen, übrigens die in Zweifels Gründen angezogenen Drohungen allerdings von der Beschaffenheit sind, daß sie sogar einen erwachsenen Man, geschweige denn einen Menschen von 17 Jahren, der noch dazu vom Hunger entkräftet gewesen, auser der Verfassung zu sezen wohl vermocht, auch des Bauren Flehmigs listige Beredungen, die nach Gelegenheit wohl zudringlicher gewesen seyn mögen, als er sie selbsten angiebet, mit der Rechtschaffenheit, (welche nicht verstattet, eine Verheißung, daß die That ungestraft bleiben solle, so der Versprechende nicht halten kan, oder wohl gar in der Absicht, damit eben dadurch der Betrogene in die Strafe gestürzet werden möge) schlechterdings nicht bestehen kan. (Obs. CCCLXXXVI.)

OBSERVATIO DXLV.

Residuum emti feodi pretium, licet pro debito reali haberi nequeat, tamen successor feodalis solus soluit, absque vlla excussione allodii, sed tantummodo ex fructibus.

Nihil tamen hoc pertinet ad creditorem, siue feodi venditorem, utpote qui, cum emtorem personaliter obligatum haberet, actionem venditi aduersus omnes emtoris heredes, adeoque etiam allodiales recte instituit. Poterit tamen, si ipsi ita videatur, etiam possessorem feodi conuenire.

Coorto concursu venditor feodi, hypotheca non reseruata, nihilominus in extrema chirographariorum classe collocatur.

Quam ad comparandum feodum pecuniam quis mutuatus est a tertio, non allodialis sed feodalis heres solus expungit, nec tantum, vt videri poterat, in subsidium, sed principaliter.

Primus adquirens et quilibet eius successor pro vna eademque persona habentur.

Quae-

1 Quaedam feodalia debita defuncti heres feodalis soluit tantum in subsidium, vt alimenta et dotem filiarum *O. P. tit. 45. §. 13.* quae proinde debita feodi *subsidiaria* appellantur; alia principaliter et solus absque vlla allodii excussione, vt dotem et dotalitium. *Constit. Elect. 25. P. 2. in fin.* et hypothecas, quod quidem genus, idque praestantissimum, ipsum feodum afficit realiter, *Ordin. Proc. Recognit. Tit. XL. §. 1. et 3.* Tertium aeris alieni genus successorem quidem, vt is personali actione conuentus, haec debita solus et principaliter expungat, obligat, atque omnes eius descendentes, neque tamen tertium possessorem, aut a maioribus designatos simultanee inuestitos, deficiente quippe reali actione; in quorum numerum refero impensas in funus vasalli factas si heredem non habeat, SIEGEL *Princ. Iur. Feud. cap. 10. §. 26.* Quarta denique diuisio haec est, vt alia ex feodi substantia soluantur debita, alia ex fructibus feodi. Nempe omnia subsidiaria debita solum ex fructibus. *Videatur omnino Obseruatio superior CCXIII.*

2 His probe intellectis videamus, quisnam et quomodo soluere debeat aes alienum comparando feodo contractum, aut quod huic quodammodo simile est, residuum emti feodi pretium, si hypotheca nulla fuerit reseruata. Quod paratam pecuniam ab emtore ad emendum clientelare beneficium impensam attinet, scilicet, si quis magnam opum vim et fere totum patrimonium emendo feodo impenderit, atque omnes, quos paratos habebat, nummos, ex arca effuderit, tummodo filiae in legitima laesae non fuerint, de diminutis facultatibus hae frustra conqueruntur, sed filius vel simultanee inuestitus hoc clientelare praedium sororibus, aliisque allodialibus successoribus praeripit, illarumque damno locupletatur. Quid autem, si venditori nondum omne pretium soluerit, sed magna eius pars residua sit? Anne hoc nomen sorores aut alii allodiales heredes expungent, an successor feodalis? Videri poterat eandem rei faciem esse. Nam, vt modo diximus, si paratos, quos in arca habebat, nummos primus adquirens effuderit, nihil successor feodalis allodiali heredi restituit, sed simultanee investitus praedium sibi capiet; incuriosus vnde venerit et quibusnam nummis emtum sit? sed CONSTITVTIO ELECTORALIS *46. P. 2.* *Si quis,* inquit, *coëmendis bonis feodalibus pecuniam mutuatus sit, nec tamen ipsemet eam vel totam vel pro parte creditori reddiderit, post vasalli mortem, aes alienu comparando feodo expensum expungent ii, ad quos bona illa successionis iure*

iure perueniunt. Hoc tamen ita intellige, creditoris quidem nihil intereſſe quomodo heredes inter ſe obligentur, ſed ipſum creditorem, cum defunctum feodi emtorem perſonaliter obligatum teneret, actionem venditi aduerſus omnes heredes, adeoque etiam Allodiales, recte inſtituere; his vero deinde regreſſum patere, aduerſus feodi poſſeſſorem. Ergo ſi Conſtitutionem hanc *Electoralem* heredes Allodiales vrgeant, petitor haec inter heredes ſtabilita *iura*, ad ſe non pertinere, recte replicabit. Licet tamen creditori etiam, ſi velit, ſolum poſſeſſorem conuenire, ac ſi is exceptionem plurium heredum opponat, reſpondere: ſe horum negotia gerere atque ſuum aſſertum hac Electorali Conſtitutione firmare.

Neque tamen ex feodo ſucceſſor reſiduam pretii ſummam ſoluet, ſed ex fructibus. Torgauiſches Ausſchreiben *Cod. Aug. Tom. 1. pag. 150.* Deinde venditor non actione debitum reali, ſed mere perſonali, nempe actione venditi petet, quam quaſi in ſucceſſorem feodalem ſcriptam dicere poſſis, quia debitum feodale verum non eſt. Alia enim onera ſunt ipſius feodi, alia feodatarii, vt BALDVS dicere ſolebat. Interea tamen ſolus ſoluet, nec exceptione beneficii ordinis vtetur, ſed, ſiue hereditas allodialis ſuffecerit, ſiue minus, integrum debitum ſimultanee inueſtitus expunget, absque vlla excuſſione allodii. CARPZ. *P. 2. Conſt. 46. defin. 27.* 3

Si autem emtor feodi bonis ceſſerit, nihilominus venditor in extrema claſſe chirographariorum collocandus erit, propterea, quod hypothecam ſibi non reſeruauit, ſiue, ſi hoc fortaſſe verbum diſpliceat, *conſenſum* domini et agnatorum non impetrauerit. Multum itaque intereſt, vtrum venditor cum emtoris ſucceſſore, an vero cum tertio nempe alia creditore contendat? Hic tertius, quia in ignorantia facti verſatur, neminem agnoſcit ſe potiorem, niſi quem fides publica et conſenſus domini potiorem declarauerit. Vnde enim ſcire potuit, pretium integrum nondum fuiſſe venditori ſolutum? *argum. Deciſ. Elect. 67.* vbi ſimile exemplum et obuenientia verba notabis: von Nuzungen in Concurſen diesfals keine Priorität zu gönnen —— auf die Alienation des Lehns zu klagen nicht befugt. 4

Incidit huic ſimilis, menſe Februario 1772 in collegio Iureconſultorum valde diſceptata quaeſtio. Nempe paterno teſtamento minori filio feodum legatum erat ea lege, vt ſororibus certam pecuniam ex eo ſolueret. Nondum ſoluta hac, fatis defungebatur vaſallus ſine prole maſcula, eiusque frater maior vi ſimultanee inueſtiturae ſuccedebat. Quaerebatur 5

 ergo:

ergo: Vtrum hic successor feodalis sororibus soluere teneretur, quod defuncto fratri natu minori ex testamento paterno incumbebat? Non dixerim id omne melius, quam ipsius Collegii verbis:

6 Hat L. B. J. Besizer eines im Churfürstenthume Sachsen gelegenen Man Lehnguthes zwene Söhne, nebst dreyen Töchtern, hinterlassen, und in seinem Testamente verordnet: Daß sein jüngster Sohn das Ritterguth, nebst Inventario, für 23000 Thaler annehmen, und von nurgedachter Summe jeglichen Geschwister 4600 Thaler auszahlen solle, jedoch, daß der beyden ledigen Töchter Antheil so lange, bis sich selbige verheyrathen, oder sonst es gebrauchen, von dem jüngsten Sohne als Besizern des Guthes mit 4 für Hundert verzinset werden, und bis dahin stehen bleiben solle, worauf nach dieses Vaters erfolgtem Tode sämtliche Kinder solchen lezten Willen in allen anerkant, insonderheit die beyden ledigen Töchter mit Einwilligung ihrer Vormünder sich dahin erkläret; daß sie, in Ansehung derer in dem väterlichen lezten Willen ihnen ausgesezten Antheile, ihrem jüngsten Bruder, dem Ritterguths Besizer auf ein Jahr der Bezahlung halber Nachsicht ertheilen, und wenn sie solche sodann brauchen solten, die Aufkündigung ein halbes Jahr vorher bewerkstelligen wolten, welches jener also acceptiret, sodann das Guth in Lehn, und daran seinen ältesten Bruder Ludewigen zur gesamten Hand angenommen, worauf dieser jüngere Sohn und Besizer des Guths in ledigen Stande, noch ehe er seinen Schwestern ihre Erbtheile abgetragen, verstorben; bey welchen Umständen:

> Ob der nunmehrige Lehnfolger Ludewig, die im väterlichen Testamente jeder seiner Schwestern ausgesezten, aber von dem jüngsten Bruder als vormaligen Besizer des Ritterguthes, noch nicht bezahlten Antheile derer 4600 Thaler abzuführen schuldig?

zu wissen begehret wird.

7 Ob nun wohl dem väterlichen Testamente die codicillarische Clausel nicht beygefügt, auch daß überhaupt dem jezigen Lehnfolger Ludewigen, sothaner lezte Wille, (als welcher durch den Erbvergleich seinen Ausgang und Endschaft erhalten,) nichts weiter angehe, da er sein jeziges Recht lediglich der, nach der Theilung erst neuerlich erhaltenen, Mitbelehnschaft zu verdanken habe, dafür gehalten werden möchte; allermasen gegenwärtig

tig nicht von des Vaters, sondern des jüngsten Bruders, Nachlaße die Re- 8
de ist, auch von denen Schwestern, daß in diesem neuen Lehne, welches, da es nur vom Vater, nicht aber vom Grosvater herrühret, für kein Stamguth zu achten,

Constit. Elect. 12. P. 2.

der erstere Erwerber mehrere Macht und Gewalt, als in einem altväter- 9
lichen, wo prouidentia maiorum die Seitenverwanten von Bezahlung der Schulden befreyet, gehabt habe, um deswillen nicht angezogen werden kan, weil in dem Torgauischen Ausschreiben

Cod. Aug. Tom. 1. pag. 150. §. **Und dieses alles**

die Gesamthändere bey neuen Lehnen mit ausdrüklichen Worten denen Mitbelehnten in einem alten Stamlehne, was die Bezahlung der Schulden anbetrift, volkommen gleich gesezet worden, folglich daß der jezige Lehnfolger Ludewig seiner Schwester Erbtheil um so weniger auszahlen dürfe, weil eine Novation vor sich gegangen, und selbige nach des Vaters Tode sich mit dem jüngern Bruder, Eingangs gedachter Masen, verglichen hätten, hierdurch aber diese testamentarische Obliegenheit in eine blos persönliche Schuld verwandelt worden sey, es das Ansehen gewinnet; und dann ferner der jezige Guthsbesizer Ludewig für sich anführen dürfte, daß wenn sein jüngster Bruder eignes Vermögen gehabt, also das baare Geld aus seinen Kasten genommen, und damit seine Schwester befriediget, hierdurch aber sein eignes Vermögen geschwächt hätte, leztere, daß sie auf solche Weise ein sehr weniges erbten, nicht hätten klagen dürfen, sondern ein solches sich schlechterdings hätten gefallen lassen müssen; und der Grund des Unterschiedes, daß gleichwohl jezt nicht auf solche Art gesprochen worden, sehr schwer zu entwikeln, wannenhero, daß nach der sonst in der Rechts Gelahrheit gar gewöhnlichen Art, mittelst einer Fiction, auf den vorgedachten Fal die gegenwärtige Frage zu reduciren sey, es das Ansehen gewinnet, da ein für allemal Mitbelehnte die Schulden des vorigen Besizers, in welche sie nicht gewilliget, auf keine Weise bezahlen dürfen; wie denn auch die 46 **Churfürstliche Constitution im andern Theile**, welche, daß unbezahlte Kaufgelder bey einem neuen Guthe vom Lehnfolger abgetragen werden sollen, bekanter masen festgestellet, ein gar sonderliches und von der gemeinen Regel sehr abweichendes Gesez scheinet, so sich auf das, was in einem Testamente angeordnet, nicht gar füglich anwenden lasse,

immasen die einer jeden Schwester zu bezahlenden 4600 Thaler keine Kaufgelder sind, und selbst bey dieser churfürstlichen Constitution annoch gestritten werden dürfte, ob sie nicht dergestalt anzunehmen sey, daß der darinnen erwehnte Rükstand des Kaufschillinges nur zur Nothhülfe und in so weit das allodial Vermögen des verstorbenen Vorfahrens nicht zureichend, aus dem Guthe bezahlet werden solle; also abzuwarten stehe, was der jüngere Bruder sonst an Erbe hinterlassen werde, als welches zuförderst zu Befriedigung der Schwestern angewendet werden müsse: da bekant ist, daß persönliche Obliegenheiten, womit der Verstorbene einem Gläubiger verhaft, nur auf die Universal, nicht aber auf die Singular Successoren übergehen, weil der Lehnfolger das Guth ohne Beschwerde überkommen muß,

CHRISTOPH. HEINR. DE BERGER. *Decis. Summi Prouocat. Senat. p. 545.*

13 über welches alles noch die Regel in Erwegung zu ziehen seyn dürfte, daß jederzeit man eher etwas für eine Erbschuld, als für eine Lehnschuld, anzunehmen habe.

14 Dennoch aber und dieweil blos aus dem Grunde Vettern und Mitbelehnte keine Schulden bezahlen dürfen, weil sie nicht sowohl dem lezten Besizer, als vielmehr dem ersten Erwerber, und ex prouidentia maiorum succediren, folglich, wenn selbst der erste Erwerber, mit welchem alle und jede Lehnfolger allemal für eine Person zu halten, etwas in Ansehung des Lehns anbefohlen, sie dasselbe eben so gut, als sonst ein anderer Erbe, zu halten verbunden, und sich die Sache fast eben so, als wie bey einer dem Lehne auferlegten Servitut verhält, immasen solche der Mitbelehnte nicht anerkennet, wenn der unmittelbare vorhergehende Besizer solche dem Guthe aufgebürdet, wohl aber, wenn der erste Erwerber damit das Guth belästiget hätte, sintemal die Seitenverwanden zwar nicht dasjenige, so der Prouidentiae maiorum entgegen, wohl aber dasjenige, so dieser Providenz gemäß ist, verbindet, wie denn der jezige Vasal Ludewig die Mitbelehnschaft nicht suchen konte, wenn er nicht seines Vaters Erbe worden wäre, also in so weit das väterliche Testament noch immer auch auf ihn gewisser masen einen Einflus hat; und wie sein verstorbener jüngster Bruder das Lehn anders nicht, als mit der Beschwerde jeder seiner ledigen Schwester 4600 Thaler abzuentrichten, überkommen, sich die auferlegte und übernommene

nommene Summe gar wohl nach Art und Eigenschaft der unbezahlten Kaufgelder betrachten lässet, wie denn sogar in dem Falle, wenn der verstorbene jüngere Bruder, um seine Schwestern zu befriedigen, Geld aufgenommen hätte, der jezige Besizer Ludewig, nach Masgebung der 46sten Churfürstlichen Constitution im andern Theile, solches ohne Zuthun der übrigen Allodial Erben an die Gläubiger abtragen müste,

HORN *Iurisprud. Feud. Cap. 21. §. 6.* CARPZOV. *Lib. 4. Resp. 66. nom. 10.*

Also um so viel eher bey gegenwärtigen Falle, da das Ritterguth wirklich mit dieser Schuld annoch behaftet, ein gleiches zu behaupten, wie denn sogar Beyspiele vorhanden, daß, 16

HANACCIVS *ad* HORNIVM *Cap. 21. §. 6.*

wenn der verstorbene Besizer diejenigen Kaufgelder, die zu der Zeit, als die Mitbelehnten zur gesamten Hand gelangeten, noch nicht bezahlet waren, aus seinen eigenen Mitteln abentrichtet hätte, dessen Landerben negotiorum gestorum actione von dem Lehnfolger diese Auslage wieder gefodert und damit gehöret worden, weil man dieses als eine Lehns Besserung angesehen; nicht zu gedenken, daß der jezige Besizer Ludewig, wenn er ohne diese Schulden das Guth überkommen solte, solches, in so weit es beschuldet, sine causa besizen, folglich rem et pretium zugleich nuzen würde, welches die Rechte nicht gestatten, übrigens der ledigen Schwester Erbtheil sich auch als ihre Mitgift betrachten lässet, welche unter die Lehn- 17 schulden gar ausdrüklich gezählet wird, wie denn auch daß die 46ste Constitution etwas ganz Neues und Besonderes eingeführet habe, so schlechterdings nicht gesagt werden mag, da schon vor Churfürst Augustus Zeiten, wie aus den sogenannten Consultationibus Constitutionum Saxonicarum zu ersehen, albereits Baldus und andre Rechtsgelehrte eben dieses, der Billigkeit nach, aus folgenden Gründen behauptet: quoniam aes alienum impensum fuit ad feodum adquirendum, atque hoc ipso successoribus feodalibus occasio data fuit succedendi in hoc beneficium alienis nummis emtum, quod absque tali credito non contigisset, vnde videri potest, negotium pro successoribus feodalibus vtiliter gestum fuisse, si quidem creditores cum futuris successoribus non quidem vere, attamen quasi contraxere, und wenn schon, da die ausdrükliche Einwilligung des Lehnherrens

18 ermangelt, (als welche schlechterdings, wenn eine dingliche Klage stat finden sol, erforderlich, wie aus der Erläuterten Proces Ordnung

ad Tit. 42. §. 7.

zu ersehen, welche durch das neuerliche Geseze, so die stilschweigenden Hypotheken wieder hergestellet, in Erwägung, daß an Lehnen keine stilschweigende Pfandgerechtigkeit stat findet,

HORN *Iurisprud. Feud. Cap.* 21. §. 3.

keinesweges aufgehoben, da sogar selbst einige wenige in der Proces Ordnung Tit. 45. §. 10. sonderbar begünstigte Schulden zwar wegen der in der 46sten Churfürstlichen Constitution des andern Theils vorkommenden Worte: **Aus dem Lehne vergnüget, und die Landerben damit verschonet werden,** nicht etwa nur zur Nothhülfe, sondern schlechterdings und ohne Beytrag der Allodial-Erben, abgetragen werden müssen, dem ohngeachtet aber kein dergleichen Recht ertheilen) der Schwester Forderung, selbst bey des jüngern Bruders Lebzeiten, keine förmliche und ei-
19 gentliche Lehnschuld war, so daß demselben weiter nichts, als ein blos persönlicher Anspruch wider ihren jüngern Bruder bey dessen Lebzeiten hätte zugestanden werden können, doch wider den Lehnfolger diesfals eine persönliche Klage, nehmlich Condictio ex lege, stat findet, unterdessen aber und bey dem allen der Lehnsfolger Ludewig solche Schuld denen Schwestern nicht aus dem Lehne selbst und dergestalt, daß solches zur Subhastation gebracht werden könne, sondern lediglich von denen Nuzungen abzu-
20 tragen schuldig,

Alte Proces Ordnung *Tit.* 45. §. 14. *ad finem*,
ibi: Es soll denen Mitbelehnten nicht zum Nachtheil gereichen.
argum. Decis. Elector. 67.

sintemalen, wenn das Torgauische Ausschreiben *in Cod. Aug. Tom.* 1. *p.* 151. *versu:* **Da aber**, sogar denen Söhnen, (welche sich doch ein weit mehreres, als die Mitbelehnten und Seitenverwanden gefallen lassen müssen) des Vaters Schulden nur von denen Früchten und Abnuzungen des Lehnguthes zu bezahlen nachgelassen, ein gleiches auch in gegenwärtigem Falle dem älteren Bruder Ludewigen, wenn ihm an langsamer Abtragung der Capitalien, jedoch auch zugleich derer dabey nicht zu entgehenden Verzugs Zinsen etwas gelegen, um so viel mehr zu statten kommen muß: *arg. Decis.*

Elect.

Elect. 67. Uebrigens die bey dem Erbvergleiche vorgegangne Gestundung, weil solche der Vater selbst in seinem lezten Willen gebilliget, für keine Novation zu achten, sintemalen bey denen Contracten

L. 8. pr. D. mandati.
L. 1. §. 13. D. deposit.

jedesmal auf den Ursprung zurük zu gehen, und das nachfolgende aus dem vorhergehenden zu erklären,

> So ist der Lehnsfolger Ludewig die im väterlichen Testamente jeder seiner Schwester ausgesezten Gelder, samt denen Verzugs Zinsen, alleine und ohne daß hierzu aus der Allodial Erbschaft etwas beygetragen werde, jedoch nur aus denen Lehns-Nuzungen, zu bezahlen schuldig.

Zum andern, und die andere Frage:

Hat in ofterwehnten Testamente C. V. J. dem nunmehro ebenfals verstorbenen jüngern Sohne nicht allein das Ritterguth, sondern zugleich nebst solchen, in einer unzertrenten Verbindung das Inventarium an Viehe, zum Umtriebe des Guthes und der Wirthschaft, dem gehörigen Hausrathe, auch Schiffe und Geschirre zugetheilt, bey welchen Umständen: 22

> Ob des jüngern nunmehro verstorbenen Bruders Allodial Erben wegen des Inuentarii an dessen Lehnfolger Ludewigen einigen Anspruch machen können?

rechtlicher Unterricht begehret wird.

Ob nun wohl nurgedachter jeziger Lehnbesizer Ludewig sich auf das väterliche Testament berufet, und daß es einem Widerspruche gleiche, anführen möchte, wenn man diesen lezten Willen zwar zu seinem Schaden, nicht aber zu seinem Vortheile, anziehen wolle; vielmehr da die Allodial Erben, wie bey Erörterung der vorigen Frage ausgeführet, aus sothanen väterlichen Testamente gewisser masen ihr Recht ableiten, sie auch solches in Ansehung dessen, so wegen Schiffes und Geschirres auch anderer zum Guthe selbst vom Vater einmal geschlagenen Stüken darinnen befohlen, anzuerkennen pflichtig wären; folglich wenn Ludewig nach sothanem lezten Willen die Schwestern bezahlen sol, selbige ihm auch dagegen das Inventarium lassen müsten, 23

Den-

24 Dennoch aber und dieweil Ludewig mit dem Inventario nicht beliehen, folglich seine lediglich aus der Mitbelehnschaft herrührende Lehnfolge bis auf solches sich nicht erstreket, mithin dasselbe zum Erbe gehörig, welches in gleiche Theile nach der Geschwister Anzahl, folglich dergestalt, daß auch Ludewig davon seinen fünften erhalte, einzutheilen, und die in Beantwortung voriger Frage dem jezigen Vasallen auferlegte Schuldigkeit denen Schwestern ihr Erbtheil auszuzahlen, nicht lediglich auf das Testament, sondern auf einen Quasi Contract und besondere Churfürstliche Constitutionen gegründet,

So ist das Inventarium ins Erbe zu rechnen, keines Weges aber Ludewigen allein zuständig.

OBSERVATIO DXLVI.

De Legibus Ridiculis.

1 Vt inter salebrosa et tristia iucundum quid interseramus, leges in hac Obseruatione proponam ridiculas. Hoc audito nemo existimet, me stulta interpretum effata in praesenti expositurum esse, quibus quidem enarrandis vix annus, nedum vna dies, sufficeret, vnde initio statim moneo, me non de stupidis doctorum responsis, sed de iure ioculari dicere instituisse et ineptis legibus, quarum nonnullae adeo quidem risum commouent, vt si praemeditatas comoedus in theatro pronunciaret, dubium non videatur, quin omnes caueae cachinnis tripudiaturae sint. Itaque facile intelligitis, orationem circa lites et quaestiones iuris ridiculas haud versaturam esse, quales *de lana caprina*, *de asini vmbra*, *de testamento Lazari bis mortui etc.* apud iure peritos tractantur:

2 Harum enim nullam, nisi, quoniam illa mihi nunc forte obuenit, vnicam *de ouo, quod alterius gallina incubauerat*, enarrabo. Species facti haec est: Ouum a Lucii gallina positum nescio, quis suae gallinae bona fide supposuerat, cum illud suum putaret. Ex hoc forte fortuna exclusum monstrum est admodum mirabile, sine alis, biceps, quatuor pedibus. Re comperta, probat Lucius, iure iurando delato, hunc pullum deformitate insignem ex suo ouo natum esse, eumque petit propterea, quod quicquid ex animalibus nostris nascitur, nostrum est. Re in iudicium deducta, praetor Lucio, vtpote ventris ouum parientis domino, monstrum adiudicat. Italici iuris

con-

conſulti, apud quos hanc controuerſiam legi expoſitam et diligenter excuſſam, iudicis ſententiam omnes laudant, extollunt, probant. me omnino diſſentiente. Nam, ſi quid video, pullus rectius ad dominum gallinae pertinebit illius, quae ouo incubauerat, eam ob cauſam, quod in doctrina *ſpecificationis* a Iuſtiniano tradita, ſi forma materiae data ad priſtinam figuram reduci nequeat, vt ſi quis ex alienis vuis vinum, ex alienis oliuis oleum expreſſerit, ſpecificans dominium conſequitur *). Nihil vero intereſſe puto, vtrum quis ipſe, an per ſuam gallinam ſpeciem materiae alienae induxerit, cum non ſolum per nosmet ipſos, verum etiam per animalia noſtra, per res noſtras, per ſeruos noſtros adquiramus **).

Aeque minus dicam de iureconſultis ridiculis aut dubiae ſanitatis. 3
Non de BRVTO, cuius Pomponius in Lege ſecunda Digeſtorum de origine iuris, et Ouidius his verbis meminit:

> BRVTVS *erat ſtulti ſapiens imitator, vt eſſet*
> *Tutus ab inſidiis, Priſce Superbe, tuis.*

Non de CASCELLIO, mirae libertatis et vrbanitatis iurisconſulto, qui conſulenti mercatori his verbis: Nauem cum ſocio diuidere volo: reſpondit, *perdes*, ***) et, cum, alio tempore aediles edixiſſent: ne quis in arenam, niſi pomum mitteret, is vero interrogaretur: an nux pinea pomum eſſet? *Si in Vatinium miſſurus es, pomum eſt*, reſcripſiſſe fertur; neque de morione illo Accurſiano, quem eo tempore, quo leges a graecis ciuitatibus Romanorum legati petebant, cum ſapiente Graeco manu digitisque diſputaſſe fabulantur; non de IAVOLENO, quem Plinius ****) iurisconſultum dubiae ſanitatis appellat; non de DOMITIO LABEONE, qui quaeſtionibus Domitianis †) nomen dedit; nec de ANTISTIO LABEONE, quem Horatius ††) inſanum vocauit. Haec adducta iurisconſultorum veterum exempla poterunt illa quidem facile me quaſi manu ducere ad recentiores quosdam, ex quibus, cum plures commemorare res periculoſa videa-

*) §. 25. Inſtit. de rer. diuiſ.
**) princ. Inſtitut per quas perſon. cuiq. adquir.
***) QVINCTILIAN. Inſtit. VI, 4.
****) PLINIVS lib. 6. epiſt. 15.
†) L. 27. ff. qui teſtam. fac. poſſ.
††) HORAT. lib. 1. Satyr. 3.

videatur, vnum nominasse satis erit, FRIDERICVM GEISLERVM, Lipsiensem Professorem, celebrem caeteroquin virum, qui, cum Augusto Benedicto Carpzouio in cathedra succederet, orationem suam his verbis orsus est: *Quemadmodum A B C D sequitur E F G, ita Augustum Benedictum Carpzouium Doctorem, sequor Ego Fridericus Geisler.* Sentio autem, extra oleas me iamiam raptum esse, et de stolidis ICtis plura dixisse, quam necessitas et proposita ratio postularet, quamobrem lingua ad suum munus reuocata, iam leges, quas promisimus, intempestiuis facetiis mirabiles et ridicule insanas recitabimus. Hoc enim solum, vt dixi, nobis propositum.

4 Neque singula legum verba, quae interdum risum excutiunt, me diu detinebunt, quae interdum, valde mirabilia. Sic obueniens in lege Salica *rabaure* pro rapere, et *Landaeua* pro iure prouinciali, nonne placet? Sed meliora in promptu habeo. Grauem Alamannorum lex poenam irrogat in eum, *qui barum aut foeminam mortauderit* *), et in Legibus Longobardorum **) *mala tractatio freae suae* pro maritalibus in vxorem saeuitiis elegantissime dicitur. Iam mihi nemo dicat, barbaros fuisse maiores nostros, qui antiquissimis etiam temporibus vxores suas *Freas*, i. e. dominas, dixere. Sed vt reliquam latinitatem persequar, in illa ad Legem Frisicam Sapientum Additione, seuerior in eum, qui alium aliamue *vnguibus cratauerit*, mulcta statuitur. Capitularia regum Francorum verbum *nubere* quatuor locis in sensu obscoeno, *forbannitum* pro proscripto et in exilium misso, *cauculatores* pro praestigiatoribus ponunt, ac aliis locis praecipiunt, ne clerici habeant *cuplas canum* et ne *armaturam baiulent*, deinde etiam *cloccas ne baptizent* ***). Cloccae autem nolae maiores sunt, quas Campanas vocamus. Hoc verbum, qui sibi sapere videbatur, grammaticus latinitatis veteris satis bene doctus, mediae vero imperitus, cum non intelligeret, in mendo positum putauit, et emendaturus, pro: clocas nemo baptizet, *cloacas nemo baptizet*, legere maluit.

5 Sed haec grammaticalia missa facio et ad leges ipsas conuertor. Primum dicere ordiar de iure postliminii, in quo non dixerim, vtrum ritus fuerint Graecis quam Romanis magis ridiculi? Nam apud Athenienses, qui ab hostibus capti reuertebantur, δευτεροποτμοι dicti sunt. Hos quasi renasci fingebant hoc modo, vt vetulae diuaricanti per laxatum stolae sinum perre-

*) L. Alam. tit. 76. qui inscribitur: *De eo, cui morttaudus imputatur.*

**) L. Liutprandi lib. 6. c. 67. apud Georgisch. p. 1090.

***) Capitulare anni 789. cap. 18. in Georgischii Corpore Iur. Germ. p. 576.

perrepere neceſſe eſſet *), qui priſtinum ſtatum et bona recuperare vellent. Poſtquam vero vetula, vt ita dicam, egreſſi eſſent, eos, Plutarchus in Quaeſtionibus Romanis ſcribit, Ariſtini cuiusdam exemplo, qui id primus ab oraculo Delphico facere iuſſus eſt, ſe lauari a mulieribus, faſciis vinciri et mammis lactari paſſos eſſe. Credo etiam pultem, quam *pappam* matres vocant, in os illinitam fuiſſe, imo vagitus, quae naſcentium vox prima eſt, edidiſſe, vt recens natis omnino ſimiles fierent. Haec ſatis declarant ab hoſtibus captos, ſecundum Athenienſium iura, ipſo temporis momento, quo in captiuitatem peruenerunt, mori viſos fuiſſe; quae etiam Legis Corneliae fictio fuit. Ita Athenienſes. Romani vero poſtliminio reuerſos non per limina aedes intrare patiebantur, ſed per impluuium tegulasue demittebant Hinc, vt coniicio, poſtliminium dictum eſt. Nam quod verbi notationem attinet, Seruium, Scaeuolam **), Iuſtinianum ***) atque recentiores Grammaticos veram vocabuli originem non peruidiſſe, miror. Neque enim, vt plerique definiunt, a limitibus imperii, quia eodem limine reuertuntur, quo amiſſi fuerunt, poſtliminium vocatur, ſed a *poſt* et *limine* deriuatum eſſe, ille a PLVTARCHO notatus mos ſatis innuit, quo non per limina, ſed poſt limina, hoc eſt, ex ſuperiore parte aedium, in domum recipiebantur. Nam *poſt limen accedere* aeque dici potuit, quam: poſt principia ſtare.

Iam, ex duodecim tabulis, de obaerati debitoris corpore in partes ſecando, legem ſanguinolentam quidem et horribilem, at nihilominus ridiculam, in memoriam reuoco, quam nuper in Italia IANVARIVS, melior poëta quam iure conſultus, verſibus hiſce incluſit: 6

Quod ſi confeſſi aut decreti debitor aeris
Impar ſoluendo eſt, ſit vinclo aut compede vinctus.
Sed ſi adſtrictus erat non vni debitor, (dictu
Res abſurda nimis) membrum ſibi quisque viritim
Tollebat. Plus ſiue minus fortaſſe ſecarent,
Hoc impune fuit.

O vero inſolitam humanae carnis lanienam! Quid proderat, quaeſo, humerum, caput aut manum abſtuliſſe? Non equidem mactati portionem debi-

*) PLVTARCH. Quaeſt. Rom.
**) CICERO in Topicis cap. 8.
***) §. 5. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu.

toris sale infarcitam fumigatamque manducasse crediderim. Id ego ferculum deprecer. Non ad palatum dapes. Vorent, qui cupiunt, ego lubens permittam aliis Eumolpi bona, Eumolpi scilicet, qui apud PETRONIVM in tabulis suis posuit: *Omnes, qui in testamento meo legata habent, praeter liberos, hac conditione percipient, quae dedi, si corpus meum in partes conciderint et adstante populo comederint.* Quid autem? Anne BYNKERSHÖKIVM nouimus duodecim tabulis hanc stultitiae maculam, quod iam antea ANNAEVS ROBERTVS*) et IOSEPHVS SCALIGER tentauerant, hoc modo abstergere voluisse, vt, *secare* nihil aliud esse, quam, sub hasta vendere; *corpus* vero patrimonium significare, diceret. Nostis, vt opinor, hominem. Nempe is QVINTILIANO et GELLIO, qui quidem obaeratos re vera caesos, eorumque saeuo laniatu distracta corpora fuisse perhibent, multo sapientior longeque doctior. Quis enim Quintilianus? quis ille Gellius? Homines, vt opinor, patriarum consuetudinum et Romanae linguae ignarissimi. Eant, obsecro, et Latinitatem discant a Batavo, qui naso, dum viueret, enormiter sapiente abscondita quaeuis et subtilissima olfecit. Illa vero prisca Romanorum seueritas mihi recentiora Italicae ciuitatis instituta in memoriam reuocat. Nempe Ius Municipale Riminiensium intelligo, quod dolosos rerum suarum et fortunarum euersores summa denudandae faciei inferioris et raro in publicum prodeuntis contumelia afficit, his quidem verbis: *Iudex faciat (debitorem) expoliari in intervalla et, cum sit expoliatus, duci faciat cum sono tubarum ante ipsum creditorem ad Lapidem Magnum, qui est in Campo Communis iuxta palatium, et ibi in ipso lapide ter ponat se ad sedendum cum ano nudo, dicendo: Cedo bonis! cedo bonis! cedo bonis! postea relaxetur et eius cessio admittatur.* Lapis is videtur fuisse talis, qui in Germaniae prouinciis dicebatur der Laster-Stein.

7 Magnum vero, vt ad alia properemus, orationis nostrae titulus in CICERONE praesidium habet, qui quidem legis actiones, fori formulas et ipsum iudicium palam et sine pudore comoediae comparat. Locus est in Oratione pro Murena omnibus notus: *Cum hoc*, inquit, *bellissime posset: Fundus Sabinus meus est: imo meus: deinde iudicium. Noluerunt.* FVNDVS, *inquit petitor*, QVI EST IN AGRO, QVI SABINVS VOCATVR. *Satis verbose, cedo quid postea?* EVM EGO EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE

*) ROBERTVS Rer. Iudicat. lib. 2. c. 6. vide etiam SCHVBARTVM de fatis iurisprudentiae Romanae pag. 249.

ESSE AIO. *Quid tum?* INDE EGO TE EX IVRE MANV CONSERTVM VOCO. *Quid huic tam loquaciter litigoso responderet, ille vnde petebatur? Non habebat. Transit idem iureconsultus, tibicinis Latini modo:* VNDE TV ME, *inquit,* EX IVRE MANV CONSERTVM VOCASTI, INDE IBI EGO TE REVOCO. *Praetor interea, ne pulchrum se ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cum caeteris rebus absurdum, tum vero in illo:* SVIS VTRISQVE SVPERSTITIBVS ISTAM VIAM DICO: INITE VIAM. *Praesto aderat sapiens ille, qui inire viam doceret:* REDITE VIAM! *eodem duce redibant. Haec iam tum apud illos barbatos ridicula credo videbantur, homines, cum recte atque in loco constitissent, iuberi abire, vt, cum abiissent, eodem statim redirent.* Nescio, an iura hic Romana quam Germanica magis deridenda, siquidem in Weichbildi articulo 133 si quis equum vindicare velit, hanc legis actionem praescriptam invenio: DEXTRO SVO PEDE SINISTRAM EQVI VNGVLAM SVPERCALCATO, MANV VERO SINISTRA DEXTRAM EQVI VNGVLAM ARRIPITO. Er sol mit seinem rechten Fuß dem Pferd fornen treten auf seinen linken Fuß, und sol mit der linken Hand greifen dem Pferd an sein recht Ohr, und sol begehren der Heiligen, und sol schwören dem Pferd über dem Haupt, daß das Pferd sein gewest.

Scio, quid reposituri sitis. Ista nimirum vetusta iam in desuetudinem abiisse, in Pandectis vero, in Codice, Nouellis et reliquis libris, quos Tribonianus ille vester sapientissimus consarcinauit, meliora obuenire. Nam in his quidem libris merum sal inesse et sobrietatem immaniter excellentem. Ego vero vt bona venia dicam, maximopere vereor, ne, si quis velit hoc vestrum sapientiae armamentarium et Iuris Corpus tantopere laudatum studiosius perlustrare, etiam magis inepta exquirere possit. Non solum enim rationes legum admodum ioculares, verum etiam sententiae, similitudines, et verborum origines ineptissimae subinde obueniunt. Nempe *Ius*, in prima statim Pandectarum lege, VLPIANO a *Iustitia* descendit. Horribile portentum, accurrite, haruspices! filia matrem peperit. Testamentum vero testatio mentis est. Hoc quidem capio et probe intelligo, nempe ea ratione, qua excrementum excretio mentis, et calceamentum calceatio mentis est. Tu vero inprimis FRONTO *) places, qui *peculium nasci, crescere,*

*) L. 40. ff. de pecul.

ſcere, decreſcere, mori, et ideo ſimile eſſe homini, lepide affirmas. Ridet hanc ſtultitiam tuam ipſe ACCVRSIVS, qui ad hanc legem nihil amplius, niſi hoc, notauit: *Eadem ratione ſimile eſt et aſino.* Rationes inprimis non falſas tantum, ſed ludicras etiam, ſi omnes enarrare velim, quales non raro legislatores in Nouellis et Codice reddunt, non vnum os, non vna lingua, ſufficeret. Igitur, cum vniuerſas non poſſim, illam tantum pace veſtra, AVDITORES, recenſere licebit, quam plures atque ſapientes, vt ſibi videntur, viri non ſolum ſtolidam eſſe non animaduerterunt, verum etiam quaſi elegantem et veram admirati ſunt.

9 Nempe Stigmate fronti inuſto cum olim ſerui fugitiui, immo et liberi homines in metallum damnati, et ex Lege Remmia calumniatores notarentur, CONSTANTINVS *) Imperator hoc dedecus pia quadam, ſi diis placet, conſtitutione ſuſtulit. Quam ob cauſam, quaeſo? *ne facies humana, quae ad ſimilitudinem pulchritudinis eſt coeleſtis figurata, maculetur.* Belle! itane Deus naſum habet, frontem, iecur, ſupercilia, aures? Cur vero EPICVRVM ridemus qui, cum deos corporeos feciſſet humana forma, licet paulo circumſpectius, non verum ſed *quaſi corpus* et *tanquam ſanguinem* deos habere diceret, helleboro indigere viſus eſt. Illam nos ſimilitudinem coeleſtis pulchritudinis non in hoc miſero et glabro corpore, ſed in animo quaeramus**), neque enim haereticae impietatis ſuſpicionem effugiunt***) qui aut Geneſeos celeberrimum locum aut etiam Ouidianum illud:

Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum,

craſſius interpretantur. O vero puerilem arrogantiam humani generis, nihil pulchrius quam hominem, eamque ob cauſam deos nobis ſimiles putare! Quid, ſi ratio eſſet in belluis, nonne exiſtimemus, ſuo quasque generi plurimum tributuras fuiſſe, aut vel turpiſſimum terra marique animalculum eſſe, quod non ſua pulchritudine maxime delectetur? Haec CICERONIS verba in libro primo de natura deorum ſtolidam hanc Chriſtianiſſimi Imperatoris ſuauiter traducunt. Ac, ſi quid video, tota haec Conſtantini philoſophiam imperatoris a forma repetita ratio legis in Codice ſuperſtitis, vnico ENNII verſiculo refutatur:

Simia quam ſimilis, turpiſſima beſtia, nobis.

Si

*) L. 17. C. de poen.
**) CICERO de natura deorum lib. I. cap. 27. ſeq.
***) AVGVSTINVS haereſ. 50. EPIPHANIVS haereſ. 20.

Si quis autem exiſtimet, nos, qui incredibili legum Germanicarum 10
amore flagramus, haec exempla eo quidem conſilio, vt Romanorum placita in odium inuidiamque trahamus, ſelegiſſe, facile quidem ab hac ſuſpicione me liberauerim, ſi plura etiam ex vetuſtis Germaniae inſtitutis, nempe ex Legibus Salicis, Allamanorum, Longobardorum aliisque, quas, vt noſtis, incredibiliter laudo ac veneror, ineptiarum veſtigia monſtrem. Primo quidem, ſine ullo tamen honoris praefamine ludicrum, ex Lege Salica caput, iisdem, quibus ſcriptum eſt, verbis recitabo: Ait lex *): *Si quis alterum concacatum, aut vulpeculam vocauerit, CXX. denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis iudicetur.* Hoc: concacatum ſi quis alterum dixerit, WENDELINVS in gloſſario de eo conuicii genere accipit, ſi miles dicatur metu pugnae paſſus aliquid humani intra veſtes.

In Lege Ripuariorum titulo LXVIII. de oſſe in clypeo tinniente, vt 11
ex altera parte viae exaudiri poſſit, ita ſcriptum eſt: *Si quis in capite vel in quocunque libet membro plagatus fuerit, et os exinde exierit, quod ſuper viam duodecim pedum in ſcuto iactum ſonauerit, triginta ſex ſolidis factus ei culpabilis iudicetur.*

Ludicra eſt, quam furibus canum et accipitrum decreuit Lex Burgun- 12
dionum **) poena: *Si quis canem veltraum, aut ſegutium, vel petrunculum praeſumpſerit inuolare, iubemus: vt conuictus coram omni populo poſteriora ipſius oſculetur. Si quis acceptorem alienum inuolare praeſumpſerit, ſex vncias carnis acceptor ipſe ſuper teſtones comedat.* Teſtones autem cum non alii ſint, niſi teſtes, quos recentior aetas dixit teſticulos, eam rem fuiſſe et periculoſam et turpem, facile intelligitis. Data tamen et hic, vt apud Germanos in huiusmodi poenis plerumque fieri ſolet, dedecus nummis redimendi optio.

Neque leges Longobardicas praetermittere fas eſt, in quibus rex 13
LVITPRANDVS ***) haec ſeueriſſime ſanciuit: *Si quis doloſe aut per ſuperbiam (ſicut et modo factum eſſe cognoſcimus) mulierem aut puellam liberam ſedentem ad neceſſitatem corporis ſui* †) *vel in alio loco, vbi ipſa foemina pro*

*) Lex Salica tit 33.

**) L. Burgund cap. 10. et 11. Additio 1.

***) Leges Longob. I. 16, 5

†) Ad neceſſitatem noſtri corporis ſedere tunc ſolemus, *ſi quis neceſſarius naturae vſus ad depoſitionem ſuperflui ponderis immineat*, vt IVSTINIANVS ait in L. 28. C. de teſtament.

pro necessitate nuda esse videatur, pungere aut percudere praesumpserit, componat ad Mundualdum eius solidos octoginta. Iam vix vllam fidem Vlpiano adhibeo, qui de iis, quae rarius accidunt, leges scribi negat, neque Theophrasto, qui iura constitui ait, in his, quae επι το πλειςον, id est vt plurimum, euenire solent. Est enim in hac Luitprandi lege propositum nobis rarissimum crimen, siue vt pragmatici loquuntur, casus plane singularis: mulierem sedentem ad necessitatem sui corporis pungi. Neque enim in hac tanta, quae me circumdedit, senum iuuenumque corona, adesse puto quempiam, qui id crimen vnquam commiserit; de me vero ingenue confirmare possum, inter innumera, quae iudicantibus quotidie obuenire solent, petulantiae exempla, nunquam me audiuisse, nec in iudicialibus actis consignatum legisse, quod aliquis puellam ad necessitatem sui corporis sedentem nuda in parte pupugerit.

14 Est etiam regis AISTVLPHI apud Longobardos constitutio, in qua crimen valde extraordinarium et aeque rarum, quam superius, obuenit. Ita scilicet legislator ait *): *Peruenit ad nos, quod dum quidam, ad suscipiendam sponsam cuiusdam sponsi, cum paranymphis et trotingis ambularent, peruersi homines aquam sordidam et stercoratam super ipsam iactassent.* Omitto reliqua, neque enim lex satis bene olet. Nescio enim qui flos, non veteris vini, qualis apud Phaedrum ex amphora surgit, sed stercoratae, vt in lege dicitur, et rancidulae aquae naribus meis suboriri videatur, qui statim memet ipsum et omnes paulo acutius subodorantes foetore suo ab hacce lege depellit.

15 Apud Romanos, vt ad alia properem, vsitatum fuisse nostis, vt auriculae testium tangerentur. Sed multo magis ridiculum, Germanicas gentes alapas dedisse in rei gestae memoriam. Memento, quod mihi hac in causa testis eris; deinde alapa. Sane molestum erat iis temporibus humanitatis genus, adesse paciscentibus, et testimonium praebere, immo contrarium antiqui regulae iuris **), quae non patitur, vt officium aurium genis sit damnosum.

Iudicem sedentem, quibus vestibus indutum esse, et quomodo depositis chirothecis sententiam pronunciare oporteat, non solum in Speculo Saxoni-

*) Leges Longobard I, 16, 8. in Georgischii Corp. Iur. Germanici p. 1129.
**) L. 7. ff. testam, quemadm. aper.

Saxonico *) admodum diligenter cautum, ſed curatius multo in Communi Suſatenſium Iudicii Ordinatione his verbis expoſitum eſt: Der Richter ſol ſitzen auf dem Richterſtuhl, als ein griesgrimmender Löwe, und ſol den rechten Fuß ſchlagen über den linken, HOC EST: *Iudex ſedeat in tribunali, vt toruus leo, et iaciat dextrum pedem ſupra ſiniſtrum* **). Videntur Suſatenſes hoc ex vetuſto Iure Francorum, quod a Senkenbergius atque Königius ediderunt et quod vulgo Ius Imperiale appellatur, mutuati, vbi capite ſeptimo libri primi ſcriptum eſt: Der Richter ſol ſin eyn grißgrawiger man als ein lewe und eyn man, der nicht wandels an eme habe. In tanta, quae nos propemodum opprimunt, facetiarum multitudine, licet non omnes attingere poſſim, tamen, velim, nolim, in quadam WOLDEMARI lege haereo, cuius recentiſſimum *Conſtitutionum Marchicarum Corpus* ***) 17
mentionem facit. In hac videlicet ſancitum eſt, vt qui in conuiuio poculum ad fundum vsque bibendo exhauſerit, idem ille infundere nouum et ex hoc primus bibere debeat. Ne quid cominiſci videar, legem ipſam recitabo ****): *Nos Woldemar, Dei Gratia Princeps Neo-Marchicus etc. Notum facimus vniuerſis et ſingulis mandatum hoc noſtrum lecturis: Poſtquam percepimus querelas, quas fidelis noſter ciuis ex oppido Lippenum dicto, in Neo-Marchia ſito, Petrus Wadephul attulit, et iniurias a conſulibus et ſenatoribus dicti oppidi ſibi illatas, quod inter potandum vltimum ſemper hauſtum, ſiue Negam* †) *ebibere coëgerint; Idcirco mandamus ſerio et ſimul clementer Praefectis iſtis Lippenenſibus, vt ab iniuſto et iniquo hoc conatu in poſterum abſtineant. Concedimus et permittimus omnibus incolis nominati oppidi, nec non alienigenis libertatem potandi, et quidem ei, qui Negam ebibit, primum hauſtum e Cantharo cereuiſia rurſus impleto. Qui vero mandato*

*) Jus Prou. Sax. lib. 3. art. 69.

**) Simile quid in L. 19. §. 1. ff. de Officio praeſid. CALLISTRATVS: *Non eſt conſtantis et recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit.*

***) MYLII Corpus Conſtit. Marchic. Part. VI. pag. 11.

****) Seruauit eam Oelrichs in Beyträgen zur Brandenburgiſchen Geſchichte p. 277. vbi ſuſpectae fidei diploma eſſe docet, licet talem conſuetudinem lege introductam eſſe, non neget.

†) *Nega* verbum eſt germanicum, quod plerumque et rectius ſcribitur *Neigt*. Id a neigen, *inclinare*, deſcendit Si dolium aut poculum inclinandum eſt, vt poſtrema vini gutta effluat, haec poſtrema portiuncula dicitur *Nega*. In Germania etiam nunc eam alteri propinare, ignominioſum.

dato huic nostro non obedierit, mulctam centum solidorum, quorum dimidia nostro aerario, altera vero magistratui oppidano attribuenda, persoluere teneatur. Datum in arce nostra Calisiensi, Feria tertia Paschatos. Anno 1479. Lepidum sane priuilegium, quod, vt maiorem auctoritatem consequeretur, etiam opposito sigillo princeps communiuit. Sed hoc tantum ioculare, quod sequitur, etiam turpe.

18 Nempe in codice manuscripto eoque membranaceo legis vetustissimae Lubecensis, quem in sua bibliotheca CHRISTIANVS GODOFR. HOFMANNVS quondam asseruauit, adulterii statuitur verecundiae et honestati parum conueniens poena: cum adulterum ea parte corporis, qua peccauit, lex iubeat, trahi retrahique per omnes vrbis vicos et plateas *). Eadem in Iure Antiquo Ciuitatis Ripensis **) poena his verbis infligitur: *Si aliquis vir cum legitima vxore alicuius in adulterio deprehenditur, iuris est ciuitatis, vt ipse ab ea per vicos ciuitatis sursum et deorsum per veretrum suum trahatur, et sic ab illa causa liber erit.* Huic simile est aliud, quod in veteris iudicii prouincialis Schlauenburgici quaestionibus obuenit, latine potius, quam nostra lingua pronunciandum: *Si quis arborem fructiferam caedat et truncum abscondat furtiuo more, huius dextra tergo alligator et penis ad truncum clauis ferreis figitor, sinistra tamen accipiat securim, vt ea se possit abscindere, seu soluere* ***). Quid autem Schlauenburgenses ridemus? Non, hercle, Graeci iis modestiores. Nempe in Basilicis libro sexagesimo titulo XXXVII. capitulo LXXXVI. pagina apud Fabrottum 638 ista legimus: Οἱ αλογευομενοι, ηγȣν κτηνοβαται, καυλοκοπειϑωσαν.

19 His iuris germanici facetiis vt aliquid etiam magis mirabile ex peregrinarum gentium legibus immisceamus, Wallorum siue Cambrorum, qui sub-

*) IOH. GVIL. HOFMANN in Specimine Iurisprudentiae Symbolicae veterum Germanorum, locum allegat: Isset, dat ein Man weri begrepen bey enes echtes Mannes Wiwe, dat is recht, dat me ehme the By Syneme Dinge, de Strate up und dall.

**) Jus Ripense art. 43 et 44. in WESTPHALENI Monument. In edit. T. IV. pag. 2003. et apud RESENIVM pag. 157.

***) Verba authentica ita habent: Wenn jemand einen fruchtbaren Baum abhauete, und den Stamm verdeckete dieblicher Weyse, dem sol seine rechte Hand uff den Rucken gebunden, und sein Gemechte uff den Stammen genegelt werden, und in die linke Hand eine Axe geben, sich damit zu lessen.

ſubacta a Saxonibus Britannia ſeparatam rempublicam tenuerunt, et ſuis legibus linguaque propria, ab Anglo Saxonica plane diuerſa, vſi ſunt; horum, inquam, leges ciuiles et eccleſiaſticas publicauit Londini doctiſſimus Angliae iuriſconſultus Clarckius *), in quibus de dote foeminae raptae et ſtuprum paſſae hoc mirandum proditur: *Foemina matura viro, quae cum aliquo clandeſtine abiuerit, et vel in agris vel in domo ſtuprum paſſa ſit, et ab alio poſtea repudiata fuerit, et querelam contra illum inſtituerit, apud gentiles ſuos et in curia, hoc modo dotabitur: Si tauri trimi caudam detonſam et ſebo inunctam, per ianuam vimineam immiſſam, mulier intra domum, pedibus limini innixis, manibus prendens detinere potuerit, licet taurus a duobus hominibus vtrinque ſtimulis vrgeatur, pro ſuo habebit in compenſationem ob infamiam violatae pudicitiae; ſin aliter, habebit tantum ſibi, quam manibus adhaeſerit.* Videntur apud Wallos ſtupro pollutae dotem petere potuiſſe ab eo, qui vitiaſſet, praeterquam in raptu, ſi volentes cum raptore clandeſtine abiiſſent. Hoc enim facto, nihil praeter vnum bouem accipiebant, neque tamen aliter, quam ſi detonſam eius caudam et ſebo illinitam, quae per rimam ianuae inſerebatur, retinere poſſent, licet taurus a duobus hominibus vtrinque ſtimulis vrgeretur. Quid iſtuc rei eſt? Si me requiras, nihil aliud ſanxere Walliae principes, niſi virginem bona gratia raptam nullam omnino dotem aut virginitatis ereptae pretium petere potuiſſe. Anne enim puella caudam bouis lubricam et ſebo illinitam detineat? Nullo ſane modo, etiamſi limini admotis pedibus contra nitatur. Malim ego, qui vir ſum, anguillam manibus tenere, quam caudam bouinam, ſi detonſa et ſebo illinita ſit. Hoc totum igitur eſt nequicquam aliud, quam dotem ei omnino denegare. Ne vero puella miſere decepta et deſolata conqueri poſſet, nec omnino videretur ſuam pudicitiam gratis dimiſiſſe, dotem ſtatuerunt leges, ſed difficillimam. Inter illud vero, quod difficulter adimpleri, et quod plane fieri non poteſt, exiguum intercedit, aut nullum omnino diſcrimen **). Fit autem haec coniectura ex eo mihi admodum probabilis, quod apud STIERNHÖKIUM ***) ſimillimum inuenio pro hiſtrionibus occiſis Werigeldum. Nam, vt ille refert, ſi heres interfecti hiſtrionis contra percuſſorem ageret, ſtatuebatur iuuenca robuſta in colle, peti-

 tor

*) *Cyfreith leu Hywel Dha ac Eraill. Lond. 1730. fol.* vbi pag. 82. locus a nobis adductus reperitur.

**) L. 14 §. 1. ff. de ſtatu lib. L. 137. §. 6. ff. de V. O. L. 2. ff. de his qui effud. vel deiec.

***) STIERNHÖK de Iure Sueonum pag. 359.

tor vero indutis chirothecis et calceis nouis vtrisque oleo bene vnctis, adeoque lubricis, caudam iuuencae manibus tenebat, quae si tres flagelli ictus experta non elaberetur, Werigeldi loco domum abducebat.

20 Magnum in hac obseruatiuncula praesidium inuenisse mihi videor, ad excusandam rusticitatem legum vetustarum et ad eluendam, quam prae se ferunt, fatuitatis maculam. Nam vt sapientiam misceamus stultitiae breuem, et alio exemplo *stercus* interdum, quemadmodum Valentinianus et Valens Imperatores *) loquuntur, *datum esse pro solatio*, comprobemus, sane haec ipsa mihi videtur ratio, quamobrem in Iure Prouinciali Saxonico cytharoedis, histrionibus et omnibus, qui in scena ludos edunt, *Emenda*, quam vocant, statuatur vmbra viri, ita enim Germanicum verbum, Schein eines Mannes, interpretari liceat. Re vera enim nullam maiores nostri voluerunt propinquis reparationem dari, si cytharoedus occisus fuisset. Id autem ne nimis durum aut iniquum videretur, Emendam statuerunt quidem, sed eiusmodi, quae cum nulla comparari possit. Id opinor ex ipsis verbis satis intelligi *), quae in latinum versa pronuntiabo: *Conductis mercede diurna baiulis datur emenda par chirothecarum lanearum et tridens, quo fimus tollitur. Filiis clericorum autem et illegitimis omnibus foeni vehes: Cytharoedis et deditiis datur emenda* vmbra viri. *Hoc propterea, quod habent quidem viri similitudinem, neque tamen personam standi in iudicio. Quare autem? Quia scilicet a testimonio arcentur et praeterea in iure pro mortuis habentur* **). Histrionum hoc miserabile quidem et prope ridiculum solamen, at solamen tamen est, ideo concessum, ne id hominum genus Emenda videretur omnino destitutum. His exemplis satis probatum est, in maiorum legibus non esse saepius, quae imperitis ridicula videntur. Suadeo autem, vt, qui de maiorum institutis recte statuere velint, antequam illud aggrediantur, se mente et cogitatione in illa horrida

*) L. 7 C de cursu publ.

**) Glossa ad Ius Feodale Saxonicum cap. 69. in Zobelli editione fol. 166.

***) Germanica verba haec sunt: Einem Tagelöhner giebt man zu Buß zween wüllen Handschuch, und ein Mistgabel. Pfaffenkindern aber und allen denen die unehelich geboren seind, giebt man ein Fuder Hew zu Buß — — Spielleuten, und allen, die sich zu eigen gegeben haben, denen giebt man zu Buß, den Schein eines Mannes, das ist darum, daß sie wol ein Gleichnis haben eines Mannes, und doch in denen Rechten nicht mögen gestehen für einen Man. Denn warum? man verweist sie von allen gezeug, und seind dazu tod in denen rechten.

rida ſecula totos transponant, et rudem atque incultam hominum agreſtium vitam ſuo penitus informent animo, ſenſum vero a noſtris moribus omnino reuocent. Tunc vero certiſſime experientur, quas ridemus, leges, *non tam ſua natura, quam forma potius habituque externo, eſſe inſipidas.* Hoc inprimis delicato et molli ſaeculo, in quo caeſariem calamiſtratam farina candidam, mentum nouacula imberbe facimus, fieri quidem facile poteſt, vt ridicula exiſtimemus, aut etiam obſcoena, quae primos homines pellibus ferinis horridos et tectis ſilueſtribus abditos nulla ratione dedecuiſſent. Inprimis naturalia noſtri maiores turpia non putare, adeoque podicis nomen aheneis tabulis incidere, ſi vſus poſtularet; imo ſine circuitu eloqui illam,

Ex qua naſcimur omnes parentem,
Quam Sanctus NVMA mentulam vocabat,

quem quidem Martialis *) verſum veritus eſſem recitare, niſi in illo fragmentum legis Regiae mihi viſus eſſem animaduertere, nondum ab vllo obſeruatum. Arbitror nimirum, in quadam NVMAE POMPILII lege, Martialis tempore, vt nouimus, adhuc ſuperſtite mentulae verbum obueniſſe. Hoc ni ita eſſet, cur Martialis NVMAM potiſſimum appellaſſet? Notum eſt, eum de pellice, ne aram Iunonis tangeret, de annis pubertatis ac rebus matrimonialibus leges pertuliſſe plurimas, vnde facile fieri potuit, vt genitalium mentionem faceret. Debuiſſent igitur ANTONIVS AVGVSTINVS, LIPSIVS, CIRINVS, et qui alii Ius Papirianum reſtituere conati ſunt, id quoque verbum in legum Regiarum fragmenta referre. Licet vero, vt ex hoc diuerticulo in viam recedamus, ioculari ſtilo multa in vetuſtis legum tabulis perſcripta ſint, quod nulla ratione nego, ſed fateor lubens, neſcio tamen anne, ſi his vetuſtiſſimis populorum noſtras, quibus hodie regimur, leges inſpiciendi poteſtas eſſet, illi ad hodiernos mores ita in riſum ſeſe effuſuri ſint, vt nos illorum leges et inſtituta ridemus. Nempe alia tempora alias leges gignunt, neque ſunt eadem omnibus turpia. Quo quidem dicto praecauere volui, ne quis propterea vetuſta ciuitatum inſtituta contemnat, aut ridicularum legum inexpectatis iocis et petulantiori oratione noſtra offendatur. Dulce eſt, deſipere in loco, nec vllum fere extitit vnquam diuinum aut excellens ingenium, cui non admixta fuerit particula quaedam dementiae. Iam vero, ſi APPIVS CLAVDIVS in duodecim Tabulis, ſi, qui Legem Salicam compoſuerunt, WISOGASTVS, BODO-

*) MARTIALIS Lib. XI. epigram. 16. verſ. 9. 10.

GASTVS, SALOGASTVS et WIDOGASTVS, aliique ſapientiſſimi Legislatores communi mortalitatis ſorte interdum deſipuerunt, ego quidem illos contractis ſuperciliis nimium ſeueros parum metuo, qui, quoniam ipſi non aliter loquuntur, quam qui ex Tryphonii antro nuperrime ſunt reuerſi, iocos omnes iracundius ferunt, et ſicubi liberior luſus aut facetius dictum occurrit, toto animo, tanquam lemures apparuiſſent, et toto pectore cohorreſcunt. Haec interiecimus, ne noſtra libertas impingat.

21 Iam in mentem, neſcio quomodo? ſed veniunt in mentem, tempora, quibus gloſſae tam late dominabantur, vt non ſolum leges auctoritate aequarent, verum etiam populi ſcitis et principum placitis omnibus praeualerent. Noſtis autem, quam illae ſint, ſingulis fere in paginis, ſupra quam cuiquam credibile eſt, ineptae et vltra fidem ridiculae. Ex hac ſtultitiarum Iliade vnum tantum exemplum recitabo: Quaerit ACCVRSIVS *) quare foemina, quam mas, maturius pubeſcat? et reſpondet: *quia mala herba cito creſcit.* Grauiter ob id Accurſium, in ſuo de Stolatae virginitatis iure, reprehendit HADRIANVS BEVERLANDVS atque, *ſi puella*, inquit, *ſit herba mala, oportet, vt ipſe Accurſius, ex ea productus, peior ſit fructus.* Plura ex his rebus, quae in vulgus nota ſunt, referre piget, ac quoniam me diutius fere, quam par eſt, iuris ciuilis ineptiis et legibus Germaniae prouincialibus, quae ciuilia tantum et priuata definiunt, immoratum eſſe ſentio, miſſis iis, publica proſequi, et potiſſimum ex moribus maiorum beneficiariis, ſeu iure clientelari, dicta quaedam ioci et hilaritatis plena decerpere iuuat.

22 Primum in iure Feodali Longobardicae gentis illa toties decantata Cucurbitatio riſum mouet, inprimis illud, quod ineptiſſime ALCIATVS annotat: cucurbitare, inquit, nihil aliud eſt, niſi facere, vt dominae venter ſit inſtar cucurbitae. Sed lubricum iſtud argumentum lubens praetereo, et potius ad domeſtica de beneficiis clientelaribus iura, quae in Germaniae ſolo nata ſunt, oculos animumque conuerto. In his VETVS AVCTOR *de Beneficiis* **) patre mortuo vaſalli filium iubet ad dominum proficiſci, et complicatis manibus inueſtituram petere, prima, ſecunda et tertia vice, deinde hoc addit: *Quidam dicunt, quod etiam debeat quaſſare manus. Nonne totum mouetur corpus, quando ille ſuum aggreditur dominum? Conſtat ergo! vt ibi motio ſit manuum.* Haec paululum obſcura clarius, imo face-

*) Gloſſa in L. 2. C qui veniam aet. impetr.

**) VET. AVCT. de Beneficiis, cap. 1. §. 46.

facetius, interpretatur Ius Feodale Alamannicum *) his verbis: Ettlich lu-te sprechent, er solle dem Herren die Hende wegen. Das ist nüt. Wenn als der Herre stat oder sitzet, und der man vor im stet oder kniwet, so we-get sich aller sin lip, und ouch die Hende. HOC EST: *Quidam dicunt, quod mouere debeat manus versus dominum. Hoc non est. Nam cum accesserit ad dominum stantem, aut genua flexerit coram sedente, totum corpus mouetur, vna cum manibus.* Iisdem propemodum verbis rem exposuere Bauarorum mores **).

Exactissima profecto in omnibus verecundia opus erat, adeo quidem, 23
vt etiam cliens beneficiarius, si coram domino aut in iudicio apparens pretiosis fibulis aut torque aureo se exornasset, neque annulos deposuisset, poena non careret, quod per superbiam diuitias suas iactare, seque arrogantius efferre videbatur ***).

Apud Gallos etiam osculum pedis exactum ab iis, quos in clientelam 24
recipiebant. Id ROLLO, Normannorum dux, qui christianis sacris initiatus, deinde Robertus dictus est, cum Neustriam in beneficium a Carolo Simplice acciperet, ferocius renuit, neque pedem regis osculari, quid, ne genu quidem flectere, sustinuit. Itaque saepius admonitus, vt morem gereret et consuetudini concederet, extemporali audacia pedem regis stando arripuit, sublatumque ori ex improviso admouit, vt rex supinus, (erat enim Rollo staturae admodum procerae,) retrorsum caderet in sedile. Hoc facto Normanni subridere, Galli vero, tanquam in contumeliam factum indignari. Sed interuenit rixis ipse Carolus et silentio imperato, id omne rusticitati et simplicitati Rollonis attribuendum putauit ****). Multis igitur locis

*) Ius Feod. Alam. cap. 43. §. 2.

**) Ius Feodale Bauaricum capite 34. in Senkenbergii Corpore Iuris Feodalis pag. 143. Sumelich Lute sagent, er sul dem herren die hende wegen; des ist nit; wen alz der man gat fur sinen herren, da er stat, oder kniet vor im, da er sitzet; so wegt sich aller sin lip und ouch die hende.

***) Lehnrechts Richtsteig cap. 10. Das is ock billick, dat de Mann vann sick do vorspann, vingerlin und spangen. Wente tege eme de herre homodes, dat he jegen eme suß dede wreuelikenn, he muste darvor schwerenn, edder darumme wedden. LATINE DIXERIM: *Hoc est quoque aequum, vt vasallus deponat fibulas, annulos et torques, nam si dominus eum inde arrogantiae arguat, vel iniuriam sibi fieri credat, se iureiurando purget, vel mulctam soluat.*

****) *Roman de Rou* et PICARDVS in Narrationibus ridiculis cap. 4. pag. 329 seq. Rem vetus scriptor DVDO de moribus et actis Normannorum pag. 84. paulo

locis mores maiorum vasallo in curia et iudicio parium comparenti tantum cultum et reuerentiam iniungunt, vt ipse Erasmus, in libro de ciuilitate morum, maiorem ne in puero quidem exegisse videatur.

25 Audiamus iterum illum VETEREM de Beneficiis AVCTOREM *): *Si homo*, inquit, *se mungit, aut spuit, vel tussit, aut sternutat, vel sese tergit, vel circumspicit; vel muscas, ne eum laedant, depellit, pro huiusmodi causis non vadiabit domino, quamuis tamen in hoc quorundam erret opinio.* Haec totidem fere verbis in Iure Feodali Saxonico **) germanice redditum: **Ab sich der man wischet, oder snuzet, oder spiet, oder jechset, oder hustet, oder nuset, oder ab her sich ume sicht gezogentlichen, oder ab her vligen oder muken, oder bremsen von ime strichet binnen lenrechte, darume en wette her nicht, als wennen es tume lute —— — Der man en muz nicht sizen binnen lenrechte, ane des herren urloub. En mac aber her nicht langer sten, her lige** (siue vt Zobeliana editio habet: **Er leine sich an.**) **Schuldiget aber in der herre darumme, her muz daz uffen heiligen behalten, daz her nicht langer sten en muge.** Eadem de emungendo, exspuendo et abigendis vespis sanctio reperitur in iure beneficiario Allamannorum ***). Iam, quod nasi tersionem attinet, ARRIANI quidem †) et EPICTETI ††) loca innuunt, apud Graecos religionis fuisse, ne quis in templis deorum exspueret,

paulo aliter narrat. *Rolloni pedem regis nolenti osculari, dixerunt episcopi: qui tale donum recipit, osculo debet expetere pedem regis. Et ille: nunquam curuabo genua mea alicuius genibus, nec osculabor cuiuspiam pedem. Francorum igitur precibus compulsus, iussit cuidam militi, pedem regis osculari. Qui statim pedem regis arripitus deportauit ad os suum, standoque defixit osculum, regemque fecit resupinum. Itaque magnus excitatur risus, magnusque in plebe tumultus.* ALBERICVS in Chronico p. 215. ita tradit: *Tunc illis, qui adstabant, consulentibus Rolloni, vt pedem largitoris oscularetur, dedignatus pedibus regis aduolui, apprehensum pedem eius stans ad os suum attraxit, quo resupinato secutus est risus Normannorum, Francis reprehendentibus. Excusat Rollo factum, allegans talem prouinciae suae morem.*

*) VETVS AVCTOR de Beneficiis cap. 2. §. 52. in Senkenb. Corp. Jur. F. pag. 177.

**) Ius Feodale Saxon. c. 69. in Senkenberg. Corp. Iur. Feod. cap 72. p. 208.

***) I. F. A. cap. 126. **Ob der man im selber sneitzet oder wischet, oder nicht rechte stet vor dem gericht, oder ob er Fliegen ode Mugken von im wert, oder Bremen von im slegt in lehenrecht, darumb wettet er dem herren nicht. Doch wenent tumb leut, er sull darum wetten, das ist doch nicht.**

†) ARRIANVS lib. 3. ††) EPICTET. cap. 11.

exſpueret, aut ſe emungeret. Scilicet illis temporibus ſudariis, vt nos hodie, ſeu linteolis, quae Arnobius, quod mucum excipiunt, *Muccinia* dixit, cum homines nondum vterentur, facile quidem emunctionem crediderim inuerecundam fuiſſe, tam in templis, quam in domini curia. Quod autem ſeueriores quidam muſcas ne quidem abigi voluerunt, id, me Dius Fidius! a ridiculo parum aberrat. Quid enim, ſi horribiles aculeo veſpae, ſi ſuſurantes et bombitantes fuci, ſcarabaei, crabrones naſum clientis obſederint, ſi cutem infeſtauerint pediculi, aut examen apium ori adhaeſerit, quod VIRGILIO *), quod Pindaro eueniſſe ferunt et Platoni, anne vaſallus et miles ſe ab his vexari patiatur, neque depellat is, qui hoſtes ſaepius profligauit?

At de veſpis, quoniam mentio iniecta eſt, quid in PANCIROLI li- 26
bro, *de claris legum interpretibus*, nuper legenti mihi acciderit, enarrare placet, ſimulque rogare, vt, ſi ſit quiſpiam legum Romanarum me peritior, eſſe autem non dubito, is meae penuriae ſuccurrere et legem rariſſimam, quam mox indigitabo, monſtrare velit. Eſt autem illa, vt ita dicam, quaſi legum Phoenix, vna in toto orbe, nec viſa magnopere, vtpote quam ſummo ſtudio vndique quaeſitam, nondum in corpore iuris inuenire potuimus. Iam qualis ſit, percipite. PANCIROLVS **), vt dixi, exiguam Bartolo fuiſſe memoriam, contra vero Baldo adeo firmam commemorat, vt cum hic a Galeacio per iocum interrogatus eſſet: *Vbi Lex inueniretur, quae de veſpis et muſcis loqueretur?* eam Baldus ſtatim oſtenderit. Idem etiam LANCELOTTVS in vita Baldi teſtatur. Haec cum legerem, grauius mihi ſuccenſere et infirmae nimium, labilique indignari memoriae, quae eam legem penitus ignoraret. Tametſi enim non ſum adeo arrogans, vt in legum ſcientia Baldo me comparare audeam, tamen cum aliquoties ego quoque corpus iuris perlegerim, coepi merito quidem me ipſum caſtigare ob negligentiam, qui legem eiuſmodi nuſpiam obſeruarim, et ſubiratus Briſſonium adire, euoluere lexica iuris, et omnes libros vocabularios legum, gloſſaria in manus ſumere, indices minutos, ingentes, veteres, nouos auide perſcrutari. Neque tamen, omnibus excuſſis loculis, lex apparuit. In qua re vnus ille ex iure Saxonum clientelari locus quodammodo me conſolatur, vt, licet probe ſciam, Baldo neque huius neque VETERIS AV-

CTORIS

*) Vide BVRMANNI Anthologiam epigr. 186. pag. 365.
**) PANCIROL. de clar. leg. interpr. lib. 2. cap. 70. num. LXXXVII.

CTORIS *de Beneficiis* vllam notitiam fuisse, neque Galeacium ex Baldo quaerentem de hac Germanorum sanctione cogitasse, legem tamen ego quoque sciam, quae de muscis et vespis loquitur, licet ab illa diuersam. Nam in iure Romano, quod iterum fateor, eam frustra quaesiui, vt iam suspicer, in corpore iuris, quae de muscis et vespis loquatur, legem plane non, nisi forte in Vtopiensi quodam exemplari obuenire, mihi nondum viso; parumque absit, quin verane dixerit PANCIROLVS? addubitare incipiam, nisi fortassis glossa fuit, quam ille legem vocat.

27 Sed ad ius feodale Saxonicum reuertor, in quo porro dicitur: vasallum, si decretum sententiamque curiae reprobare et prouocare ad dominum superiorem velit, posse nuntios petere, quos dominus non solum non denegare, verum etiam victum iis praebere debeat, nempe panem et cereuisiam abunde, nec non tria fercula in quolibet prandio, et ciffum vini; famulis autem duo fercula et equis auenam. Postea haec addit: *Equi eorum debent in anterioribus pedibus sufferrari, et non retro* *).

28 Glossa etiam eiusdem clientelaris iuris, sed alio quodam loco **), mira canit, cum mulierem suo dotalitio in iure renuntiare iubet *erecto capite et ore ridente.*

29 In vetere Placitationis Ordine, qui Germanice Lehn Rechtes Richt Steig ***) dicitur, reconditas iuris formulas et antiquitates in se pulcherrimas continente, haec verba prae caeteris mirabilia visa sunt et annotatu digna, quae dum recito, Vos, quaeso, lectores vestras cogitationes colligite, res enim consideranda animi summam intentionem poscit. Ita autem Ordinatio: Das haben diese Verß: Herschilt sy zwen fünf schilling on seine jar

*) Haec sunt ipsa verba Iuris Feodalis Saxonici Latini cap. 34. §. 15. apud Senkenbergium in Corp. Iur. Feod. pag. 250. Clarius expressa in ipso authentico scilicet in I. F. S. cap. 73. apud Senkenb. l. c. pag. 209. Apud Zobelium vero cap. 70. Verba ita habent: Jre pherde sal man in vorne beslan, und hinten nicht. Huius rei rationem dum glossa reddere studet, mirifice his quidem verbis ineptit: Denn als das eysen des Pferdes füsse bevestet, also wird auch befestet das bestendig urtheil (vor mal gegeben.) Das die Pferde hinten unbeschlagen sein, das bedeut ihre unwissenschafft.

**) Glossa ad Ius Feod. Saxonicum cap 56. Die fraw sol sich des verzeihen mit aufgerecktem heupt und mit lachendem munde.

***) Cap. 13. apud Senkenberg. Corp. Iur. Feod. pag. 300.

jar hulde van vest acht diese weist man von gezeug zu lehen recht *). Id versus vetustos innuere scribit: Das haben diese Verß. Iam quis est, qui in his versum agnoscat, aut modulamen carminis sentiat? An versus dici possunt sine numeris? an ligata oratio, cui nec metri genus, quid? ne rhythmus quidem inest? Sane, vt a luscinia grillus distat, ita haec verba a metricis modis diuersa sunt. Et versus tamen dicuntur. Nonne igitur terque quaterque ridiculum, carmen vocare, quae mera prosa est. Sensus quidem veteris dictati facilis: Ait Ordinatio: *qui non habeant quatuor maiores sed duos tantum clypeos militares, pauperes, minores, incarceratos, proscriptos et excommunicatos non posse testimonium dicere in iudicio clientelari;* sed vbi carmen, vbi rythmus? Nemo hoc vnquam aperuit. Ego vero, qui, quondam in grammaticorum castris militans, Romanarum legum studui verba distorta restituere et veram lectionem indagare, eandem libris germanici iuris medicinam ferre conabor, et illa hoc modo pronuntiare:

Herschilt sieh' zwen, fünf Schilling, on sein Jar,
Huld, Ban, Vest, Acht, die weist man von dar.

Tales erant haud dubie veteres illi versus, quos adscripta margini, deinde vero in textum recepta verba von Gezeug zu Lehnrechte, aut etiam illustrationis causa addita adeo deformarunt, vt versum plane deprehendere nequeas.

Priusquam vero a iure beneficiario totus recedo, lepida quaedam 30
seruitia commemoranda veniunt, quorum exempla collegit IMMANVEL WEBER in dissertatione: *de Inuestituris et seruitiis feodorum ludicris*, ex SPEIDELII Speculo, BESOLDI Thesauro, et WEHNERI Obseruationibus

Aaa aaa a 2

*) Paullulum diuersa lectio est in Corpore Iuris Germanici, quod ex bibliotheca Senkenbergii eiusque auspiciis publicauit Königius pag. 269. Des hebbe desse versch: Herschilt sy twene, viff Schillinge, bin sinen Jarenn, Hulde, Ban, vest, acht, desse wiset er vann tuge leenrecht. KÖNIGIVS ita vertit: Hoc sequentes innuunt versus: Ab vtroque latere ad clypeum militarem natum non esse, non habere quinque solidos, minor aetas, fauor, bannum, arrestum, proscriptio imperii repellit a testimonio secundum ius feodale. Ego vero malim hac paraphrasi in latinum transferre: *Hoc habent isti versus: Ecce, noui homines, qui duos tantum habent clypeos militares neque quatuor maiores monstrare possunt, nec non qui a domino suo quinque tantum solidos in beneficium tenent, porro minores, amici, excommunicati, interdicti, proscripti, arceantur a testimonio in iudicio clientelari.*

bus conſcripta, qui prius eadem hauſerant ex LIMNAEO. Legant tamen, qui vlcus in pectore habent, vt iis idem, quod ERASMO eueniat, qui perluſtratis obſcurorum virorum epiſtolis per riſum conualuit. Memorabile in primis, quod a CAMDENO ſcriptore incomparabili, quem Thuanum Britanniae appellare ſoleo, (nam eodem etiam, quo Thuanus tempore vixit,) litteris proditum eſt ſeruitii genus. BALDVINVM narrat, quem Peditorem poſtea dixere, praedium tenuiſſe ea lege, vt in die natalitio regis coram eo ſaltaret, buccas cum ſonitu inflaret et ventris crepitum tam clare et ſignificanter ederet, vt intelligi ab omnibus et exaudiri poſſet. Quaeſitum eſt, an eius poſteris, qui in magnam dignitatem venerant, haec per ſubſtitutum expedire liceret? Et Choppinus *) fieri poſſe, in alia cauſa reſpondit. Nam Romano etiam iure **) ſi liberta, quae operas promiſit, ad eam dignitatem perueniſſet, vt inconueniens videretur praeſtare patrono operas, has intercidiſſe. Hoc vero Balduini peditoris factum et alia huiusmodi vera quidem ſeruitia non fuiſſe, vt arbitror, ſatis intelligitis. Nam quid ad rem domini, ſi die natalitio nobilis cliens inferiore gutture loqueretur, aut, quod alios feciſſe legimus, cantilenam certam caneret, aut aliquos muſcarum modios afferret? Mihi quidem haec omnia videntur non alio conſilio, niſi vt beneficiarii nexus conſeruaretur memoria, neque lapſu temporis directum, quod vocant, dominium interuerti poſſet, in beneficiis potiſſimum francis, ſiue ab omni ſeruitio immunibus, inducta fuiſſe; adeoque ſeruitia dici non poſſe, niſi forte ex leui quadam ſimilitudine, *quaſi ſeruitia* appellare audeas.

31 Facilis eſt a clientelari iure ad publicum tranſitus, in quo Aurea Bulla multa ad rem noſtram exempla largiter ſubminiſtrare poterat. Sed reuerentia, vt illa taceam, ſuadet. Nihil vero impedit, quo minus barbaram conſuetudinem minusque honeſtam, quae, ſi non Celtis omnibus, certe tamen Britanniae populis quondam communis fuit, vt in nobilium reges, nobiles autem in ruſticorum nuptiis praeguſtatores eſſent, publico iuri et regalibus accenſeam. *Marchetam* Angli vocant, quae licet ſaepius decantata et peruulgata quam maxime, neque tamen ſatis, vt mihi videtur, intellecta fuit, cum etiam a doctiſſimis hic titubatum, obſcuraque errorum nube omnia et tenebris obducta eſſe ſentiam. Itaque vt accuratius caeteris expediamus, tria potiſſimum, quae ob coniunctam ſimilitudinem confundi ſolent,

*) CHOPPINVS ad Leges Andegau. lib. I. tit. I. cap. 31. num. 8.

**) L. 34. ff. de oper. libert.

lent, probe ſecernenda veniunt, ne opinionibus vulgi in eosdem errores rapiamur. Primo quidem religio chriſtiana locum fecit iuri, marchetae propemodum ſimili, at diuerſo tamen, quo epiſcopi, Galliae inprimis, a coniugibus nouellis exegerunt ſportulas, propterea quod in capitularibus Regum Francorum ſcriptum erat *): *Et biduo et triduo orationibus vacent et caſtitatem cuſtodiant, vt bonae ſoboles generentur et Domino ſuis in actibus placeant.* Quae quidem adhortatio ex canone decimo tertio Concilii Carthaginenſis Quarti promanaſſe videtur, quem GRATIANVS *in canone finali diſtinct. 23.* exhibet, in quo conjuges prima nocte, pro reverentia ipſius benedictionis, in virginitate permanere iubentur, exemplo forte iunioris Tobiae **), qui ſponſam ſurgere iubet et *nocte tertia transacta*, inquit, *concumbamus, ſumus enim liberi ſanctorum, nec decet nos coniungi ſicut gentes, quae Deum ignorant.* Hodie etiam Armenios, in Itineribus Perſicis OLEARIVS refert, trinis noctibus religionis cauſa a Venere abſtinere. De hac eccleſiaſtica conſuetudine igitur accipio, quod CHARONDAS ***) narrat, anno 1409 contra Epiſcopum Ambianum ſententiam latam fuiſſe, licet ille receptam in dioeceſi conſuetudinem, a coniugibus nouellis pro licentia concubitus pecuniam exigendi, liquide probaſſet, ac breui poſt alium etiam Abbatem in ſimili cauſa cecidiſſe, non aliam ob rationem, niſi quod ſenatui haec conſuetudo videbatur rationi et bonis moribus contraria. Quae cum ita ſint, PAPEBROCHIO merito ſubſcribimus, qui Choppinum, Borellum aliosque, epiſcopis atque canonicis concumbendi ius cum vaſallorum ſponſis attribuentes, ambiguitate rerum deceptos putat, neque enim hos virginitatis primitias ſibi arrogaſſe, ſed tantummodo veniam et diſpenſationem a precibus triduis certa pecunia conceſſiſſe. Ac licet Papebrochium hoc ideo excogitaſſe, vt maculam impuritatis abſtergeret clericis, putet GVNDLINGIVS, ſibique potius perſuadeat, ius primae noctis cum ipſis praediis ad eos tranſiſſe a nobilibus, qui id antea exercuiſſent, tamen Gundlingio non aſſentior, quod Gallos tale impudicum ius, quale apud Anglos vſitatum, tenuiſſe nondum probauit. Hanc eccleſiaſticam conſuetudinem, caueatis igitur, ne cum iure primae noctis et Anglorum marcheta porro confundatis.

*) Capitular. Reg. Franc. Lib. 7. cap. 463.

**) Liber Tobiae cap. 8. verſ. 3.

***) CHARONDAS Lib. 7. Reſp. du droit François Reſp. 79. pag. 222.

Est praeter hanc alia quaedam, cum iure primae noctis saepius, at perperam comparata, dominorum nobiliumque potestas iure gentium data atque concessa, a seruis suis pro libertate matrimonii pretium exigendi. Cum enim homines proprii nequidem corporis sui potestatem habeant, et manifestum sit, seruorum ancillarumque sine domini consensu nuptias ipso iure nullas esse, hi quidem callide consensum vsque denegarunt, donec coloni eum nummis extorsissent. Hac ratione inductum, vt in omnibus seruorum nuptiis domini interessent, neque posset sacerdos munus suum peragere, nisi litteras sponsus attulisset, consensum domini significantes. Hunc morem illi, quos Britannorum consuetudo, licet turpissima, delectabat, ne Teutonica tellus ea carere videretur, ob leuissimam similitudinem ius primae noctis ex petulantia dixerunt, et barbarae marchetae omnino compararunt. Sed reuera herilis hic in seruorum et ancillarum nuptias consensus nihil cum turpi Marcheta commune habet.

Venio ad tertium maritagii genus, siue verum et genuinum maritale ius seu primae noctis, quod in Britanniae insulis natum et enutritum fuit, si quidem EVENVS III. Scotiae princeps siue regulus, virginalis pudicitiae libamenta sibi solui iussit, quam potestatem ex dominio regum eminente deriuare, immo excusare atque defendere quidam non dubitarunt. Neque vero fabula est, quae ita vulgo narratur, sed res longe verissima et vnanimi scriptorum consensu satis confirmata, vt ante maritales amplexus puellae cum rege concumberent, nisi forte eum (vereor id enim,) interdum defraudarunt.

Nouimus tamen doctissimos viros, an mos ille in ipsa etiam Britannia vnquam viguerit? in dubitationem adduxisse, ea potissimum ratione, quia de vetustissimo rege EVENO III. qui illud dicitur introduxisse, nulla in annalibus certa mentio superest. Itaque timidiores quidam, se mirum in modum diffidere historiae, ab immemorali tempore per manus traditae, immo nescire aiunt, quare principes primam potissimum noctem sibi pepigerint, cum tertiam forte aut octauam expetere vtilius fuisset. Nam id nimis laboriosum putant. Deinde fuisse indecorum et inhonestum nobilissimae iuuentuti vxoribus defloratis matrimonio iungi. At bona venia quaeso, illud solum turpe, quod insolitum. Quicquid autem mos et regionis instituta ferunt, id honor non dedecus. Itaque licet apud nos adulteria lege notentur, tamen de quibusdam Lybiae gentibus ARISTOTE-

LES *) ſcribit, communes habuiſſe vxores, qui et Garamantibus mos placuit, et Auſenſibus **) et Taprouanae inſulae populis ***). Eccur vero incredibile videatur, quod etiam in hiſtoria veteri exemplum libidinis commemorat VALERIVS MAXIMVS ****) de ſeruili tumultu in vrbe Volſinienſium verba faciens: *Serui* inquit, *primum admodum pauci ſenatorium ordinem intrare auſi, mox vniuerſam rempublicam occuparunt. Teſtamenta ad arbitrium ſuum ſcribi iubebant, poſtremo lege ſanxerunt, vt ſtupra ſua in viduis pariter ac nuptis impunita eſſent, ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius caſtitatem non antea ex numero ipſorum aliquis delibaſſet.* De quibusdam Africae gentibus POMPONIVS MELA †), SOLINVS, HERODOTVS et AELIANVS ſcribunt: nocte, qua nubunt, virgines conuiuarum omnium ſtupro patuiſſe, immo cum plurimis concubuiſſe, maximum huius diei decus viſum, per reliquum tempus pudicitiam conſeruaſſe inſignem. Eodem modo apud Adrimachitas Libyae populos virgines, antequam nuberent, offerri ſolebant regi, ille vero, ſi placuiſſent, non deprecari officium ††). Quis neſcit, Americanae gentes et quaedam Aſiaticae †††) ea in re quantum adhuc hodie liberales ſint? Quod autem regi ſuo Scoti, id aliae nationes deo. Audiamus de ea re venerabiles eccleſiae patres et primo Lactantium ††††): *Mutinus mentula erecta ſedebat, et in eius ſinum noua nupta, priusquam nouo marito traderetur, collocabatur, vt eius pudicitiam prior Deus delibaſſe videatur*, et Arnobium libro quarto: *Etiamne Mutinus, cuius immanibus pudendis horrendoque faſcino veſtras inequitare matronas et auſpicabile ducitis et optatis.* In Aſia apud Helleſpontum ſponſae ſe abluebant in fluuio Scamandro eum his verbis inuocantes: λαβε μȣ, Σκαμανδρε,

*) ARISTOTEL. Polit. II. 2.

**) HERODOT. IV. 181.

***) DIODOR. SICVL. lib. 2.

****) VALER. MAXIM. lib. 9. cap. 1. Ext. §. 2.

†) POMPON. MELA lib. 1. cap. 8.

††) PETRVS GREGORIVS THOLOSANVS de republica lib. 9. cap. 1. num. 45.

†††) Adhuc hodie regibus committi a ſponſis virginitatis honorem, tradit MANDELSLO in Itin. Italic. adde VERHVETENII Schiffarths Erzählung. ROGER in Heydenthum P. I. cap. 11. n 99. LINTSCHOTT. P. I. Nauigat. Orient. cap. 17. BARTHEMA lib. 5. Itin. c. 9.

††††) LACTANT. Inſt. lib. 1. c. 20. add. AVGVSTINVM de Civ. Dei lib. 6. c. 9. et lib. 7. c. 24.

μανδρε, την παρθενιαν. Horret animus Cimonis Atheniensis sacrilegium commemorare, qui in fluminis huius virgultis se occultans, arundinibus capite exornato, scamandri personam, in thoro variis herbis graminibusque strato, sceleratissimus egit; mirantibus foemellis inter hominis amplexus atque Dei nihil interesse. Itaque cum populis non eadem omnibus honesta videantur ac turpia, sed maiorum institutis omnia diiudicentur *) doctissimis caeteroquin viris WACHTERO **) et, qui post eum huius rei fidem labefactare studuit, GRVPENIO ***) non omnino assentior. Illi nimirum ne in Scotia quidem turpitudinem, de qua agimus, nefandam et abominabilem obtinuisse, sed coemtionem vxorum pristinam et herilem dominorum potestatem, ne quispiam seruorum sine permissu domini vxorem duceret, spurcissimae huic fabulae locum dedisse affirmant, argumento quidem admodum probabili, quod rarius liberi homines, sed in plerisque regnis ministeriales solum ac seruilis conditionis virgines marchetam soluerint. Igitur pretium, quod pro consensu datum sit, hoc nomine venire existimant. Obsecro autem, nihilne putatis esse auctoritatis in tot consentientium scriptorum testimoniis, qui hanc consuetudinem vno ore confirmant. Neque illi etiam, qui, an rex EVENVS fuerit, dubitarunt, propterea morem, quem introduxisse dicitur, negare ausi sunt. An hanc MALCOLMVS rex turpitudinem quaeso abrogare potuisset, si extitisset nusquam. Atqui abrogauit. Etenim suasu MARGARETHAE coniugis voluptati censum substituit, cuius adhuc hodie in Britannia vestigia perennant. Quid? etiam liberae foeminae non, vt WACHTER putat, solae ministeriales, primae noctis gaudia regibus addicere iubebantur. Etenim in Legibus Scotiae ****) haec obueniunt: *Sciendum est, quod secundum assissam terrae Scotiae, quaecunque mulier siue NOBILIS, siue serua, siue mercenaria, marcheta sua erit vna iuuenca vel tres solidi, et rectum seruientis sex denarii; et si FILIA LIBERI sit, et non domini villae, marcheta sua erit vna vacca, vel sex solidi, et rectum seruientis sex denarii — — Item marcheta FILIAE COMITIS est reginae, duodecim vaccae.* Hoc vero non ex herili potestate prouenire potuit, soluebatur enim a libera; neque ex canonum iure, cum non episcopo, sed regi daretur. Vnde non dubito, apud Scotos saltim

*) Quod innumeris exemplis SEXTVS EMPIRICVS probat, in libro tertio Pyrrhoniarum Hypotyposeon cap. 24.

**) WACHTERI Glossar. verb. Reit Schoß.

***) GRVPEN. in vxore Theotisca, libro germanice scripto.

****) LL. Scot. in Regiam Maiestatem lib. 4. tit. 31. apud SKENAEVM.

ſaltim nefandam conſuetudinem, vt aut primum concubitum reges et principes, aut certum pro remiſſione pretium exigerent, obtinuiſſe. Quae res eo ſit probabilior, quod iam SOLINVS in Polyhiſtore, capite vigeſimo et ſexto: venerem Scotorum regibus vagam, eosque aliorum vxoribus vſos fuiſſe, his verbis commemorauit: *Rex nihil ſuum habet, alitur e publico. Nulla ei datur foemina propria, ſed per viciſſitudines in quamcunque commotus ſit, vſuariam ſumit.* HIERONYMVS vero aduerſus Iouianum de iisdem ſcribit: *Scotorum natio vxores proprias non habet, ſed quaſi Platonis Politiam legerit, et Catonis ſectetur exemplum, nulla apud eos coniux propria eſt, ſed vt cuique licitum eſt, pecudum more laſciuiunt.* Mouet etiam, quod ille cenſus in Legibus ALFRIDI Anglicis pretium virginitatis *) appellatur, quae verba neſcio quid amplius, quam pecuniam pro conſenſu dominis ſolutam in ſe continent. Neque credibile eſt, HECTOREM BOETHIVM in Hiſtoria Scotiae rem tam indubitate et ſancte affirmaturum fuiſſe, niſi exploratam et ſatis certam eius notitiam habuiſſet. Si vero praeter conſtantem famam, et quod omnium ſermone res multisque ſeculis celebrata eſt, nihil haberemus aliud, quod in fidem nos adducere poſſet, tamen vix dubitandum fore exiſtimauerim. Nam etſi probe ſcio vagos vulgi rumores, quae ſine ſcripto percrebuerunt, multis modis corrumpi, fama tamen non eſt vlla adeo vana, quin aliquid in ſe veri contineat. Temere vix quicquam naſcitur, ac in manifeſtis etiam fabulis veri aliquid ſubeſt, vt recte ad Atticum Cicero: *Non poſſum diſſimulare, mihi famam quoque, quamuis ſit falſa, magni eſſe*, dixiſſe videatur.

Vt igitur, quae huc usque diſputata ſunt, in vnam ſummam contrahamus, Germanos quidem conſenſum herilem in ſeruorum nuptias pretio redimendas, Gallos vero eccleſiaſticam diſpenſationem et vacationem a precibus, quibus initiales matrimonii noctes tranſigendae erant, cum maritagio illo plerumque perturbaſſe, neque eiusmodi conſuetudinem in his quidem regnis vniuerſalem fuiſſe largior et concedo libenter, adeo quidem, vt ſi in Galliis aut Germania interdum primae noctis vera turpitudo obueniat, obuenire autem non poſſumus omnino negare, illam pro iure ſingulari, quod ad exemplum Scotiae dominorum hinc inde diſperſe introductum ſit, reputare malim **) ita exiſtimans, ſi per omnem Galliam Germaniamque,

*) *Dat Weorth hyre maegthedes.*

**) *Huc refero quod* BOERIVS ſcribit in Deciſ. 297. n. 17. *Ego vidi in curia Bituricenſi coram Metropolitano proceſſum appellationis, in quo Rector ſeu Curatus*

Bbb bbb b

que, vt voluptatis alienae florem domini legerent, mos admodum memorabilis atque insolitissimus obtinuisset, TACITVM de Germanis, CAESAREM

tus Parochialis praetendebat ex consuetudine, primam habere carnalem sponsae cognitionem, quae consuetudo fuit annulata, et in emendam condemnatus —— *Dici audiui et pro certo teneri, nonnullos Vasconiae dominos habere facultatem prima nocte nuptiarum suorum subditorum ponendi vnam tibiam nudam ad latus neogamae cubantis, aut componendi cum ipsis.* Ad singulares pariter consuetudines retulerim, quod TOLLIVS ad Lactantium de Mort. Persec. annotauit: *Apud nos autem*, inquit, *Traiectinae portae affixam proscriptionem nobilis dominii ante aliquot annos legi, quae inter caetera iura et priuilegia ius etiam deflorationis nouarum nuptarum continebat, quae tamen pecunia a Domino loci posset redimi.* Addo quod LAVRIERIVS in glossario iuris Gallici, sub titulo Cullagium, ex Historia Sabaudiae attulit, videlicet nobilem dominum de Prelli et Parsanni idem plane ius, *Cazzagio* dictum exercuisse, quod cum vasalli in pecuniam mutari saepius petiissent, neque tamen ille annuisset, factum esse, vt ab eo descinerint et ad Amadaeum VI. Comitem Pedemontanum transierint. Nonnulla etiam in Germania exempla huius consuetudinis obueniunt, neque tamen eo numero, vt vniuersalem consuetudinem populi probent. Collegit ea HALTAVSIVS in Glossario, sub titulo *Schurzenzius*, vbi ex Manuali siue Registro perceptorum Monasterii Bosau, haec notauit: *Anno Domini 1510* Valentin Hermann in Oseck *dedit 9.* Schilling pf. *pro nupciis filiae sue vulgariter* Puntzengeld. Item anno 1512 des Behem tochter ij. gl. Puntzengeld. Refert etiam ex LÜNIGII Corp. Iur. Feod. T. 3. p. 723. sequentia: In den Fürstenthum Querfurth lieget ein Dorf Farnstädt, denen von Geusau zugehörig —— da muß eine jede Braut vor ihrer Trauung dem Gerichts Herren drey gute Groschen bringen, welche vormals, und nur noch vor etwa 12 Jahren, der Puntzen Groschen genennet worden, und von der Braut selbst so hat müssen genennet werden. Die Gerichts Herschaft aber hat vor etwan 12 Jahren diese Benennung aus guter christlichen Wohlmeinenheit abgebracht, und spricht anjetzo die Braut, wenn sie die 3 Groschen bringet: Hier bringe ich, was ich schuldig bin. Darbey ist zu merken, daß wenn diese 3 Gr. von der Braut, ehe ihr zur Trauung ausgelautet, nicht erleget worden, der Gerichts Herschaft frey stehet, daß sie den Gerichts Knecht ins Hochzeit Haus schicken, und die sämtliche Hochzeit Speisen wegnehmen lassen mag. Den Ursprung dieses Zinses, und warum er der Puntzen Groschen genennet worden, kan man nicht finden, allein die Nachricht findet man, daß er über 150 Jahr so genennet worden. HOC EST: *In Principatu Querfurtensi situs est pagus Farnstad, quem nobiles de Geusauio tenent* —— *illic sponsa quaelibet ante benedictionem sacerdotalem debet domino iurisdictionis offerre tres bonae monetae grossos, qui olim, immo adhuc ante duodecim circiter annos, grossi cunniles appellabantur, et ab ipsa sponsa necessario ita appellandi*

REM de Gallis cum praetermittere non potuisse, sed prae caeteris omnibus accuratissime notaturos fuisse. Quod autem Scotiam attinet, varia, quae in superiori sermone attulimus, argumenta dubitare non sinunt, non esse ementitum, quod multis seculis constanti fama iactatur. Haec de marcheta.

Nunc quoniam satis lusimus, imponam nunc opellae finem, si prius ex poeta morem publicum, nam in publicis nunc versamur, quo apud Hardenbergenses, si fabula vera est, consules quondam creati per pediculum, transcripserim. Carmen est PETRI DANIELIS HVETII, qui ita scribit:

Mox Hardenbergam sera sub nocte venimus,
Ridetur nobis veteri mos ductus ab aevo:
Quippe vbi deligitur reuoluto tempore Consul,
Barbati circa mensam statuuntur acernam,
Hispidaque imponunt attenti menta Quirites:
Porrigitur series barbarum, desuper ingens
Bestia, pes mordax, sueta intercrescere sordes,
Ponitur in medio. Tum cuius, numine Diuûm,

landi erant. Sed domini iurisdictionis a duodecim circiter annis hanc appellationem bona et christiana mente abrogarunt, et iam ait sponsa, cum hos grossos affert: Hic fero, quod debeo. Ad haec notandum est, si a sponsa prius hi grossi, quam campanae ad benedictionem vocantes sileant, non soluti fuerint, domino iurisdictionis ius esse, vt lictorem in domum nuptialem mittere et dapes omnes conuiuis paratas tollere possit. Origo huius census et quare grossi cunniles dicti fuerint, penitus ignota, sed hanc notitiam reperimus, vltra 150 annos ita vocatos esse. In FALCKII Cod. Tradit Corbei. p. 657. in charta quaedam haec leguntur: *Sed et quaedam mancipia idem Conradus ad seruitium praedictae festiuitatis altari beati Viti tradidit —— quaecunque istarum foeminarum nupserit, PRO PRECIO PVDICITIAE dabit ad altare duos solidos.* Notabilis locus, quia pretium pudicitiae census ille vocatur. Haec omnia autem licet satis declarant, in pagis hisce primam noctem domino mancipitatam fuisse, nisi coniuges reluissent, nolim tamen ex iis generalem in Germania Galliaque consuetudinem argumentari. In Scotia autem, immo in omni forte Britannia, ius illud commune fuisse, sed sacerdotum hortatu abrogatum, mihi facile persuaderi patior. Qui plura scire cupiat CANGIVM et SPELMANNVM in Glossariis *v. Marcheta*, KEYSLERVM in antiquitatibus Celticis, IO. GVIL. HOFMANNVM in lib. I. Obseru. Germ. cap. 7. et 8. vbi WACHTERVM refellit, inprimis vero GRVPENII vxorem Theotiscam saepius ladautam, consulat.

Barbam adiit, festo huic gratantur murmure Patres
Atque celebratur subiecta per oppida consul.

OBSERVATIO DXLVII.

Filia mea legitimam habeto, titulus est Institutionis honorabilis.

1 Non solum legitimam liberis, sed et titulo institutionis relinquere tenemur, *Nouell. 115. cap. 3. et 4.* qui titulus non solum honorabilis, verum etiam vtilis est, propter ius accrescendi. Non sufficit ergo heredi testamentario vtcunque iniunctam esse solutionem legitimae.

Si vero testator dixerit: FILIVS MEVS LEGITIMAM HABETO, tam prope accedit ad heredis institutionem, vt haec portio titulo honorabili relicta esse videatur, quoniam legitima portio ipsius hereditatis pars est, adeoque tacitam hereditatis mentionem in se continet. Multo magis si pater dixerit vel mater: Mein Sohn sol den Pflichttheil erben. Licet enim in vtraque formula institutionis verbum deficiat, tamen satis est filium heredem, siue disserte siue implicite, nuncupatum esse. In eo honos. In lege *48. princ. ff. de hered. instit.* toleratur institutio his verbis facta: HEREDITATIS MEAE DOMINVS ESTO. Saxones etiam alia aequiuoca verba, vt *relinquo, perueniat, tribuo,* pro institutione habent. *Const. Elect. 9. P. 3.* Verba CONSTANTINI imperatoris in L. 15. C. de testam. ita se habent: *Quoniam indignum est, ob inanem obseruationem irritas fieri tabulas et iudicia mortuorum: placuit ademtis his, quorum imaginarius vsus est, non esse necessariam obseruantiam, vtrum imperatiuis et diuersis verbis fiat, aut inflexis. Nec enim interest si dicatur: HEREDEM FACIO, vel instituo, vel VOLO, vel ESTO, vel ERIT, vel MANDO: sed quibuslibet confecta sententiis vel in quolibet loquendi genere formata institutio valeat, si modo per eam liquebit voluntatis intentio. Et in postremis ergo iudiciis ordinandis amota erit verborum necessitas, vt qui facultates proprius cupiunt ordinare, quibuscunque verbis vti liberam habeant facultatem.*

OBSERVATIO DXLVIII.

Mulctae et poenae in Concursu vltimo loco locantur?

1 Aequitas iuris Romani fiscalium poenarum petitionem omnibus creditoribus postponit. *L. 17. ff. de iure fisc. L. vn. C. poen. fiscal. credit.* prae-

praeferri. At iure Saxonico, non quidem Praelationis, attamen tacitae Hypothecae iure, praefecturae electorales inter hypothecarios intuitu poenarum collocantur. *Ord. Proc. Vet. Tit.* 43. §. 5.

Magistratibus vero oppidanis et dominis iurisdictionalibus praedio- 2
rum nobilium hoc ius non competit, quoniam in Edicto die 24 Septembr. 1734 promulgato princeps hypothecam tacitam tantum sibi restituit in verbis: Unserm Fisco. Vnde dubium non est quin, si non de praefectu- 3
ris sed aliis magistratibus sermo sit, etiam in Saxonia Electorali mulctae et poenae chirographariis postponi debeant; quid quod, non solum chirographariis postponitur magistratus si mulctam residuam petat, sed etiam vsuris. *arg. O. P. R. Tit.* 43. §. 4. Quomodo enim, qui merum lucrum appetit, aliquid consequi possit, antequam suum acceperint damnum perpessi?

Formula pronunciandi haec erit: **Wenn nun nach vorstehender Po-** 4
sten Bezahlung von des Schuldners Vermögen annoch etwas übrig, so werden auch die versprochenen, so wohl als die aus dem Verzuge entstandenen Zinsen, wo sie nicht bereits angesezet, pro rata **abgeführet, immasen bevor nicht auch diese abgetragen, des Rathes zu N. (der Gerichts Herschaft zu N.) auf Berichtigung der rükständigen Geldstrafen gerichtetes Suchen nicht stat hat.**

Eadem est ratio mulctarum, quas scultetus et scabini suis conuicanis, 5
aut opifices sodalibus imponere solent, quia in his quoque merum lucrum.

Poenas priuatorum conuentionales autem huc non retulerim, quo- 6
niam ex contractu deueniunt et vt plurimum transactionem de damno in se continent, vt ex titulo Pandectarum de euictionibus apparet, vnde conuentionales poenae publicis paullo potiores.

OBSERVATIO DXLIX.

Tutoribus honorarium, attamen pusillum, interdum additur.

Tutela quidem munus publicum, *princ. Inst. de excus. tut. L.* 2. §. 2. *ff.* 1
qui pet. tut. hoc autem tale, quod in administranda republica cum

 sumtu,

ſumtu, ſine titulo dignitatis, ſubire cogimur, *L. 14. §. 1. ff. de muner. et honor. L. 214. ff. de verb. ſign.* neque a tutoribus honorarium petentibus verba Calliſtrati in Lege *33. §. 3. ff. de adminiſtrat. tutul.* obuenientia: *Sumtuum, qui bona fide in tutelam, non qui in ipſos tutores fiunt, ratio haberi ſolet: niſi ab eo, qui eum dat, certum ſalarium ei conſtitutum eſt*, ſatis apte allegantur, ſiquidem ex hoc Calliſtrati effato vix aliud deduci poteſt, quam licere magiſtratibus, ſi ipſis ita videatur, initio ſuſcipiendae tutelae honorarium definire. Non ergo dicit Calliſtratus licere tutoribus, nullo promiſſo honorario, poſt finitam tutelam tale petere.

2 Haec omnia vtut veriſſima, tamen fere conſtans conſuetudo Germaniae, (in qua etiam lucroſae quondam et fructuariae erant tutelae) eo mutauit, vt non quidem ſalarii titulo, attamen tanquam redhoſtimentum diſperditi temporis et inde in re familiari detrimenti capti praemiolum concedatur, cum nemini ſuum efficium damnoſum eſſe debeat, atque inprimis tutoribus, ſi aliquid in adminiſtranda tutela de ſuis commodis dimiſerint, huius reparatio addicatur. *L. 1. §. 9. ff. de tutelae et rat. diſtrah. act.* Vnde
3 menſe Auguſto 1770. Regimini Guelpherbytano reſpondimus: Dieweil die obhabende Verwaltung fremden Vermögens einen Vormunde zwar nicht einträglich werden und zu einen Gewinne ausschlagen darf, doch aber alzu harte seyn würde, wenn er dadurch in seinem eignen Hauswesen einige Einbuse erleiden solte, und aber in kundbarer Erfahrung beruhet, daß diejenige Zeit, so der Vormund auf die Sorgfalt seines Pflegbefohlnen und dessen Güther verwendet, derselbe für seine Person sich hätte besser zu Nuze machen und etwas verdienen können, mithin ihm etwas, zwar nicht als einen Gehalt und Lohn, doch aber für gehabte Versäumnis billig zu erlauben, welches aber der gehabten Mühe und Zeit-Einbuse, sowohl der Größe des anvertraueten Vermögens, einiger masen angemessen seyn sol, wiedrigenfals aber, und wenn er zu viel verlanget, solches auf eine Verhältnis mäsige Summe zu vermindern und auf etwas wenigeres zu sezen, der Gebrauch mit sich bringet. Adde SCHILTERVM *ad Pand. Exercit. 37. §. 177.* ENGAV *Ius Germ. §. 471.*

OBSERVATIO DL.

Actio ad repetendam dotem contra maritum ad inopiam vergentem fere inanis.

Vxor

Vxor durante matrimonio dotem recipiens marito satis dare cogitur.

Non solum veteri Pandectarum iure, *L. 20. L. 24. ff. solut. matrim. dos quemadm.* quo vxoribus hypotheca et praelationis priuilegio nondum prospectum erat, verum etiam recentioribus Iustiniani legibus, nempe nouella 97. capite sexto ita scriptum est: *Quia enim dedimus* (nempe in L. 29. L. 30. in fin. C. de iure dot.) *mulieribus electionem, etiam constante matrimonio, si male res maritus gubernet, et accipere dotes et gubernare secundum decentem modum et, si vt nostra constitutio dicit, sibimet culpam inferat, cur, mox viro inchoante male substantia vti, non auxiliata est sibi, etc.* Vnde etiam recentiores in Germania iureconsulti LEYSER *Specim. 317.* CARPZ. *P. 1. Const. 28. Defin. 69.* STRYK. *Vs. Modern. lib. 24. tit. 3. §. 8.* idem remedium repetendae dotis adhuc hodie obtinere, existimant. Valde tamen hanc actionem periculosam esse, sequentes Decidenti Rationes docebunt, mense Decembri 1770. Pirnensi praefecto transmissae. 1 2 3

4 Obwohl Beklagter, daß Klägerin ihm 2000 Thaler ein und zugebracht, sowohl auch dieses, daß er ihr, da sein Ritterguth Schulden halber bereits sequestriret sey, keine Sicherheit zu bestellen vermöge, unbewunden eingeräumet: solchemnach aber, daß wenn Klägerin, durch tüchtige Bürgen oder Pfande, dem beklagten Ehemanne oder dessen Erben oder Gläubigern Sicherheit dahin zu bestellen vermöchte, daß auf ihrem etwa noch bey des Ehemannes Lebzeiten sich ereignenden Todesfalle, jene nicht gefährdet, sondern sothane 2000 Thaler nichts desto weniger den mobiliar Erben zufallen solten, ihr das Heyraths Guth noch währender Ehe ausgezahlet werden müsse, mit vielen Scheine Rechtens zu behaupten stünde, und dann Klägerin ferner, daß nicht allein des Ehemannes Ritter-Guth, so er in einem übertriebenen Preise für 18000 Thaler erkaufet, bereits mit 4000 Thaler, und wiederum mit 3000 Thaler ausdrüklicher Hypothek behaftet, sondern auch wegen einer chirographarischen Schuld von 7000 Thalern und davon rükständigen Zinsen, an 800 Thalern, die nur gedachte Sequestration angeleget sey, beygebracht und, da er hierüber sich in französische Kriegsdienste begeben, sie von ihm einigen Unterhalt (welcher doch so gar des Mannes Gläubiger, wenn sie den Niesbrauch von des Weibes Einbringen, so lange der erste lebet, verlangen, des Schuldners

ners Eheweibe zu reichen verbunden) künftig nicht erhalten dürfte, anführet; Ueber dieses alles annoch, daß wenn auch Klägerin auf Herausgabe des Ehegeldes derer 2000 Thaler gerichtetes Suchen unstathaft wäre, doch wenigstens Beklagter auf alle Fülle wegen lezterwähnten Unterhaltes für schuldig zu vertheilen sey, dafür gehalten werden möchte.

6 **Dennoch aber und dieweil** wenn ein verschuldeter Eheman dem Weibe wegen ihres Einbringens nur einigermasen Sicherheit zu bestellen vermag, die auf Herausgabe des Heyraths Guthes angestelte Klage hierdurch alsobald vereitelt wird.

cap. 7. X. de donat. inter vir. et vx.

Wie denn auch dem verarmten Ehemanne allenfals nur die Verwaltung, nicht aber der Genus, vielweniger das bürgerliche Eigenthum der Mitgift entzogen werden kan, und Beklagter annoch ein Ritterguth besizet, wodurch Klägerin ihres Einbringens halber, kraft des stilschweigenden Pfandes, satsam gesichert, indem sie allerwenigstens der chirographarischen Schuld von 7000 Thalern, nebst deren Zinsen vorgehet, und wenn gleich Klägerin, wasmasen es leicht geschehen dürfte, daß bey einer langweiligen Sequestration, wobey ein Guth meist gar sehr verringert wird, sie entweder ihr Einbringen gar verliehren, oder doch wenigstens unterdessen keinen Unterhalt haben könte, in der Klage neben bey zu erkennen gegeben, sie doch auf Dareichung des leztern vorjezo nicht geklaget, sondern die Schlusbitte lediglich auf die Herausgabe der eingebrachten 2000 Thaler gerichtet: Nicht zu gedenken, daß solche Erwähnung des ihr zur Zeit noch nicht entzogenen Unterhaltes, auf eine Beschwerde über noch unbeschehene Dinge hinaus läuft, bey welchem allen gleichwohl derselben, wenn sie ihr Vorbringen auf andere Art begründet, annoch solche Forderungen (*Rhapſ. Obſ. CCXXXVIII.*) jedoch nur dergestalt freystehet, daß wenn sie aus dem sequestrirten Guthe keinen Unterhalt empfängt, sie auf Eröfnung des Concurses antragen und mit den übrigen Gläubigern, des Vorzuges halber, verfahren kan, wannenhero sie nicht schlechterdinges, sondern nur angebrachter masen abgewiesen zu werden verdienet, welches gleichwohl nicht hindert, daß die Unkosten (*Rhapſ. Obſ. CXXIII.*) gegen einander aufgehoben werden können.

OBSER-

OBSERVATIO DLI.

Vidua regnantis quondam principis, vel alia foemina illustris sine curatore in iudicio nihil agit.

Non solum Facultas iuridica Lipsiensis anno 1771. verum etiam summus prouocationum senatus anno 1653 ita respondit. Facile autem intelligitur, me de iis solum regionibus loqui, in quibus, vt in Saxonicis, mulieres curatore sexus opus habent, si rem maioris momenti suscipiant.

OBSERVATIO DLII.

Ianuam in vicini fundum ne aperias.

Fenestras aperire in pariete tuo, vt lumen ex vicino fundo haurias. Alia ratio ianuae, ex qua non oculis sed pedibus exspatiari possis. Nam inuito altero fundum eius introire inter iniurias reputatur. *L. 20. §. 1. ff. de seruil. praed. vrb.* KOCH. de *Iure Vicinit. cap. 8. num. 3. et 10.*

OBSERVATIO DLIII.

Regale possidens titulum edere non tenetur.

Ex variis iuris canonici locis: *cap. 26. §. praeterea X. de verb. significat. Cap. 7. de priuil. in 6to* magni nominis doctores et inter hos STRYKIVS *de Necessit. edend. tit.* MEVIVS *P. 1. Decis. 44. Decis. 102. num. 12. P. 2. Decis. 407. num. 45.* colligunt, nudum possessorium in regalibus defendendis locum non habere, sed praeter possessionem etiam titulum edendum esse. Sed leges allegatas id non loqui, quod probare debebant, ex instituto docuerunt BILDERBEKIVS in der Jagd Deduction *pag. 161. et* STRVBE von Regierungs und Justiz Sachen *pag. 99. seq. et 125. seq.* His ipse accedo atque ita argumentor: si verum est, per immemorialis temporis praescriptionem regalia adquiri, vti est verissimum, *Recess. Imper. d. a. 1548. §. 56. 59. Decis. Saxon. quarta d. a. 1746.* WERNHER *P. 4. Obs. 5. num. 93. seq.* si, inquam, hoc verum est, consequitur solam possessionem tueri eos, qui regalia possident. Si enim plane inutilis esset sine titulo possessio, quomodo regalia adquiri possent per praescriptionem, eamque

immemorialem, quae tota, quantacunque eſt, poſſeſſioni ſoli innititur, et per ſuam naturam titulata eſſe nequit. Nam ſi titulum h. e. initium allegare poſſumus, non eſt immemorialis, quam allegamus, praeſcriptio. Diximus idem iam ſupra pluribus *Obſ. CXLVI.*

OBSERVATIO DLIV.

Foemina et maſculus chirographum ſubſcribentes.

Si maſculus et foemina pro Maeuio fideiuſſerint, ſubducta foemina mas ſolus tenetur. *L. 48. ff. de fideiuſſ. et mandator.* Hoc noſtris moribus extenditur etiam ad eum caſum, ſi foemina et mas chirographum ſubſcripſerint, etiamſi illa non fideiuſſorie ſed principaliter tanquam debendi correa ſubſcripſerit, ob metum palliatae fideiuſſionis, quae fere praeſumitur. Nec tamen ita praeſumitur, vt contrarium probare non liceat. Ergo ſi vxor ſimul rite citata emaneat, hanc exceptionem amittit, vt alio tempore docebimus.

Si vero mulier, immo vxor, ſe pecuniam mutuatam accepiſſe profiteatur, atque maritus tanquam fideiuſſor aut etiam tantum, qua tutor eſt vxoris legitimus, ſubſcripſerit, aduerſus vxorem tenet actio, quia foemina etiam maritata principaliter contrahere non prohibetur. *L. 28. ff. ad SCt. Velej. L. 2. L. 13. C. eod.* CARPZ. *Conſt. XV. P. 2. Defin. 14.*

OBSERVATIO DLV.

Nimia in coeundo difficultas comparanda impotentiae, inprimis ſi elapſo triennio coniuges nondum vna caro facti ſint.

Matrimonia nulla declarantur ex nunc, non ex tunc.

Signa potentiae vel impotentiae valde ambigua.

1 De diuorto ob inhabilitatem agitur in Decretalibus ſub titulo *de frigidis et maleficiatis.* Frigidos autem non eos puto, qui plane nihil poſſunt, verum etiam languidiores, ſi quidem haec verbi genuina ſignificatio. Sic frigus in amore non ipſa inimicitia eſt, ſed quaedam amoris et amici-

tiae

tiae remissio, nam frigus aestui affectuum opponitur. Hinc de annoso caballo VIRGILIVS:

Frigidus in Venerem senior.

Anne satisfacere officio suo maritum dixeris, qui vix semel in anno, aut in 2
lustro ter vxorem compresserit, atque insuper grauatim? Fere non est,
quod rarissimum est; et grauis difficultas impossibilitati comparatur. (*Obs.
LX. et CCCLXVI.*) Ergo, si quis officium maritale interdum quidem subeat, sed opera non mediocri et difficilius, quam Troia capi possit, in tali vxor parum solatii habebit. Immo crediderim, etiam si vna caro facti sint atque insuper, alterius forsitan ope, liberos procrearint, sed difficultas nimia statim ab initio adfuerit, dissolui matrimonium posse, non solum propter ipsam difficultatem et impotentiam, verum etiam quodammodo propter fraudem eius, qui suae debilitatis conscius talem contractum iniit, habilitatem corporis maxime respicientem. CARPZ. *Iurisprud. Eccles. lib. 2. defin. 200. num. 9. et 17.* Parum ergo fuerit ac propemodum nihil, dixisse: Aegre,
sed tamen contigit. Neque mihi videtur membri sola medico demonstrata 3
rigiditas rem conficere et ex ea consequi, vt qui erigere possit, separari non debeat, cum hominem, qui abnormiter crassis et monstrosis genitalibus turgeat, erigere nemo dubitet, neque tamen diuortium, si vxor postulet, is declinare possit. Fallax ergo et fragile hoc habilitatis indicium. Quod
autem dixi matrimonium cum valde infirmo contractum, pro nullo decla- 4
randum esse, sic velim intelligi: non ab initio nullum videri, sed tale coniugium, usque ad sententiam cum putatiuo matrimonio conuenire. Nam quousque laesa non agit adeoque sciens volensque cum frigido viuit, eum si non pro marito tamen pro fratre habetur, vt dicitur in *can. 2. Caus. 33. Quaest. 1. cap. 4. X. de frigid. et malef.* Neque enim possent grauiori, quam stupri simplicis poena affici, qui ob coniugis impotentiam cum aliis se miscuerunt, si tale matrimonium ab initio nullum esset, neque eiusmodi coniugium, quod quis volens atque sciens cum infirmo contraxit, successionem statutariam aliaque iura procrearet, quod tamen fieri quotidie videmus. Adeo-
que non est absolute nullum. Nos nomine consistorii Stadensis Mense Ia- 5
nuarii 1770 hanc sententiam tulimus: Obwohl Beklagter für sich anziehet, daß weil die Aerzte bey der Besichtigung ihn nur für einen schwachen Man, nicht aber schlechterdings für unvermögend gehalten, dieses ihn satsam schüze, daß die Ehe nicht getrennet werden könne, weil die Rechte zur Ehescheidung ein durchgängiges Unvermögen zu erfordern scheinen, derje-

nige aber, der doch zuweilen nur einigermasen seiner eheligen Schuldigkeit Genüge leisten kan, an und für sich selbst als untüchtig kaum geachtet werden möge, also, da zum Beweise der Tüchtigkeit weiter nichts, als die Aufrichtung des mänlichen Gliedes, welche Beklagter bewirket, erforderlich sey, daß er sofort von der angestelten Klage entbunden und losgesprochen werden müsse, es das Ansehen gewinnet.

6 **Dennoch aber dieweil** Beklagter den Grund der Klage, daß er nehmlich Klägerin seit denen 3 Jahren, als sie ihm angetrauet gewesen, nicht einmal geküsset, geschweige denn die eheliche Pflicht ihr geleistet habe, abzuleugnen nicht vermocht, er aber noch in seiner besten Jugend, und beständig mit ihr in einem Bette gelegen, mithin schon allein hieraus, wie wenig zum Beyschlafe er natürliche Triebe bey sich empfinden müsse, abzunehmen, so daß es fast keines weitern Beweises bedurft hätte, weil, da er übrigens mit Klägerin friedlich gelebet, wohl zu glauben, daß wenn ihm nur einige Neigung zu ehelichen Werken angewandelt, er sie hierzu gar leicht hätte bereden mögen; da dieses aber nicht geschehen, die gröste Wahrscheinlichkeit erwächset, daß der Beyschlaf blos wegen seiner kalten und schwachen Natur unterblieben sey, auser solcher starker Präsumtion aber noch das Gutachten derer Aerzte die Sache in ein grösseres Licht sezet, indem, ob er gleich Anfangs unter vorgegebener Krankheit die Besichtigung verschiedene mal verzögert, es dennoch dahin gediehen, daß, da solche länger aufzuhalten nicht weiter möglich gewesen, endlich derselbe sich zwar dazu bereit finden lassen, jedoch das Aufgegebene zu leisten unvermögend gewesen, worauf und nach anderweitiger Gestellung er am dritten Januar 1768 abermals alle seine Mühe diesfals bey dem Aerzten vergeblich angewendet, und als er nächstkommenden 1sten Februar sich wieder zur Prüfung eingefunden, dieselbe so übel abgelaufen, daß die Aerzte sich überzeugt gehalten, wie er auch bey einem neuen Versuche nichts mehr, als vorhin, erweisen werde: Endlich bey dem lezten Augenscheine allererst nach einer drey viertelstündigen Bemühung erectio et eiaculatio, und zwar beydes zusammen in einem Zeitpuncte, erfolget, wobey sein mänlich Glied sogleich nach entgangenen Saamen wieder schlaf geworden, da denn bey solchen Umständen die Natur-Erfahrne, deren Prüfung er untergeben gewesen, einstimmig: daß solches eine grose Schwachheit, Kälte und Unempfindlichkeit der Zeugungsglieder andeute, solchemnach aber sie Beklagten für einen sehr schwachen Man in Ausübung der ehelichen Pflicht halten und erken-

erkennen müssen, sich geäusert, auf welches Beweismittel der Besichtigung gleichwohl in dieser Sache alles in allen gestellet gewesen, mithin eine jede andere Beybringung überflüßig und vergebens seyn würde, immasen Beklagter mit dergleichen nun weiter nicht zu hören; bey welcher der Sache besonderer Beschaffenheit auch die von ihm unternommene Gewissens Rührung: Daß nämlich vielmehr Klägerin aus Eigensinne sich dem Beyschlafe selbst widersezet, nicht allein deswegen, weil, wie oben erwähnet, der Umstand, daß unter Eheleuten, die sich im übrigen wohl vertragen, und seit so vielen Jahren in einem Bette geschlafen, wohl zu vermuthen, daß wenn Beklagtens Begehren ihm ein Ernst gewesen wäre, Klägerin nicht alle und jedemale ihm es versaget haben würde, wider ihn streitet; sondern auch, und zwar hauptsächlich, darum für unstathaft zu halten, weil, da einmal seine äuserste Schwäche, welche der gänzlichen Untüchtigkeit nahe trit, erwiesen, auf die vorgegebene Verweigerung des Eheweibes nunmehro weiter nichts ankommet, vielmehr gewisser masen einen Widerspruch in sich fassen würde, wenn man die Widersezung gegen einen Untüchtigen, durch den Eid, welcher doch nicht leicht und ohne Ursache zu verhängen, ergründen wolte, solchemnach und da von beyden Theilen, daß sie noch niemals durch den Beyschlaf ein Fleisch worden, eingeräumet und die äuserste Schwierigkeit das eheliche Werk zu volbringen, sich bey Beklagten durch den Augenschein zu Tage geleget, Klägerin in einem Stande, der zu Ausschweifungen und Unzucht mit andern Manspersonen leicht Anlas geben könten, wider Willen länger nicht zu enthalten, in mehrerer Erwegung, daß die Ehen nicht allein das Kinderzeugen, sondern auch hauptsächlich die Befriedigung fleischlicher Begierden, (*Obs. CCCXCI.*) welche Beklagter so wenig zeither zu verschaffen im Stande gewesen, als dergleichen für das künftige von ihm zu verhoffen, zum Endzwecke haben, So ist ꝛc.

OBSERVATIO DLVI.

Iudaei in successionibus leges Mosaicas non impie respuunt.

Iudaeos legibus ciuitatis, in qua tolerantur, obnoxios esse, tralatitium est, attamen dubio non caruit in singulari causa ad nos ex Franconia mense Martio 1772 transmissa. Rem omnem rationes dubitandi et decidendi satis luculenter exponent, quas decerpere et huc transcribere placet:

Obwohl einige ältere sowohl neue Rechtslehrer und unter solchen,

BEK *Tract. de Iur. Iudaeor. cap. XI. §. 12.* SENKENBERG. *Diss. de Iur. et Priuil. Dot. quoad mulieres Iudaeas cap. 2. §. 8.* HILDEBRAND. *de Iurisdictione vniuersa cap. 18. Posit 4.*

daß bey denen Intestat Erbschaften unter denen Juden das Mosaische als das besondere, jenes gemeine Recht, nach welchem die übrigen Unterthanen beurtheilet werden, ausschliese zu behaupten suchen, nach welchen

Numeror. XXVII. vers. 28.

wenn ein Man stirbet ohne Söhne, die Erbschaft der Tochter, und wenn diese nicht vorhanden, seinen Brüdern gegeben werden sol, wannenhero des Verstorbenen Moses Bruder Samuel, daß gegenwärtige Sache nicht von dem weltlichen Richter, sondern durch die Rabbinen entschieden werden, und er des Verstorbenen Geschwister Kindern in Erbe vorgehen müsse, die Gedanken heget, welches in gegenwärtigen Falle, daher eine besondere Wahrscheinlichkeit gewinnet, weil, wenn Samuel die Witbe heyrathen und, wie es ehedem erfoderlich, seinem verstorbenen Bruder Nachkommen erwecken dürfte, die Geschwister Kinder nach Mosaischen Rechte ein solches sich gefallen lassen müsten: dieses aber gewissermasen eine Folgerung des ehemaligen Gottesdienstes, und derer darauf sich gründenden bürgerlichen Geseze scheinet, wie denn der von Samuelen, als der Witbe Schwager, angegebene Umstand in Acten nirgend widersprochen wird, daß die Witbe sich eher nicht wieder verheyrathen dürfe, als bis sie von ihm als des verstorbenen Mannes Bruder einen Freyspruchs Brief, Chelica oder Challize genant, durch einen Rabbinen mit besonderer Feyerlichkeit erhalten habe, jedoch aber bis dahin ihr Lebens Unterhalt aus des Verstorbenen Vermögen, oder von des Mannes Bruder gereichet werden müsse, und dann bekannt, daß wenn eine Landes Obrigkeit Juden einmal duldet, sie ihnen nichts zumuthen müsse, welches ihre Geseze und ihre Religion bekränke, sintemalen, wer ihnen das mehrere, nehmlich Synagogen erlaubet, ihnen das geringere nicht verweigern darf, oder wenn er dieses thun wil, sie nicht dulten muß.

Dennoch aber und dieweil diejenigen Geseze, welche sich auf die ehemalige Staats Verfassung des Jüdischen Volkes gründen, heutiges Tages nothwendig ihren Abfal leiden, indem selbiges, da es kein eignes Land

Land mehr besizet, unter fremden Völkern zwar geduldet wird, hingegen aber keine Policey zu veranstalten hat, vielmehr nach Masgebung ausdrüklicher Geseze

L. 8. C. de Iudaeis.

alle Juden dem Römischen Rechte, so wie andere Unterthanen, unterworfen, womit auch die besonders denen Frankfurter Juden von Kaiser Karl den Fünften 1551 Maximilianen dem Andern 1570, und Rudolphen den Andern von Jahr 1582 ertheilten Freyheits Briefe übereinstimmen, folglich nur einzig und allein in Sachen, die unmittelbar den Gottesdienst betreffen, als welcher freylich allemal ohne Zwang verbleiben muß, ihre Geistlichen urtheilen mögen, dahin aber Erbfolgen keinesweges zu zählen, sintemalen was von dem Bruder desjenigen, so ohne Kinder verstirbet, in Mosaischen Gesezen vorgeschrieben, sich lediglich auf die Abtheilung des Landes Canaan in die Stämme gründet, folglich da die Ursache und der vormalige Grund des Gesezes nicht mehr vorhanden, nothwendiger Weise das Gesez selbst dahin fallen muß, BOEHMER *I. E. P. lib. 5. tit. 6. §. 59. et 61.* und dagegen nicht einzuwenden stehet, daß nicht selten dergleichen Erbschaften von denen Rabbinen zeither entschieden worden, sintemalen, wenn sämtliche Erben hierinnen einig, sie die Sache auf deren, so wie auf eines jeden andern Schieds Richters, Ausspruch wohl ausstellen können, welches aber, so bald die Erben uneinig und die Sache zur rechtlichen Ausführung gedeihet, in denen Gerichten als eine Gewohnheit keinesweges angeführet werden kan, so ist, rc.

OBSERVATIO DLVII.

Parentes, liberis si viliori pretio fundum vendiderint, frustra ad L. 2. C. de resc. vendit. *prouocant.*

Ius Retractus itidem cessat.

Scienter et vltro qui se laedi patitur, et optat laedi, eum de laesione conqueri non posse, superius demonstratum (*Obs. V. et CCCCXXXI.*). Id potissimum contingit in parentibus pretio leuiori patrimonium vendentibus, quoniam subesse dicitur quasi anticipata successio. 1

Nec

2 Nec audiendus extraneus qui Retractum exercere atque idem pretium, quod filius patri soluit, offerre cupiat. Cessat enim eo in casu retrahendi ius. RICHTER *Decis. 76. num. 53.* LEYSER *Specim. 192. Med. 1. et 2.*

OBSERVATIO DLVIII.

Si quis, actione personali coram suo iudice conuentus, executionem in fundum alteri iudici subiectum pro realiter facta *agnoscat, omissa etiam annotatione in libris Consensualibus, tamen creditori ius reale adquiritur.*

1 In Ordinatione Processus Recognita ad Tit. 47. §. vnic. disponitur: *Executionem, sumtibus parcendi et ignominiae auertendae causa, debitori licet pro facta agnoscere, si apud iudicem, coram quo lis peracta, litteris aut*
2 *verbis id declaret.* Quid autem si praedium, in quod executio pro peracta habetur, sub alio magistratu situm sit, et debitor quidem coram *iudice processus*, se executionem pro realiter facta reputare, declaret, hic autem, quem *processus iudicem* appellaui, per Requisitoriales, vt facere debebat, iudici rei sitae eam rem non denunciet, adeoque annotatio in libros consensuales omittatur?

3 Acciderat id Lipsiae, cum ciuis Academicus a Crusia conuentus in Concilio 1764 declararet: se executionem in domum oppidanam pro realiter facta agnoscere. Id omne ignorabat Senatus Vrbis, adeoque, cum longo post tempore, nempe anno 1768 idem debitor domum suam cuidam, quem Dietium vocabimus, oppignoraret, nulla Senatui oppidano dubitatio, hanc hypothecam Dietianam confirmandi. Huius itaque, non Crusiae, nomen in libris consensualibus apparebat. Coorto concursu, Crusia et Dietius certabant, quis potior esset?

4 Videri poterat praeceptum executiuum et annotationem in libris hypothecarum publicis ius in re demum tribuere, *arg. O. P. R. ad tit. 39. §. 10.* Dietioque nihil imputari, Crusiae vero in culpam verti posse, quod non illico notificationem rei in concilio Academico gestae Senatui ciuitatis fieri curauerit et per annotationem in libros consensuales ius reale firmissimum sibi adquisiuerit; adeoque, fictam illam immissionem meris verbis factam non plus operari, quam ipsam veritatem, existimare possis, inprimis

mis cum MENKE *in Disp. ad Processſ. ad tit.* 47. §. 2. *pag.* 828. et RIVINVS *tit.* 47. *Enunc.* 4. diſerte ſcribant: Solam verbis factam agnitionem executionis aut immiſſionis pignus iudiciale, adeoque ius reale, non tribuere.

Attamen cum hi ſcriptores magis ad *veterem*, quam nouam Ordina- 5
tionem proceſſus reſpiciant, et noſtra pronunciandi formula in FLAVIO
GERMANICO *ſ. v.* Concurs *p.* 141. ita habeat: Vermöge des am 2 Febr.
1750 durch volſtrekt gehaltene Hülfe erlangten dinglichen Rechts, nobis
Cruſia prior, potiorque viſa, quia fictio idem operatur, quod veritas. Nam
et *iudex proceſſus* in tribuendo iure reali iudex interdum competens, cum
is etiam ſubhaſtationem pertinentiarum alibi ſitarum iuſte peragat. *O. P.*
R. ad tit. 39. §. 11. Conſentit nobiſcum KRAVSIVS *Tr. ad Proceſſ. Lib.* 1.
cap. 6. *Sect.* 4. §. 17. 19. *et Lib.* 2. *cap.* 5. §. 37. SCHAVMBVRG *Proceſſ. pag.*
310. §. 21. Decidendi Rationes, quas ſententiae adiecimus, cur reticeamus, 6
his circiter, ſi recte memini, verbis conceptas? Dieweil nach Masgebung der Erläuterten Proces Ordnung ad Tit. 47. die Erklärung eines Schuldners, daß er die Hülfe für volſtreket halten wolle, als eine ficta executio, ohne alle Einwilligung des Richters erfolgen kan, und eben die Wirkung hat, als wenn ſie in der That volſtreket worden wäre, folglich ſogleich von Zeit dieſer Erklärung an, das dingliche Recht entſtehet, welches die unbeweglichen Güther, wenn ſie auch unter einer andern Gerichtsbarkeit gelegen, dergeſtalt beſtriket, daß die Obrigkeit, worunter das Grundſtük gehöret, keine fernere Hülfe anordnen oder volſtreken darf; Uebrigens der in der Erläut. Proces Ordnung Tit 39. §. 10. zu ertheilen vorgeſchriebene Hülfſchein, und Eintrag in das Pfand-Buch an und für ſich kein dingliches Recht wirket, ſondern blos des Andenkens und beſſern Beweiſes halber ertheilet zu werden pfleget.

KNORR Anleitung zum Proceſſe cap. 27. §. 9.

Daher auch, wenn ſothaner Hülfſchein von dem Iudice rei ſitae verweigert wird, ſolches dem Gläubiger (als welcher ſein dingliches Recht bereits durch des Schuldners Erklärung, keinesweges aber durch den Hülfſchein erlanget) zu keinem Nachtheile gereichen kan, bey welcher Bewandnis, Diezens erlangtes dingliches Recht, neuer, mithin jenes von 1764 als der Zeit, da der Schuldner vor ſeiner ordentlichen Obrigkeit ausgeklaget und die Erklärung wegen der Ueberlaſſung gerichtlich gethan worden, vorzüglicher. So iſt ꝛc.

Caete-

7 Caeterum executiuum praeceptum, den Hülfschein, vtrum iudex processus, an iudex rei sitae ab illo requisitus tribuat? vide in *O. P. R. ad tit. 39. §. 1.* Hic Lipsiae Senatus Vrbis a Rectore Academiae solet requiri, vt creditori Attestatum huius fictae executionis (den Hülfschein) tribuat, sed, vt diximus, omissio huius rei creditori ius semel adquisitum nullatenus aufert.

OBSERVATIO DLIX.

Gnarus esse debes conditionis eius, cum quo contrahis.

L. *19 ff. de reg. iur. L. pen. ff. de SCt. Maced. L. 48. ff. de fideiuss.* Immo et gnari esse debemus conditionis rerum, de quibus negotium inimus. *L. 2. C. de furt. et seru. corr. Ordinar. Processs. Saxon. ad tit. 39. §. 11.* Vide Obseruationem inferiorem DLXXXI. de Oneribus fundo inhaerentibus emtori occultatis.

OBSERVATIO DLX.

Fundo belli tempore, quo viles nummi valebant, vendito, nulla facta certae monetae mentione, *si fidem venditor de pretio habuerit, hoc residuum emti pretium non degenerat in mutuum, sed aequiparatur* **denen Tagezeiten.** *Adeoque emtor meliores nummos soluere compellitur.*

Item meliores nummi debentur si, nulla facta certae monetae mentione, emtor in mora soluendi sit?

Nouatio non est sine animo nouandi.

1 Verba Edicti die 18 Iun. 1763 in Saxonia emissi §. 10. ita habent: Bey denen währenden Kriegesläuften über unbewegliche Güther bedungenen Termin- Jahr- und Tage-Zeiten, ingleichen Pacht- Mieth- Erb- und Lehnzinsen, auch andern von übergebenen oder eingeräumten Immobilien herrührenden annuas praestationes betreffende Contracten, ist die Zahlung derer nach Publication unsers Münz-Mandats (den 14 May 1763) eintretenden Termine, in so ferne der Münzsorten halber ein anders nicht ausdrüklich bedungen worden, denen diesfals hauptsächlich vorkommenden Umstän-

Umständen nach, in Conventions Gelde zu leisten. Jedoch sol in Fällen, wo aus dem Contracte ein anders zu inferiren, oder daß die Contrahenten diesfals eine andere Absicht gehabt, beyzubringen wäre, das Arbitrium des Richters nicht ausgeschlossen seyn. Iam quaestio saepe coorta: si in contractu tempore belli inito dictum esset: Es verkaufet Carl sein Haus an Heinrichen um 600 Thaler, und zwar die Hälfte baar, die übrigen 300 Thaler aber bleiben zinsbar auf dem Guthe stehen, so lange es dem Käufer beliebt, gegen halbjährige Aufkündigung, quaesitum, inquam: vtrum haec summa residuum pretii haberi putarique possit, anne vero, facta quasi nouatione, in mutuum degenerasse videatur? Nam in mutuo certum est, meliores nummos non solui, quam qui tempore contractus accepti sint. In tali causa collegium nostrum pronunciare solet: hanc nouationem talem non esse, vt memoriam originis tollat. MENKE *Pandect. lib. 46. tit. 2. §. 1.* Nam, cum in contractibus initium spectandum sit, (*Obs. CCLXIV.*) tale residuum indistincte habendum esse für Termine und Tagezeiten. Etenim nouatio non est, nisi animus nouandi disserte exprimetur *L. fin. C. de nouat. et deleg.* nisi itaque id fiat, prior obligatio manet et posterior tanquam accessoria quoque rata manet. *L. vlt. C. quibus modo oblig. toll.* non vt immutet pristinam obligationem, sed vt arctiore vinculo magis constringat et firmet. Cessat nimirum ratio legis, quae in mutuo meliores nummos accipere prohibet, nempe vsuraria prauitas; nec dici potest, venditorem plus accipere, quam dederit, cum nullos plane emtori nummos soluerit, sed praedium ei vendiderit. Verba sententiae adscribam: Dieweil die 2
Zahlungszeit erst nach dem Münzmandate von 14 May 1763 eingetreten, und in dem aufgesezten Kaufbriefe zwar ein ungewisser Tag der Zahlung, jedoch aber ein solcher, der zu seiner Zeit gewis werden müssen, anberaumet worden: solchem nach aber der Rükstand für Tagezeiten anzunehmen, sintemalen die blose Verzinsung einen Contract zu keinem Darlehne machet, indem nichts ungewöhnliches, daß auch bey rükständigen Kaufgeldern Zinsen bedungen werden, rc. Sed hoc tantum singulare in hac sola monetae mutatae materia. Alias vero si emtio aut alius contractus in chirographarium contractum mutetur, nouatio est, inprimis si causa pristina debendi non sit expressa *§. 3. Inst. quib. mod. oblig. toll. L. 1. §. 1. L. 2. ff. de nouat.*

Multo ergo magis probior pecunia ab emtore praestanda, si in mora 3
soluendi fuerit, quo facto nos mense Dec. 1773 ita pronunciauimus: Die-

weil, wenn bey baar zu entrichtenden Kaufgeldern die alsofort versprochene Zahlung nicht erfolget, die Rükstände der nachher bezahlten Zinsen ungeachtet, als Termin Gelder angesehen zu werden pflegen, folglich der Inhalt §. 10. des am 18 Juni 1763 ins Land ergangenen allergnädigsten Befehles, hier seine Anwendung findet rc. Accedit auctoritas Constitutionis Elect. 28. P. 2. quae resarcitionem damni imponit debitori, qui moram in soluendo committit. Iam vero cum certissimum praesumendum sit, semper creditorem ex mora debitoris damnum pati, sed quantitatem damni demonstrare difficillimum, praestationem melioris monetae pro praestatione damni accipere non iniquum puto, vt creditor a difficillima probatione damni liberetur.

4 Haec omnia tamen intelligo, si nullum genus monetae expressum fuerit: Si vero dictum sit in gangbaren Münzsorten, haec verba non de nummis, vt erunt tempore solutionis, sed vt tempore contractus erant, accipienda, nisi aliud probari possit. Est enim mera praesumtio, vt ex addita Edicti Sax. allegati limitatione intelligitur probe ponderanda: Jedoch sol in Fällen, wo aus dem Contracte ein anders zu inferiren, oder daß die Contrahenten diesfals eine andere Absicht gehabt, beyzubringen wäre, das Arbitrium iudicis nicht ausgeschlossen seyn. Nec tamen sufficit probasse: venditorem meliores nummos animo intendisse, nisi simul eadem emtoris voluntas doceatur.

OBSERVATIO DLXI.

Tutoris feodalis (eines Lehn-Vormundes) *quanta sit auctoritas et in quo consistat officium?*

1 Magna olim tutoris clientelaris, (qui proximus minorennis vasalli agnatus aut simultanee inuestitus esse, et a matre peti debet) immo tanta auctoritas, vt etiam fructus caperet; exigua vero hodie, vt vix ad aliud datus esse videatur, nisi vt inuestituram petat et in seruitiis militaribus vices minorennis vasalli sustineat, fidelitatem iuret et, ad summum, tanquam tutor non multo potentior, quam honorarius, inspicere possit an mater in allodialibus bonis tutrix data fructus feodi probe gubernet ne forte male gerendo ipsa substantia praedii aliquid detrimenti capiat. Caeterum autem nec educare pupillum nec quomodo educetur curare, ad tutoris feodalis officium pertinet, multo minus administratio ipsius praedii. Feodalis tutor

tor testamento dari non potest, licet facile soleat confirmari. Nunquam autem ipsa mater ad hanc tutelam feodalem admittitur, quia seruitiis militaribus praestandis minus idonea, vt ex Attestato Curiae Dresdensis a FLEISCHERO *Instit. Iur. Feod. cap. 8. §. 23.* allegato apparet, huius sententiae: Daß bey der Churfürstlich. Sächsischen Landes Regierung und Lehns-Curia eine Mutter zur Lehns Vormünderin nicht confirmiret, sondern derselben, wenn sie gleich sonst ihrer Söhne Vormundschaft führet, respectu der Lehns Angelegenheiten ein absonderlicher Lehns Vormund constituiret werde, und niemand ohne Vorbewust und erfolgte Bestätigung sich der Lehns Vormundschaft anmasen dürfe, wird unter vorgedruktem Churfürstlichen Canzeley Secret hiermit attestiret. Signatum Dresden den 5 Jun. 1719. Quia autem haec cura ad proximum successorum pertinet, non licet domino proximum agnatum praeterire, nisi volentem, MEVIVS *P. 2. Decis. 13.* BRVNNEMAN *Pandect. lib. 42. tit. 7. num. 25.* Dissentit tamen LEYSER *Spec. 97. Medit. 7.* 2

Attamen in Lusatia Superiori, tutore peculiari ad feodum non opus esse, sed matres omnia genere, obseruat HORNIVS, penes quem huius rei fides sit. Non hic mea facio, quae de *Tutela Illustrium* BOEHMER, GRIEBNER, aliique iurisprudentiam priuatam principum ex professo illustrantes exposuerunt, sed intra cancellos priuatorum me contineo. 3

Intra minorennitatem vasalli praesentatum a matre tutrice vacantis parochiae Candidatum memini Consistorium repudiasse, vtpote quod nulli, quam soli feodali tutori iuris patronatus exercitium permittit. 4

Cum nuperius mater tutrix a subditis filii operas exigeret, hi autem se tales debere negarent, instituta a tutrice actione excipiebant rustici, matrem ad causam non legitimatam esse, quia peculiaris tutor, qui causam feodalem curaret, minori vasallo constitutus esset. Illa vero respondere: operas ad commoda et fructus feodales pertinere, hosce autem allodiales esse. Verum hoc quidem, si de commodis indubitatis, verbi causa: de residuis nec praestitis, attamen debitis, operis aut residuo censu lis foret. Si autem hoc ipsum: an census vel operae debeantur adeoque de iure quaeratur, videtur ad feodalem tutorem potius haec actio pertinere, quoniam operae tales praedio nobili tanquam seruitutes reales debentur, eique inhaerent? Item huius agnati siue feodalis tutoris auctoritate opus est, si particula auulsa feodi vindicetur, vnde cum mater actionem talem instituisset, 5

tuisset, mense Martio 1773 respondimus: daß bey 5 Thaler Strafe klagende Vormünderin zu gegenwärtigem Processe die Einwilligung des Lehnvormundes anzuschaffen, und dergestalt ad causam sich zu rechtfertigen schuldig.

6 Caeterum Subuasallo minorenni non supremus, sed immediatus dominus feodalem tutorem constituit. Caue autem, ne dominum in Amtsassicis bonis Praefectum putes, quod ridiculum, sed in Amtsassicis feodis ipse princeps, non is, quem dixi, praefectus tutorem feodalem confirmat.

7 Caeterum etiam tutoris huius honorarii, nempe des Lehnvormundes, bona pupillo tacite oppignorari, existimo.

8 Desinit haec agnati tutela in Saxonia anno pupilli XVIII, quo quidem ad homagium admittitur et maiorennitatem feodalem consequitur. Hoc anno administratio feodi omnimoda, non quidem ipsi vasallo, attamen tutrici matri aut ordinario minoris curatori penitus committitur. BVRCH. GOTHELF. STRVVII *Elementa Iuris Feud. cap. 5. §. 97.*

OBSERVATIO DLXII.

Quo tempore feoda facta fuerint hereditaria.

Militum beneficia citius, Ducum serius hereditaria facta sunt.

Annalia quondam fuisse beneficia, non esse Longobardici iuris fabulam, ex Iulio Caesare demonstratur.

Inuestitura quondam singulis annis renouata.

Longe ante Conradi Salici legem filiorum, nepotum et omnium descendentium iam in vsu fuit successio.

Lex Conradi non descendentium successionem primum stabiliuit, sed solummodo IVS REPRAESENTATIONIS induxit.

Lex Conradi Salici de Militibus solum loquitur, adeoque ad Duces Comitesque plane nihil pertinet.

Pro-

Prouincialia i. e. mediata militum feoda seculo demum XIV aut XV. hereditaria facta, Imperialia autem i. e. immediata militum feoda iam Conradi Salici tempore.

Ait GERHARTVS I. F. I. *Videamus feuda qualia prius habuerint initia. Antiquissimo tempore sic erat in dominorum potestate connexum, vt quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam: postea vero eo ventum est, vt per annum tantum firmitatem haberent; deinde statutum est, vt vsque ad vitam fidelis produceretur; sed cum hoc iure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, vt ad filios deueniret, in quem scilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare: quod hodie ita stabilitum est, vt ad omnes aequaliter veniat. Cum vero Conradus Romam proficisceretur, petitum est a fidelibus, qui in eius erant seruitio, vt lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur; et vt frater fratri sine legitimo herede defuncto (vel filius) in beneficio quod eorum patris fuit succedat —— Hoc quoque sciendum est, quod beneficium ad venientes ex latere non progreditur successione, secundum vsum ab antiquis sapientibus constitutum: licet moderno tempore vsque ad septimum geniculum sit vsurpatum: quod in masculis descendentibus iure nouo vsque in infinitum extenditur.* 1

Ait: *Antiquissimo tempore sic erat in dominorum potestate, vt quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam.* Recte. Etenim OD. CLVNIACENSIS *lib. 1. de vita S. Girardi c. 17.* inter singularia Caroli Simplicis instituta refert, eum praecepisse: ne patroni suis clientibus absque feloniae crimine beneficia non auferrent, his verbis: *Neque hoc patiebatur, vt quilibet senior beneficia a suo vasso pro qualibet animi commotione posset auferre.* Hoc institutum igitur si inter singularia eorum temporum refertur, consequens est, vt Ablationes licitae atque frequentes fuerint. 2

Ait deinde: *Postea vero eo ventum, vt per annum firmitatem haberent.* Nolim WOLFIO adstipulari, qui hoc Gerharti dictum, quia nuspiam annalium feodorum alia vestigia apparent, Langobardici iuris fabulam appellat. Nonne autem veteri Germanorum consuetudini, qui arua per annos mutare solebant, id optime conuenit? De Sueuis IVLIVS CAESAR *) disserte ait: *Priuati ac separati agri apud eos nihil est,* 3

*) De bello Gallico Lib. 4. c. 1.

est, neque longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet. Langobardi autem Sueuica gens. Et quamquam existimem non facile elapso anno depulsos milites fuisse, tamen consuetudo quondam ea fuisse videtur, vt etiamsi praedia diutius illi retinerent, tamen singulis annis inuestitura renouaretur, qui mos adhuc superstes in coenobio Herbipolensi, quod Neu-Münster appellatur, teste BVDERO *in Amoenitatibus iuris Feudalis numero VII.* perennat.

4 Ait porro: *Deinde statutum est, vt vsque ad vitam fidelis produceretur.* Hoc ius vetustum adhuc anno 1191 in Welsonis patrimonio obtinuisse, qui vasallos quosdam cum beneficiis ipsis coenobio Weingartensi ad dies saltim vitae tradidit, MONACHVS WEINGARTENSIS his verbis narrat *). *Welso dux illustrissimus Wingartensi coenobio duas curias haereditario a se iure possessas tradidit — Et insuper beneficia, quibus vasalli sui inbeneficiati erant, ea conditione dedit, vt ipsi iisdem Beneficiis DVM VIVVNT vtantur; Successores vero eorum nisi secundum velle Abbatis et fratrum de his NIHIL HEREDITABVNT.* SCHANNATVS etiam in Clientela Fuldens. *Part. I. c. 2. p. 4.* ostendit, anno 1048 pacto adhuc opus fuisse, ad beneficia in filios transmittenda. Testis etiam huius rei abbas Theodericus apud NICOLAVM ZYLLESIVM in defensione abbatiae S. Maximini P. 3. p. 45. 46. *Cuidam*, ait, *fideli suo Anselmo nomine, non sine multis lacrymis in praesentia ipsius Imperatoris* (Henrici IV.) *mea manu* VSQVE IN FINEM DVNTAXAT VITAE SVAE *praestiterim — post mortem Anselmi, cum iam sperarem imo securus essem, bonum ad ecclesiam debere* REDIRE: *Ecce vxor illius et Guntramus filius eius imperatorem adierunt, vt hoc ipsum bonum Guntramo eius filio praestarem, assiduis precibus pulsando vix tandem impetrarunt. Adde glossam ad I. F. S. cap. 57. et 55.* Idem quondam apud Danos obtinuisse, vt vitalitia essent beneficia, vtilis illa praeside BVDERO, a SEVELIO Dano habita, disputatio demonstrat, sistens *Notitiam Iuris Feudalis Dano Noruegici.* Itaque si iis temporibus eueniret, vt filii admitterentur, id tanquam rarum et inusitatum notant historici, quo illud *AVCTORIS* incerti **) pertinent: *Rotharius venerabilis episcopus — — quendam mansum cuidam viro, nomine Isica, in beneficium dederat, quem quamdiu vixit in quieta mansione et legitima possessione*

*) Apud Leibnit. Tom. I. Rer. Brunsuic. p. 793. et 794.

**) Auctor. vit. Meinuuer. apud Leibnit. Tom. I. Rer. Brunsuic. p. 536.

ſione tenuit, FILIVSQVE eius Ecelinus nomine, poſt eum QVASI HEREDITARIVM accepit. Vetus Chronicon apud ALTESERRAM *de Feudis Galliae* capite ſecundo rem eandem docet: *Anno Dominicae Incarnationis D. CCCC. XL. Uto Comes obiit, qui PERMISSV REGIS quicquid beneficii aut praefecturarum habuit, quaſi hereditatem inter filios diuiſit.* Nempe ad liberos beneficia tranſibant quidem, ſed non niſi impetrato domini conſenſu, qui tamen ad impetrandum non erat difficilis. Initio autem electio erat penes dominum, vt filio quem ipſe delegiſſet, beneficium confirmaret; ſed paulo poſt euenit, vt contra liberorum in poteſtate eſſet, quem vellent ex fratribus domino commendare. Patri etiam hoc datum, vt primogenitum ſi vellet, diuiſione inter liberos facta, aut alio pacto, ad inueſtituram deſignaret, vnde

Deinde ait: *Cum vero Corradus Romam proficiſceretur petitum eſt a fidelibus, qui in eius eſſent ſeruitio, vt lege ab eo promulgata ad nepotes ex filio producere dignaretur; et vt frater fratri ſine legitimo herede defuncto (vel filius) in beneficio, quod eorum patris fuit ſuccedat.* 5 Hic locus eſt, qui tantum non omnes iuris interpretes decepit, vt exiſtimarent *Conradi Salici* hac conſtitutione beneficia demum hereditaria facta eſſe, qui inueteratus quidem, ſed non exiguus error eſt. Nam ad filios feoda iam ante Conradi tempora perueniſſe, in ſuperioribus traditum a nobis. Filiorum nomine autem deſcendentes omnes intelligere debemus. Ac ne quis de eo amplius dubitet, iam ſub anteceſſore Conradi HENRICO SANCTO ad filios non autem agnatos beneficia perueniſſe, hac Henrici Sancti conſtitutione *) probabo: *Conſtituimus praeterea hoc et hac noſtra imperiali auctoritate firmamus, vt ſi quis fortaſſe illorum*, AVT FILII FILIORVM SVORVM, *quibus bona et ſucceſſiones S. Maximini beneficiamus*, SINE HEREDE *fuerit defunctus beneficium vel quidquid ab eodem loco habere viſus eſt, ſub ius et dominum praefatorum ſanctorum — — redeat.* Verba GERHARTI quidem ſi ſola intueamur, videri poterat, Conradum Salicum *ſecundo* conſanguinitatis gradui ſucceſſionem dediſſe, nepotibus ſcilicet in deſcendente, fratribus in collaterali linea; et hoc eſt, quod iuris doctores huc usque defende-

*) Apud NICOLAVM ZYLLESIVM in Defenſione abbatiae Sancti Maximini P. 3. pag. 31.

fenderunt, videlicet ante *Conradi* Imperatoris tempora ad filios tantum ſucceſſionem pertinuiſſe, donec hic Imperator etiam nepotibus, ſeu ſecundi gradus liberis eam conceſſerit. Sed hoc totum contra verba legis eſt, quam ipſam, non haec Gerharti verba, parum enim fideliter in ea excerpenda verſatus eſt, intueri debemus. En ita habet *): *Praecipimus etiam vt ſi aliquis miles, ſiue de maioribus ſiue de minoribus de hoc ſeculo migrauerit, filios eius beneficium tenere. Si vero filios non habuerit et auiaticum (nepotem) a maſculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat.* Haec ſi contempleris, manifeſto apparebit, non filiis et nepotibus, quod vulgo credunt, feodum permiſiſſe; ſed nepotibus, ſi filii non eſſent. Quibus verbis quid ſignificetur, dicamus poſtea, nunc enim ad reliqua pergendum.

6 Deinde ait: *Vt frater fratri (VEL FILIVS) beneficio ſuccedat.* Verba *vel filius* plane ſpuria et expungenda ſunt, cum neque in MINVCCII neque BARATERII libellis extent, ex quo colligimus, non ipſius GERHARTI nec HVGOLINI etiam, noſtrorum librorum architecti, ſed recentiſſimi temporis interpolationem eſſe. Nam fratris filio vt ſucceſſio daretur, demum ex Lotharicae Conſtitutionis, quae I. F. 19. extat, latiori interpretatione ſapientes introduxiſſe videntur.

7 Tandem Gerhardus noſter ait: *Licet moderno tempore vsque ad ſeptimum geniculum ſit vſurpatum.* Geniculum dicit non gradum Non enim vnum ſignificat quod alterum. Nempe vbi geniculum ponitur, computandi ratio Germanis vſitata, qui non ſub ſcalarum, ſed corporis humani imagine, cognationes adumbrabant, manifeſte indicatur. Geniculum autem probae Latinitatis verbum eſt, a PLINIO aliisque pro plantarum nodis aut ſimilibus inflexionibus vſurpatum. Germanice dicitur Glied, ſiue articulus humaniue corporis membrum. Hoc omne quousque patet Germaniam ſapit. Nam agnatorum non latius quam ad ſeptimum gradum patere ſucceſſionem, indicat ipſe Imperator MAXIMILIANVS II. qui, cum Luſatiae Superioris militibus ad ſeptimum gradum ſuccedendi

*) *S. F. 1.* Reperitur etiam in Legibus Langobardorum; nec error in rubrica admiſſus. Nam quamquam ibi legis inſcriptio *Conradi I.* nomen ferat; tamen non alius, quam qui Salicus appellatur, intelligendus eſt. Scilicet quem in Germania Conradum II. appellamus, Italis Primus eſt, quia Conradi I. Imperatoris tempore in Italia Berengarius Rex erat.

cedendi priuilegium decerneret, hunc planis et disertis verbis Saxonicum morem vocat *): „Wollen, daß in gedachten Margrafthum Ober-Lausitz „alle Lehngüther —— —— auf alle und jede ihre nächste Swertmagen „mänlichen stammes, bis in siebenden grad, vermöge Sächsischen Rech„tens ꝛc.

Hunc autem septimum in linea collaterali gradum a quonam incipiamus computare, vtrum ab vltimo possessore, an vero a primo adquirente? Et manifestum esse respondeo, non hunc ad successionem vocari qui a defuncto, sed illum potius, qui a primo adquirente septimo geniculo distet. Ni credas, verba II. F. 31. fidem facient: *Si non sunt alii ex latere, quibus aperiatur, ad eius petitionem admittuntur, qui quarto gradu sunt remoti AB EO, QVI ID ADQVISIVIT.* Plura sunt in his, quae cum aliis historiarum scripturis conciliare nequeo, inprimis illud, quod *Conradi* constitutionem attinet. Variis enim rerum argumentis moueor, vt longe ante Conradum ad omnes descendentes beneficia transiisse existimem, eosque omnes, qui huius Imperatoris indulgentia, vt nepotibus relinquerentur, primo introductum esse statuunt, erroris arguam. Scio quidem omnes existimare, verba: *Sic progressum est, vt ad filios deueniret*, de primi gradus liberis intelligenda esse, donec *Conradus* nepotes etiam seu secundi gradus liberos vocauerit, quod tamen falsum est. Propius enim accedit ad verum, si haec verba ita capiamus, vt vnusquisque ad filium suum, et filius porro, si deinde filium habeat, ad hunc militiam transmittat. Eodem fere modo, quo nos germanice dicimus: Es vererbet niemand kein lehn, denn der vater auf den sohn. Huic sententiae non eam vim inesse, vt liberi primi gradus solum succedere debeant, omnes consentiunt. Nam cum vnusquisque inuestiatur pro se et suis liberis (vt in vulgus nota iuris formula habet) si ex liberis vnus patre mortuo feodum petat, eodem modo iisdemque formulis, quibus pater quondam, inuestietur et huius filius porro eodem modo.

Deinde si Conradus Imp. nihil aliud statuisset, nisi vt vsque ad secundum gradum liberi beneficio fruerentur, quomodo, quaeso te, WIPPO in eius vita scribere potuisset, militum animos eum multum ad se inclinasse, quod *ANTIQVA beneficia parentum NEMINI POSTERORVM auferre sustinuerit.* An filius et nepos soli posteri? Mihi quidem haec Wipponis verba, ad solam collateralium successionem, quam haud dubie Conradus primum stabiliuit, pertinere videntur. Eo enim maxime militibus gratus

 fuit,

*) In Cod. Augusteo Tom. 3. p. 350.

fuit, quod fratres vocauit. Si me audis, in descendentium successione, nihil noui a Conrado statutum est, nisi hoc, vt praemortuo patre nepos etiam in locum sui patris, tanquam si ipse filius esset, succederet. Lex ipsa Conradi ita habet *):

Praecipimus etiam, vt si aliquis miles, siue de maioribus siue de minoribus de hoc seculo migrauerit, filios eius beneficium tenere. Si vero filios non habuerit, et AVIATICVM (i. e. nepotem) *ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, seruato vsu maiorum valuasorum in dandis equis et armis suis senioribus. Si vero forte auiaticum ex filio non reliquerit, sed FRATREM legitimum ex parte patris, et si seniorem offensum habuerit, si ei vult satisfacere et miles eius esse, beneficium quod patris sui fuit, habeat.*

Duo, quae noua puto, habet Conradi Lex capita: primum, vt nepotes iure repraesentationis in locum patris surrogentur; alterum, vt frater fratri succedat. De vnoquoque separatim videamus.

9 Quod primum attinet: Nullum apud Germanos ius repraesentationis vnquam fuit, ne in descendente quidem linea, vt iuris Germanici peritis, immo tyronibus, notum est **). Itaque nepotes ab aui hereditate penitus exclusi. Hoc ius, vt ex innumerabilibus vnum tantum exemplum afferam, in terra Hadelensi ad annum 1583 vsque perdurauit, quo anno demum ab HENRICO Archiepiscopo Bremensi his verbis abrogatum est ***). Nachdem von alters hero vermüge des Hadelerischen land rechtes **Kindes Kinder** in niederſteigender Linie von ihro **Gros = Vater** erbschafft **Sein ausgeschlossen worden**, und aber solches den beschriebenen Kayserlichen rechten entgegen ꝛc. Apud Langobardos quidem iam GRIMOALDVM regem hoc ius repraesentationis introduxisse scio, verum in ciuili hereditate ni fallor, non autem in feodis. Nam quod successionem in militias attinet, adhuc Conradi tempore dubitabatur, vtrum filii filiorum computandi sint inter filios? Verbi enim proprietate, cum filiorum appellatione nepotes non veniant §. *fin. I. qui testam. tut. dar. et l. 6. ff. de testament. tut.* ambiguum iis temporibus videbatur, an mortuo vasalli

*) S. F. I.

**) Heineccii Elementa Iuris Germ. lib. 2. tit. 9. §. 229—234.

***) Teste Frider. Esaia Puffendorsio Obs. 85.

vaſalli filio, aui beneficium dominus nepoti concedere teneretur? Hanc dubitationem obortam Conradus Salicus hac ſua lege praecidit. Deciſio enim haec lex potius, quam edictum aut noua conſtitutio videri debet. Neque mira eſt aut nunquam exaudita haec de nepotibus oborta dubitatio. Nam apud Romanos, licet SCtum Orphitianum ad matris ſucceſſionem liberos vocaſſet, tamen de nepotibus cum ambigeretur, conſtitutionibus principum demum id ius ad nepotes neptesque extenſum §. *1. Inſt. de SCt. Orphit. l. v. C. de ſuis et legit. lib.* Itaque per Conradi conſtitutionem in deſcendentium ſucceſſione praeter introductum repraeſentationis ius, nihil noui ſtatutum exiſtimo. Nam vt vnusquisque beneficium ad liberos, et hi rurſus ad ſuos transmitterent liberos, iam vltra centum annos ante Conradi tempora, in vſu fuit.

Alterum caput legis, quod quidem plane nouum eſſe non nego, ſed 10
confiteor libenter, et quo in primis fauorem militum ſibi conciliaſſe dicitur, illud eſt, quod fratres ad ſucceſſionem vocauit. Huc prorſus WIPPONIS verba refero: *Militum autem animos in hoc multum attraxit, quod ANTIQVA beneficia parentum, nemini poſterorum auferri ſuſtinuit.* Antiqua beneficia cum dicit, nonne eo ipſo multis ante Conradum annis ad plures deſcendentium gradus beneficia fuiſſe deriuata innuit? Non enim paterna auitaque, ſed *antiqua* vocat.

Haec omnia, quod bene notes, Conradus militibus dedit, non Ducibus, *I. F. 13. §. fin. I. F. 14.* Militum, vt WIPPO ait, animos ob id ſibi conciliauit, non Ducum aut reliquorum Principum. Haec ſi quis conſiderauerit, is intelliget oppido, abſurdum eſſe, ſiquis, Ducatus in Germania quando hereditarii facti ſint? interrogatus, ad hanc Conradi Conſtitutionem prouocare velit. Error, quem omnes errarunt.

In Langobardico regno *Conrad. Salic.* vt frater in fratris defuncti benefi- 11
cio auito legitimus heres eſſet, in conuentu generali Papiae habito conſtituiſſe hactenus dictum eſt. Et merito hunc Imperatorem primum dicimus, qui ſucceſſionem in beneficiis plenius ſtabiliuit. ALTESERRA tamen, quod ſupra annotare oblitus ſum, iam antea vaſallis id a *Ludouico Pio* datum fuiſſe arbitratur, et probare ſtudet THEGANI veteris hiſtorici dicto *). *In tantum largus, vt antea nec in antiquis libris, nec in modernis*

*) De geſtis Ludouici Pii c. 19. apud Schilter Script. Rer. Germ. p. 74.

temporibus auditum est, vt villas regias, quae erant sui et aui et tritaui, fidelibus suis tradidit in possessiones sempiternas. Haec ambigua et ancipitis interpretationis verba hominem doctissimum seduxerunt, vt ante Conradum Salicum hereditaria beneficia crederet. Hoc THEGANI ille locus nullo modo demonstrat. Vbi enim ille dicit villas paternas a Ludouico Pio fidelibus *beneficiaria lege* in perpetuum concessas esse? Longe ecce alia res est: villas tradere in possessionem sempiternam; alia vero res: beneficiis dare priuilegium vt hereditario iure possideantur. Quantum ego iudicare possum, hoc et nihil amplius THEGANVS ait: Ludouicum Pium imperatorem villas paternas, non vt maiores facere consueuerint, tamquam beneficia seu feoda elocasse, sed concessisse in allodem adeoque reuera alienasse. Nolim itaque Ludouicum in societatem gloriae, quae indulgentissimo Conrado Salico eique soli debetur, adducere, sed defendam potius, Conradi constitutione in regno Longobardico militias ad agnatos primum transiisse.

Quid in Germania autem? Difficilis haec, quae multos exercuit, et fere inexplicabilis quaestio, quam, si satis probabili inuentione expedituri simus aut soluturi, laudem non deprecabimur.

12 In quaestionem nempe venit, quam in Germania haec Conradina lex vim, quae fata habuerit? Cum Imperium nostrum omni tempore peculiaris et ab Italia plane separata respublica fuerit, praetereaque comitia vnumquodque regnum propria habuerit, CONRINGIVS *) rerum Germanicarum sagacissimus indagator atque KOPPIVS in Historia iuris **) leges in Roncalicis aliisque vniuersalibus comitiis perlatas nihil ad Germanos pertinuisse, opinantur. Contra SENKENBERGIVS ***) et MASCOVIVS ****) has leges Germanos perinde atque Italos tenuisse existimant, quorum ego malim, quam illorum sententiam amplecti. Non solum enim in Roncalicis campis aliisque conuentibus generalibus Italiae proceres, sed etiam omnis Germaniae nobilitas, quae comitabatur Imperatorem, aderant, *I. F. A. cap. 8. §. 2. et 3. Vetus Auct. de Benef. §. 13.* verum etiam leges, quae ibi latae, saepius edicta, tam in Italia quam Germania, generaliter valitura dicuntur *II. F. 54. et 55.* quae omnia indicio sunt, non Langobardis proprias, sed communes

*) De origine iur. Germ c. 25. p. 151.

**) Parte 4. epocha 4. thes 10. not. p.

***) Prodrom Iur. F. cap. 4. §. 4.

****) De iure feudorum c. 1. §. 15. not. 5.

munes omnibus Roncalicas leges populis fuiſſe. Sed vtcunque ſe res habuerit, hanc ſaltem Conradi Salici Conſtitutionem non ſoli Langobardiae latam, ſed etiam Germanicis vtilem militibus fuiſſe, dubitationem non habet. Docet enim in ſupra laudata Iuris Hiſtoria KOPPIVS *) eam a *Conrado*, priusquam in Italiam proficiſceretur, primo ſtatim imperii anno Aquisgrani comitiis habitis, militibus Germanicis datam, deinde demum anno ſcilicet 1037 ad Langobardicos extenſam fuiſſe. Nam Germanos ante Italos beare, vtile erat. Ne quis ergo dubitet, quin hoc Conradinum priuilegium Germanis etiam profuerit, haec praemiſſimus. Negat id in ſuis elementis WOLFIVS: *Vniuerſalem, inquit, illius conſtitutionis vſum per Germaniam non ſtatim obtinuiſſe, exemplum docet Guelphi IV. Bauariae ducis, quippe qui, quamuis anno 1096 in ducatum iam reſtitutus eſſet, anno tamen 1098 ab Imperatore Henrico IV. demum impetrauit, vt vnus ex filiis ſuis ſucceſſionem in ducatum nanciſceretur.* Verum quid quaeſo hoc exemplum Bauarici Ducatus ad Conradinam legem, quae, vt in ſuperiori exercitatione demonſtrauimus, ſolorum Militum, non Ducum ſucceſſionem ſtabiliuit? Nam ipſa in Italiā, in qua ad vſum deductam eſſe hanc conſtitutionem nemo dubitat, aliquod poſt Conradum ſeculis, adhuc in nullo ducatu filii ſuccedebant. *I. F. 13. §. fin. et I. F. 14.* Militibus enim illud dedit, maioribus quidem et minoribus, non tamen ducibus comitibusue. Alia militiarum, alia dignitatum eſt ratio, et quod minoribus interdum conceditur, non id permiſſum maioribus, vt COLVMBINVS notat. Hoc itaque exemplum aliaque, ſi vel ſexcenta ademtorum filiis ducatuum aut marchiarum larga manu afferantur, non valebunt me a ſententia, in qua firmiter et inconuulſe perſiſto, dimouere nec impedire, quo minus Conradinam legem ſuam vim per Germaniam ita vt per Italiam exeruiſſe, certiſſime mihi perſuadeam. Non hic eſt igitur, ſed longe alius, nec tam facile eiiciendus ſcrupulus, qui me potenter vrit et vndequaque premit. Videlicet *Conradum*, vt ad fratres etiam hereditas diuergeret, conſtituiſſe ſupra probauimus, et apud Germanos tamen, ecce hic ſaltandum! agnatorum nulla, ſed deſcendentium ſolorum ſucceſſio fuit. Quae enim nunc ſubiiciam clariſſime docebunt, non ſolum poſt CONRADI, ſed ne poſt HENRICI VI. quidem tempora, nullam adhuc fuiſſe collateralium in beneficiis hereditatem, ſed ſeculo XIV et XV. demum militum beneficia ad agnatos ipſo iure tranſiſſe. Et hoc quidem noſtrae opinioni omnino contrarium videtur. Nam ſi ſeculo XV. demum

*) P. 4. epoch. 3. theſ. 1.

demum ad fratres militaris hereditas transiit, vix *Conradi* constitutio in Germaniam peruenisse, videri potest.

13 Ostendamus primo, post CONRADI immo HENRICI VI tempora, nondum in Germania ad fratres feoda peruenisse, deinde an hoc cum opinione nostra, qua vniuersalem fuisse Conradinam legem defendimus, conciliari possit? videamus. Primum itaque, nullam fuisse fratrum agnatorumque in beneficia successionem oculatum testem CARDINALEM HOSTIENSEM *), qui anno 1271 decessit, adeoque supra ducentos annos Conrado iunior est, adducimus ita loquentem: *De consuetudine Imperii non succedit nisi filius descendens. Immo reuertitur feudum ad Imperatorem, et ipse confert cui vult. Sic vidi, quando fui in Alemannia per Proceres iudicari.* Hoc Cardinalis dictum cum inopinabile plerisque aut suspectum videretur, alii quidem eius auctoritatem spernere omnino, alii autem, inter quos BERLICHIVS **) et GVNDLINGIVS ***) miro modo ita interpretari voluerunt, vt dicerent Hostiensem nostrum aut in Saxonia tunc forte vitam degisse, aut saltim Saxonicorum cuidam principum (qui Saxonico iure censeri nec hereditario iure, sed per simultaneam inuestituram principatus suos solebant obtinere) beneficium abiudicari vidisse. Sed hoc est verbis clarissimis vim inferre, aut de auctoris fide aut diligentia dubitare. Res quam Hostiensis narrat, certissima est, vtque grauissimi huius et locupletissimi testis fidem saluemus, nunc inconcussis argumentis longe pluribus, eum vera dixisse ostendemus. Adduco enim auxiliares ei ex CHOPPINI *de domanio Franciae* libro, easque praestantissimas, copias. CHOPPINO quidem si quis diffidat, non propterea dicam scripserim, sed quoniam is secum habet ANDREAM DE ISERNIA, qui feodalium doctorum euangelista vocatus est, et CASTRENSEM, et IOHANNEM CALDERINVM a quibus se haec didicisse scribit, amentem dixerim, qui de eo dubitet amplius. Sed ipsum audiamus ****) *iungenda est Imperialium feudorum constitutio, in quibus directa agnoscitur duntaxat non transuersaria hereditas. Recta enim linea deficiente, qui sunt a latere non succedunt in huiusmodi feuda, licet a primo cliente deriuentur. cap. 1. de natur. feud. et ibi* ANDR. CASTRENS. *ad l. cum ita §. in fideicommisso D. de legat. 2. Notat. in l. vlt. Cod. de Verb. signif.*

*) In summa ad tit. de feudis fol. 269. b. in alia editione p 770.
**) P. 2. conclus 53. num. 17.
***) In Gundlingianis P. 3. n. 1. § 20.
****) Choppinus de doman. Franc. lib. 2. tit 11. §. 6.

ſignif. Simili modo id Germanorum iudiciis terminatum narrat ſe obſeruaſſe CALDERINVS *Reſponſo 8. ſub tit. de feud.* Hucusque ille. Iam cum Andreas de Iſernia anno 1353 Calderinus circa idem tempus, Paulus de Caſtro vero anno 1420 mortuus ſit, ex horum teſtimoniis apparet, illud ſuperius CARDINALIS HOSTIENSIS dictum non de Saxonica tantum conſuetudine, ſed de vniuerſa Germania intelligendum eſſe. His teſtimoniis totum illud in Gundlingianis *P. 3. num. 1. §. 18. 19. 20.* fere ab omnibus nunc probatum dogma, Henricum VI. Imperatorem, abrogata ſimultanea inueſtitura, omnes extra Saxoniam militias hereditarias effeciſſe, pleniſſime refutatum atque confoſſum eſt. Verum quidem et minime diffitendum GERVASIVM TILBERIENSEM *) de hoc Henrico ita tradere: *Hic legem inſtituit apud Teutones, vt militiae more Gallorum et Anglorum ſucceſſionis iure deuoluerentur ad proximiores agnationis gradus, cum antea penderent ex principis gratia:* Sed aut dicendum eſt, hoc Geruaſii teſtimonium non de perlata lege intelligendum eſſe, ſed de conuentione potius, quam Henricus cum regni ſtatibus inire praeparauerat quidem, non autem ob Saxonum et Romani Pontificis contradictionem ad finem perducere poterat, quae BAVERI eſt **) ſententia; aut, rectius vt

*) In Otiis Imperialibus dieg. 2. c. 19. p. 942. editionis Leibnitianae.

**) Diſp. de origine et progreſſu communis Saxonum manus. Digna autem quae hic tota inſerantur verba: *Hic* GERVASII *locus non de lege ſtabili, quae ſucceſſionem collateralium in clientelis principum extra Saxoniam produxerit, accipiendum eſſe, ſed de conuentione, quam HENRICVS cum regni proceribus inire parauerat, quae vero ob Saxonum et Pontificis contradictionem ad irritum deducta omni caruit effectu, veluti tum ex ipſis* GERVASII *Otiis Imperialibus, quum ex GOBELINI PERSONAE Cosmodrom. Act. VI c. 61. apud Meibomium Tomo I. Rer. Germ. p. 275. CHRONIC. HALBERSTAD. apud eundem* MEIBOM *Tom. 3. p. 116 et REGISTR Innocentii III. ſupr. negot. Rom. Imp Ep. 29. apud* BALVZ *Tom. I. p. 697. ſatis ſuperque probauit, pluribus non leuis momenti argumentis confirmaui IN DISP. de iure ſuccedendi in Ducat. Iul et Mont. feud. et Maſc §. 8. 9. Poſtmodum* AVCTOR *Obſeruationis de ſimult. inueſtit.* in dem Abriß von dem neueſten Zuſtand der Gelehrſamkeit. *P. 2. p. 159. ſeq. ex MSto Chronico, cuius Originale in coenobio Reinersbronnenſi aſſeruatur, communicauit ſummarium, quod* SENKENBERG. *Corp. Iur. Feud Germ p. 544. nec non* RICCIARDVS *DE ANTIQVIS d. vſ. iur. feud. Longob. §. 47. inſeruerunt. Sed etſi auctoritas iſtius Chronici omni exceptione maior foret, attamen verba huc ſpectantia nihil amplius inſinuant, quam quod Imperator Principibus dederit facultatem ſucceſſionem filio aliiue conceden-*

 di

vt ego arbitror, dicendum, hoc consilium ad imperialia beneficia eaque maiora solum, non autem prouincialia, quae illis numerosiora, ra, attinuisse. Nam hac Henrici VI. lege, legitimam in minoribus beneficiis successionem non introductam esse, facile apparet, si quis ius Feodale Alamannicum, quod post *Henrici VI.* tempora compositum, perlegat, in quo nihil tale legimus. Itaque GERVASII dictum floccii pendendum censeo. Nam ita argumentor: aut haec Henrici VI. lex perlata est, aut non perlata. Si non perlata est, sed in terminis propositi tantum perstitit, nihil plane GERVASII dictum efficiet. Sin autem perlata lex est, non potest de aliis, nisi de *imperialibus* h. e. immediatis feodis intelligi, quod hac ratione demonstramus: Dicitur nimirum Henricus, cum hanc legem meditaretur, nil nisi beneuolentiam statuum captare voluisse, hoc vt opinor maxime cupiens, vt si beneficia hereditaria militiasque perpetuas effecisset, illi etiam par pari referrent et imperium ei hereditario iure possidendum committerent. Nonne vides id omne de maioribus feodis h. e. Ducatibus et Comitatibus tantum, non de prouincialibus militum beneficiis intelligi posse. Demens fuisset, hercules! si ad id intendens aliquid de territoriali iure detrahere ducibus, atque vasallis prouincialibus priuilegia, quae non possent non dominis infensissima esse, dare voluisset. Hoc erat odium, non gratiam quaerere. Deinde tanta nullius vnquam Imperatoris potestas fuit, vt id efficere posset. Imperii vasallis, hoc est tuis, priuilegia HENRICE dare poteras quidem, statuum vasallis non poteras. Sane furiosum dixerim qui in amicitiam alicuius se insinuaturus aut conciliaturus sibi gratiam ita paciscі velit: Vbi me, amice, porro dilexeris, vicissim hoc efficiam, vt quae tibi citius soluenda sunt debita, accipias serius; aut: Si quod voluero te effecturum promiseris, ecce ego de tuis commodis vt aliquid detrahatur curabo, et quae habes iura, diminuam. Ducum iis temporibus atque comitum pleraeque allodiales erant prouinciae, quas non ex Imperatoris liberalitate, sed a maioribus heredes acceperant, adeoque iure

di agnato. Quae sicuti accipienda sunt, ne iis, que ex GERVASII *Otiis Imperialibus attulimus, aduersentur, ita quae* GERVASIVS *de successione ad proximiores gradus cognationis more Gallorum et Anglorum deuoluta refert, ad eam, quae per receptionem in communionem et simultaneam inuestituram adquiritur, restringere nolim. Sufficit ergo totum Henrici negotium concidisse.* Haec Viri illustris verba satis probabile faciunt Henricum VI. consilium huius priuilegii cepisse, rem non perfecisse. Locus autem omnium clarissimus est in Chronico Belgico Magno ab anno 1194. apud Schilterum de Libert. ecclesiast. p. 683. seq.

iure optimo maximo possidebant. Quid in iis Caesari iuris? Sane, quas feodali titulo tenebant, prouinciae valde exiguae; quae allodiali, praestantiores et longe plures erant. In his nulla imperatoris auctoritas, nec legislatio vlla. Itaque siue perlatam dicas, siue non perlatam HENRICI legem, tamen vltra imperialia eaque maiora feoda, quae si cum prouincialibus comparentur, admodum pauca fuerunt, vim suam exerere nullo modo potuit. Haec ad GVNDLINGII opinionem refutandam disputauimus, qui militum beneficia quando ad agnatos transire coeperint? interrogatus, ad hanc Henrici legem, (quae vtrum extiterit vnquam, nec ne? in medio relinquimus) inepte plane et inconsiderate prouocat.

Itaque si ne quidem Henrici VI. tempore prouincialia feoda agnatis permissa fuerunt, consequi videtur, nullum omnino in Germania CONRADI Salici priuilegium auctoritatem habuisse. Quid? nonne in Saxonico pariter atque Alamannico iure illud Conradinae legae contrarium vbique inculcatur: BENEFICIVM HEREDITARIO IVRE TRANSIT ADNE MINEM, NISI LIBEROS? Ecce legis verba *): **Wilch man des sunes darbet, der erbet uffe den herren die gewere des Gutes; Ez en sie, daz der herre das gedinge daran verligen habe.** Quomodo tam absurde scribere compilatores potuissent, si Conradi aut Henrici VI. lege fratres caeterique ignati ius succedendi habuissent? Nec porro verisimile vllo modo, ECKIVM a REPKOVIO aut architectum Alamannici Iuris illas, quae quotidie obueniunt, successionis collateralis regulas, si fuisset quaedam agnatorum successio, silentio praeterituros fuisse. Praeterierunt autem; ergo nulla adhuc fratrum agnatorumque hereditas. Sed nondum mihi satis est demonstrasse, neque Conradi neque Henrici legibus agnatos ad hereditatem vocatos esse, sed ad propiora transiens tempora, vt intelligatur, ne quidem CAROLI IV. tempore fratrum vllam fuisse in beneficia successionem, in fine huius Obseruationis adiiciendam curabimus aliquam eius decisionem Coloniensibus datam, in qua *legitimis heredibus de suis procreatis corporibus non relictis, non consanguineos h. e. fratres et agnatos, sed dominum succedere oportere* definiuit et ius Langobardicum, in quo contrarium statutum sit, *non consuetudinem sed in hac parte potius corruptelam* vocauit. Memorabile documentum, quod quaeso lectores consulant.

Haec documenta absolutam demonstrationem continent, non Henri- 14
ci VI. adeoque multo minus Conradi Salici tempore in Germania benefi-

 cia

*) I. F. S. cap. 6. et 21. I. F. A. c. 43 §. 2.

cia ad fratres caeterosque agnatos peruenisse. Iam, cum supra docuerimus, priuilegium illud Conradinum vim suam in Germania aeque ac in Italia, nactum esse, quomodo haec inter se pugnantia conciliaturi simus, cupidum lectorem animaduerto. Mirabilia haec dixeris: Conradi Salici, qua fratres vocauit, constitutionem venisse in Germaniam, et tamen multis post seculis fratrum nullam adhuc fuisse in Germania successionem. Sed prospere omnia succedent, si illam modo, quae inter Imperialia et Prouincialia intercedit beneficia distinctionem, animo iugiter informaueris. Imperialia voco beneficia non solum quae milites ab ipso imperatore tenent, qualia Immediatorum in imperio Equitum sunt praedia, verum etiam illa, quae milites a duce quidem, non autem ex *allodiali* sed *ducali* parte acceperunt. Adeoque vasallus imperialis erit, quicunque aliquid de bonis Imperii feodali titulo tenet, siue a duce, siue ab ipso Imperatore acceperit. *I. F. A. c. 8. §. 3. et cap. 40.* verbis: Ist es aber sein eigen. Prouincialia contra sunt, quae miles ex ducis aut comitis *allodio* accepit, haec distinctio fundata in I. F. A. c. 87. §. 4. Nec in Germania solum, sed in Galliis etiam, eadem beneficiorum in regalia et priuata distinctio vide DV FRESNE in glossario voce *baronia*: vbi haec: *Guilielmus de Hommet Constabularius Normanniae tenet á domino rege honorem de Hommeto per seruitium S. militum, et habet in eodem baronia 22. feoda militum ad proprium seruitium.* Plures autem ducum et comitum prouinciae allodiales erant, et hae quidem adeo familiis innexae, vt ne quidem ob crimen laesae maiestatis aliamque grauiorem feloniam auferri possent, vt ex historia Henrici Leonis satis notum est, immo nemo ducis aut comitis titulo ornabatur, nisi qui insignia haberet praedia eaque propria siue libera *). Immo reperiuntur duces, qui nihil plane beneficii nomine ab Imperio tenebant, vt BEROLDVS ZERINGENSIS aliique, quos honorarios dicere possis. Quidam enim licet dignitate ducis fruerentur, mera tamen possidebant allodia. In allodiis autem nulla Imperatoris potestas, vt perquam vetus sententia demonstrat: *Quilibet dominus in suo territorio imperator.* Itaque quos ex allodiis duces alebant, non Caesaris erant, sed ipsorum vasalli, vnde nec priuilegia a Caesare data militibus ad hos pertinuisse, manifestum est, quia nulla in his prouinciis legum ferendarum potestas Imperatori supererat. Quis nescit multas ab Imperio latas leges non receptas esse a Saxonibus, quos suo

*) Sane Conradi Salici tempore vasalli ducibus admodum adstricti suis erant, vti charta Conradi huius demonstrat, quae legitur apud ECCARDVM Corp. Hist. Med. aeui Tom. 2. p. 110. et 111.

ſuo proprio et peculiari iure omni tempore vſos fuiſſe, rerum geſtarum monumenta longe plurima teſtantur. *Conradi* ergo, quae in Italia ad omnes, non niſi ad paucos pertinebat vaſallos in Germania. Longe enim alia Langobardici, alia Germanici regni facies. Italia quippe ſerua erat, et victricis Francorum gentis fiſco omnino ceſſerat. Itaque in libris noſtris qui laudantur Italiae Capitanei non domini erant prouinciarum, ſed procuratores ab imperatoris nutu omnino dependentes, et precaria poteſtate, quos vicarios et adminiſtratores dicere, immo veteribus proconſulibus et prouinciarum praeſidibus comparare poſſis. Itaque non ipſi tantum Duces Marchionesque Italici per meram Caeſaris beneuolentiam ſuſtinebantur, ſed etiam, quos ipſi regerent, Vaſalli vnice ab eo pendebant. Omnium in Langobardia militum ſupremus, ipſe Imperator, dominus, vnde quotquot erant in Italia, mere *imperialia* beneficia dixeris, prouincialia enim nulla omnino aut pauca habebantur. Quamquam igitur, vt ſupra diximus, Conradina lex in Germaniam peruenerit, tamen quia ad paucos pertinebat, videri poterat non perueniſſe. Hac itaque ratione rem multis irretitam difficultatibus, nobis ſatis commode videmur expediiſſe, cuius omnem vim vt peruideas, breuiter quae diſputata ſunt repetam.

Scilicet alii imperii fuerunt, alii principum milites. Illorum exigua copia; principum vaſalli autem longe, ſi numerum ſpectes, plures. Quid multa? ſuis quidem militibus, nempe imperialibus, hoc priuilegium dare *Conradus*, at principibus et dominis liberis nihil de ſuo iure detrahere poterat. Nam vnusquisque princeps in ſua terra verus rex iam olim erat, quamquam ob commune periculum et Imperii figuram, cum caeteris et ipſo Imperatore foedere perpetuo iungeretur. Immo veri etiam reges quondam Imperii clientes, vt Daniae, Angliae, Poloniae, Hungariae, Burgundiae, Auſtraſiae, Siciliae, Sardiniae, Corſicae. Quaeſo te, ad horum ſimiliumque vaſallos putasne Conradinam conſtitutionem aut Henrici VI. legem aliquid pertinuiſſe? Simili ratione Germaniae principes, licet clientelari nexu imperio eſſent alligati, tamen imperialibus legibus non penitus ſubiiciebantur. Recte GROTIVS *): *Imperium ciuile non deſinit eſſe ſummum, etiamſi princeps prouinciam teneat in feudum.* Habuit itaque Conradi lex etiam in Germania ſuam vim, ſed in iis duntaxat beneficiis, quae ab imperio penderent, non autem in Saxonia aut aliis prouinciis, quae a principi-

 bus

*) De iure Bell. et Pac. lib. 1. c. 3. n. 3.

bus tanquam patrimonia libera possiderentur. Et hoc ipsum verba Gerhardi I. F. 1. innuunt: *Cum vero Conradus Romam proficisceretur petitum est a fidelibus, qui in eius erant seruitio;* qui in eius, inquit, erant seruitio, non ergo ad illos priuilegium pertinuit, qui in principum seruitio essent. Nam in eius, cum Romam proficisceretur, comitatu non aderant alii, nisi imperiales vasalli, qui a ducibus, qua duces erant, imperialia feoda possidebant, vt ex *I. F. A. c.* 87. §. 4. et VET. AVCTORE *de Benef.* § 13. *nec non ex I. F. S. c.* 4. apparet: Wenne aber die dutschen einen Kung kusen, und her zu Rome uert zu der Wihunge so —— —— sal dar varen jeclich man mit sime herren, der des riches Gut ze lehen hat, hoc est, qui imperiale, non qui prouinciale feodum teneat, et hi imperiales vasalli, quibus duces imperitarent, etiam in comitiis imperii comparuere, cum prouinciales seu ducum proprii vasalli non in imperialibus, sed solum prouincialibus comitiis standi potestate fruerentur. LVDEWIG ad *A. B. prooem.* §. 7. *litt. Y.* Quia autem omnes Langobardi mere imperialia tenebant, hoc priuilegium in Italia omnibus, in Germania paucis profuit.

15 Cum autem hodie prouincialibus vasallis etiam et patrimonialibus ducum militibus fratres caeterosque agnatos succedere videamus, id quia Conradi lex efficere non potuit, quaeritur qua alia lege, aut quo tempore haec collateralium successio inualuerit? Ad hanc interrogationem congrue responsurum non oportet ad imperatoris cuiusdam leges, sed ad leges fundamentales vniuscuiusque prouinciae, siue ad pacta conuenta inter principes et vasallos inita recurrere. Nam aërem feriet, quisquis in generalibus Caesarum legibus, aut imperii recessibus, aliquam huius rei caussam inueniendam putauerit, sed potius tabularia principum ille excutiat et prouincialium consulta statuum (Landtags-Abschiede) peruestiget. Neque existimandum, vno hanc successionem die inualuisse, sed vna in prouincia citius id puto factum, serius in altera. Vt viam monstremus, qua per singulas Germaniae prouincias, tempus illud docti homines inuenire possint, de Pomerania tantum et Lusatiae superiori et Saxonia denique nostra, exempla adducemus. In Lusatia nempe superiori anno 1575 ad fratres agnatosque beneficii hereditas vacantis transiit ex Maximiliani II. priuilegio, quod in Tomo 3. Augustei Codicis superest. In Pomerania collaterales iam succedere coeperunt anno 1459 per hoc ERICI Ducis priuilegium *): Wen Vettern von einem Nahmen Schild oder Geburt, die sammende Hand fodern, so

*) Vid. Rhetius ad I. F. I. p. 94.

so sol man sie ihnen leihen. In Saxoniam, non legitima quidem, sed tamen pactitia ex simultanea inuestitura successio iam antea, peruenerat. WECKIVS *) enim, cuius fides nemini suspecta, haec memoriae reliquit. Nach Absterben Churfürst Fridrichs des ersten im Jahr 1428 schrieben dessen hinterlassene Herren Söhne, Churfürst Fridrich II. und sein herr Bruder Siegmund — — einen Landtag auf Ostern gen Leipzig aus — — Auf diesem Convente — beklagten sich die Stände — daß die gesambte Lehen den Geschlechtern wolte verweigert werden — — Darauf erklährten sich die Fürsten, daß Brüder und Vettern, so eines Helms und Schildes wären, zusammen belehnet werden solten. Antea enim iure Saxonico ita obtinebat, vt patre mortuo vnus solum filiorum inuestiretur, exclusis caeteris, quod in hoc statuum conuentu mutatum eo modo, vt etiamsi vnus filiorum paternum beneficium solus acciperet, reliquis tamen successionis spes non adimeretur. Sed specialem hanc legem, et paucarum solum prouinciarum fuisse, ex eo intelliges, quod in aliis Saxoniae terris eodem anno, non generaliter, sed tantum certo in casu agnatis successio promitteretur. Nam ita WECKIVS pergit: Auch hielt in diesem Jahre 1428 Landgraff Fridrich in Thüringen und Margraff zu Meissen, einen Landtag zu Gotha, alda — — ermahnete er die Stände zur fernern möglichsten Gegenwehr und Aßistenz — Dazu erbothen sie sich willigst, und erlangten hingegen von dem Landes Fürsten die Zusage, daß wenn ja einer oder der andere in solchen Zuzuge bliebe, und er Lehen-Güther, hingegen aber keine Söhne, die solche haben könten, hinter sich liesse, so solten solche Lehne seinen **Brüdern** oder **Vettern**, geliehen werden. In multis etiam non publico scitu, sed tacita principum indulgentia eodem modo, quo apud Anglos, Gallos, Scotosque hereditaria facta puto. Nam ad has gentes Conradi constitutio aperte nihil attinuit, et tamen fratrum agnatorumque successionem inter eas ita vt apud nos inualuisse nouimus. Itaque soli Conradinae constitutioni id omne adscribere velle, ineptire est. In imperialibus vim suam nacta est beneficiis, in prouincialibus non aeque. Non enim prius haec, quam seculo XIV. et XV. hereditaria facta sunt. Occasionem forte dedere, 1) feodorum imperialium et vicinarum gentium exempla, 2) frequentes nobilium atque liberorum praediorum in feoda oblationes, quae post Rudolphi I. tempora factae esse dicuntur. Quod si verum est, offerentes allodia sua, vt omnis familia succederet, sibi pepigisse

a vero

*) Beschreibung der Stadt Dresden, p. 439.

a vero non abludit; denique 3) iuris Langobardici plenaria receptio, quae Ruperti et Maximiliani I. imperatorum temporibus contigit.

Ab eo tempores quo feoda hereditaria facta, multa esse immutata, inprimis milites dici coepisse *nobiles* nec non nomina gentilitia et insignia in clypeis facta fuisse hereditaria *Obs. DIII. et DLXXXVIII.* latius exposuimus.

Nunc, vt promisi, decretum Caroli IV. anno 1372 *) Coloniensibus datum adiiciam ex quo demonstratur ipso seculo XIV. nullam adhuc fuisse fratrum agnatorumque successionem.

Carolus IV. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus et Bohemiae Rex. —— —— Sane venerabilis Friderici sanctae Coloniensis Ecclesiae Archiepiscopi, sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarii, Principis et Consanguinei nostri carissimi relatione didicimus, quod dum nonnullos suos et Ecclesiae Coloniensis Nobiles, Castrenses, Vasallos et Subditos, qui bona ab eisdem Archiepiscopo et Ecclesia in feudum sine medio habent, tenent et possident, non relictis legitimis post se heredibus masculis DE SVIS CORPORIBVS PROCREATIS **) *ab hac luce migrare contingat, et vnde tam feuda, quam bona huiusmodi ad Archiepiscopum qui est, vel pro tempore fuit, et Coloniensem ecclesiam supra dictam, tanquam suum verum et naturalem* Dominum, *tam de iure, quam etiam consuetudine absolute et libere deuolui noscantur:*

Tamen decedentium talium nonnulli Consanguinei ***) *asserentes se proximiores defunctorum heredes, feuda et bona talia sibi de facto vsurpare praesumunt,*

*) Hoc Caroli Decretum SENKENBERGIVS in Corpore Iuris Feod. p. 584. proposuit sub falsa, vt mihi videtur, Rubrica Kayser Karl erkläret, daß die Cölnische Lehen nicht auf die Weiber übergehen. Non enim tam foeminas, quam omnes collaterales, etiam mares, excludit, vt lecturo apparebit. Foeminarum sane in toto documento, ne minima quidem mentio.

**) In hoc decreto dicitur: Mortuo vasallo sine heredibus masculis de suis corporibus procreatis, nempe *FILIIS*, non ad Consanguineos h. e. *Agnatos*, sed ad episcopum et ecclesiam i. e. beneficii dominos, reuerti oportere. Falsa igitur SENKENBERGII huius chartae inscriptio.

***) *CONSANGVINEI*, inquit, non Cognati. Sunt autem Consanguinei proprie fratres eodem ex patre nati et Consanguinitas saepe in iure sumitur pro fraternitate, quae a patre communi descendit. vide BRISSONIVM de Verb. signific. sub hac voce. Sed pro *Cognatis* nuspiam Consanguineos inuenies positos; itaque hic non Cognatos sed Agnatos intelligere debemus.

ſumunt, ſe de ipſis temeritate propria intromittunt, et eadem detinent occupatâ in dictorum Archi-Epiſcopi et Eccleſiae Colonienſis praeiudicium non modicum et iacturam, et vnde ſerenitati noſtrae humiliter ſuplicauit, quatenus ſibi in et circa praemiſſa de opportuno dignaremur remedio prouidere:

Nos itaque rationabilibus ſuis moti precibus, praeſertim ad omnem dubietatis ſcrupulum in talibus ex nunc in antea tollendum e medio, et vt Eccleſia Colonienſis praedicta in ſuis libertatibus et iuribus illaeſa perſiſtat, animo deliberato non per errorem aut improuide, ſed ſano Principum, Comitum, Baronum et Procerum noſtrorum et Imperii ſacri fidelium communicato conſilio de certa ſcientia et Imperialis noſtrae plenitudine poteſtatis decernimus, ſancimus et etiam praeſentibus declaramus: quod decedentibus Vaſallis Nobilibus, Caſtrenſibus et Subditis quibuscunque legitimis heredibus maſculis DE SVIS PROCREATIS CORPORIBVS NON RELICTIS) quorum bona ab Archi-Epiſcopo et Eccleſia Colonienſi praefatis in feudum dependerunt, vniuerſa et ſingula bona huiusmodi, etiam Ciuitates, Oppida, Fortalitia vel Caſtra ſint, vel alias in quibuscunque poſſeſſionibus, reditibus, iuribus ſeu bonis exiſtant, ad dictum Archi-Epiſcopum, qui eſt vel pro tempore fuit ac Colonienſem eccleſiam ipſo facto deuoluta fuiſſe et eſſe — — et quoties id contigerit, vt praefertur auctoritate propria indilate intromittere poſſeſſionem eorum ſine impedimento, renitentia, ſententiatione ſeu deciſione ALTERIVS IVRIS **), terrarum conſuetudine, quae in hac parte cenſenda eſt potius corruptela, ac ſine alio quocunque colore ſeu imaginatione quaeſitis, apprehendere et tenere libere et abſolute poſſit et valeat etc.*

OBSERVATIO DLXIII.

Nepotes filiorum nomine continentur, quoties de eorum commodo agitur; In oneroſis contra.

In fideicommiſſo non ſolum a parentibus ſed etiam ab aliis condito, v. c. Si teſtator dixerit: DO LEGO FRATRI MEO et FRATRIS LIBERIS, nepotes etiam fratrum contineri, ſaepius ac nuperrime his verbis reſpondimus; Uebrigens da unter Benennung derer Söhne auch die Enkel, in

*) h. c. *Filiis.*

**) Id quaeſo aliud quodnam, niſi Langobardicum? Notetur eius elogium: *Corruptela.*

in den Fällen, wo es zu derer lezteren Vortheile gereichet, allerdings begriffen.

L. 220. D. de verb. signific. L. 6. C. de testamen. tut. L. 2. §. 7. C. de except.

BERGER. *Oecon. Iur. lib. 2. tit. 4. th. 35.*

WERNHER. *Tom. 3. Obs. 352. Part. 2.*

in gegenwärtigem Falle aber die dem ältesten Sohne gegebene Erlaubnis, das Lehn zu veräusern, etwas vortheilhaftes enthält, und daher, daß der lezte Willensstifter sich des Wortes Sohns nur Exempelweise bedienet, dessen Kinder aber von gleicher Erlaubnis nicht ausgeschlossen habe, abzunehmen, rc.

OBSERVATIO DLXIV.

Si dona stannea vel argentea conuiuarum nuptialium adhuc supersint, sed conflata.

De Specificatione in nouam formam, salua materia.

1 Acceperant noui coniuges a conuiuis nuptialibus dona argentea et stannea. Cum autem tempore progrediente, vt formas rebus nouas homines lubenter inducunt, quibus grata est varietas, et coniugibus haec vasorum veterana facies et obsoleta forma displiceret, fabro hoc argentum stannumque committebant conflandum, vt ex priscis vasa formaret alia gustui nouorum temporum magis accommodata. Supererat ergo vetus materia, sed forma et facies externa mutabatur. Cum vidua illata repetens partem dimidiam mutati argenti atque stanni sibi arrogaret, ei mariti heredes opponebant: dona nuptialia, vt donata erant, in natura non amplius superesse, adeoque haec noua vasa ex vetustis conflata communi massae inferenda, nec viduae semissem ex his praestandam esse. De ea re consultum Mense Iulio 1772 Collegium ICtorum Lipsiense ita respondit:

2 Obwohl der auf das Hochzeit Geschenke gestochene Nahme derer, so es verehret, keinen völligen Beweis, sondern nur allenfals eine Muthmasung abgiebet, daß wo der Nahme von des Bräutigams Anverwandten auf einem Stüke befindlich, solches dem Bräutigamme, noch wo die Anverwanten der damaligen Braut, und nunmehrigen Witbe, ihre Nahmen darauf

darauf zeichnen lassen, dieses selbiger eigenthümlich zugehören solle; vielmehr im Gegentheile dafür zu halten, daß alles Hochzeit Geschenke beyden Ehegatten von denen Gästen gemeinschaftlich zugetheilet worden sey, wo nicht bessere und deutlichere Gründe, daß es einer von beyden allein, und mit des andern Ausschlusse haben solle, vorhanden; Uebrigens **Inhalts der 22sten Churfürstl. Constitution im dritten Theile** die Helfte nicht von allem und jedem, sondern nur von demjenigen Hochzeit Geschenke, so annoch vorhanden, der Witbe ausgesezet und gegönnet, folglich da der verstorbene Ehemann, das seiner Seits ihm angeblicher Weise geschenkte Silberwerk verkaufet, auch von dem Zinne, so seine jezige Witbe von ihren Anverwanten erhalten, da es durch den Gebrauch schadhaft worden, umschmelzen und neues daraus gestalten lassen, daß solches Hochzeit Geschenke, nicht mehr vorhanden, es sich ansehen lässet, indem der Zingieser nicht allein die Gestalt verändert, sondern nach Gelegenheit anderes Zin, auch wohl Bley, darunter gemenget, folglich daß wenigstens diejenigen Schüsseln, so von denen Hochzeit Gästen verehret worden, nicht mehr in Natur da wären, also auch von diesen die hinterlassene Witbe nicht die Helfte fordern könne, vieler Anschein Rechtens sich hervorthut.

Dennoch aber und dieweil nach denen bekanten bey der Specification 3
eingeführten Regeln, das umgeschmolzene Silber oder Zin, was den Hauptstof anlanget, unveränderlich geblieben, und der blose Zusaz von ähnlicher Materie oder neuem Zinne die vorige Sache nicht gänzlich vertilget, folglich es keinesweges auf die Forme und äuserliche Gestalt, sondern auf die innerliche Materie ankomt, als welche bis diese Stunde noch vorwaltet, bey solchen Umständen aber daß das geschenkte Zin noch da sey, sich wohl behaupten lässet, sintemal die obangezogene Churfürstliche Constitution, daß das Hochzeit Geschenke beydes, sowohl der Gestalt als der Materie nach, unverändert geblieben seyn müsse, nirgend erfordert, mithin es darauf ankommen wird, ob die Witbe, wie viel Zin ihnen beyderseits geschenket worden, und daß das geschenkte Silber oder Zin nicht verkaufet oder dran gegeben, sondern in dem umgeschmolzenen annoch enthalten sey, erweiset, welches wenigstens durch die Gewissensrührung bewerkstelliget werden kan; als in welchem Falle zwar die Forme, nicht aber die Materie in die gemeine Erbschaft gehörig, woraus folget, daß die Witbe sich die Helfte des Macherlohns müsse abkürzen lassen,

So ist die Witbe, wenn sie das Gewichte des zum Hochzeit Geschenke erhaltenen Zinnes und Silbers anzugeben im Stande, und zur Helfte das Macherlohn vergüthen wil, die Helfte des umgeschmolzenen Zinnes und umgearbeiteten Silbers zu verlangen wohl berechtiget. Solte auch dieselbe besser, als durch die darauf gestochenen Nahmen derer Anverwanten, wie ihr eines oder das andere alleine geschenket worden, zu beweisen im Stande seyn, so wären solche ihr allein geschenkte Stüken, ihr auch allein gehörig.

OBSERVATIO DLXV.

Migrationem ex patria et derelictionem aedium aut agri quis delictum putet?

1 Satis imperite magistratus nonnulli existimare: derelictionem aedium et clandestinam migrationem ad exteras regiones poena non carere, vt etiam fugientes saepe vi retineant, immo carceri includant. Siccine sponte, nec lege cogente, seruos nosmet ipsos efficere laboremus? Bone Deus! Si non migratio talis, quid quaeso aliud liberum erit? Certe corpus et nostra bona sic desinent nostra esse. A qua seruitute optimus quisque princeps eo magis abhorrebit, quo iustior, quo melior. (*Obs DXIX.*) Notauimus talem magistratus imprudentiam in sententia sequenti, mense Februario 1773 perlata.

2 Dieweil Eingangs ernante Wurmin eine freye Person und mit keiner Leibeigenschaft befangen, übrigens der gnädigste unter dem 21sten August des 1764sten Jahres ins Land ergangene Befehl nur die **Verleitung** der Unterthanen zum Wegziehen, nicht aber das leztere selbst, untersaget und jedem Eigenthümer, Kraft der an seinem Vermögen habenden unbehinderten Verwaltung, nachgelassen bleiben muß, auch solche nach Gefallen zu verlassen oder überhaupt mit seinen Güthern, (und um so viel mehr, mit seiner eigenen Person) nach Gefallen zu gebahren, folglich die Entweichung und Verlassung eines Grundstükes unter die Verbrechen auf keine Weise, geschweige denn unter diejenigen, wo man so fort mit Versicherung der Person verfahren mag, gezählet werden kan, immasen wenn den Einwohnern solches nicht erlaubt seyn solte, alle Freyheit gänzlich aufhören, die Güther nicht unser Eigenthum und die Person nicht mehr die unsrige

unsrige verbleiben würden, übrigens daß die Wurmin die Absicht ihre Gläubiger zu betrügen gehabt, nicht die mindeste Anzeigen bey den Acten vorhanden, weniger jemand solches jemals gerüget; So ist nur erwähnte Anne Rosine Wurmin, der zur Ungebühr verhangenen gefänglichen Haft also fort zu entledigen, und wider sie weiter nichts vorzunehmen, dieselbe auch mit Abstattung einiger Unkosten gänzlich zu verschonen.

Si quis tamen militiae declinandae aut exteris militandi causa solum vertat, excusationem praebebit magistratui rescriptum d. d. 5 Iul. 1751 in *Continuatione Cod. Aug. Tom. I. pag. 1149.*

OBSERVATIO DLXVI.

Inquilinus in pagis sine magistratus consensu non solum non recipi, verum etiam receptus, expelli potest.

Inquilinum in pagis sine magistratus consensu recipere non licet. Neque tamen, qui sine praescitu domini iurisdictionalis in rustica domo mansionem conducit, inquilinus peccat, sed is, qui recepit. Adeoque non ipse, sed qui recepit, puniendus. 1

Quaerimus autem an sine consensu magistratus qui locauit aut etiam gratis recepit inquilinum per praecepta poenalia adigi possit, vt eum dimittat? Quod cum quaero, illud vulgare in memoriam venit: 2

Turpius eiicitur, quam non admittitur, hospes;

quam ob causam videri poterat, praeter poenam nihil a recipiente exigi, nec inquilinum ex possessione sua iure adquisita deiici posse, immo si factum fuerit, praesto esse actionem spolii contra magistratum instituendam, idque eo magis, quod omnis lex locationibus modum praescribens, amabilem illam libertatem commercii et iura dominii, quibus nihil sanctius esse debet, (*Obs. CCCLX. DXIX.*) impedit, adeoque odium potius meretur, quam fauorem. Pondus habent haec argumenta haud leue, vt fere mihi persuadeam, in Possessorio summarissimo tuendum esse et locatorem et inquilinum. 3 Sed salua res est, quia in causa Politiae possessorium summarissimum cessat. (*Obs. DII. num. 16.*) Quod autem Petitorium attinet, opem feret magistratui Lex quinta C. de legibus, quae hanc locationem irritam, nullam, inutilem declarat. *Nullum pactum*, ait Theodosius, *nullam conuentio-*

uentionem, nullum contractum volumus subsecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Ea quae lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debere quod factum est. Sed et si quid fuerit subsecutum ex eo vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum atque inutile esse praecipimus. Sentio non plane sufficere hanc legem, neque eam nostris temporibus omnino accommodatam esse, sed propter vtilitatem publicam et, quoniam causae Politiae receptis iuris regulis non plane subsunt, etiam expelli posse inquilinum ignorante magistratu in rusticas aedes receptum, saepe respondimus.

OBSERVATIO DLXVII.

Furiosus et Infans in Expensas Inquisitionis condemnantur.

1 Licet homicidium a furioso commissum impune sit, vtpote mero casui et infortunio comparandum, adeoque eius custodia et inquisitionis expensae ad onera iurisdictionis referendae videantur, tamen Lex *5. §. 2. ff. ad L. Aquil.* satis indicat, actionem, si non ex Lege Aquilia, tamen in factum, obtinere, si furiosus quid fregerit, aduersus curatorem eius instituendam. Vnde Moguntinis nuper respondimus:

2 Daß Javolen in einem sichern Orte, woselbst er weder sich noch jemanden anders schaden möge, zu enthalten, wozu der Aufwand, daferne seine eigenen Mittel hierzu nicht hinreichend, auch von seinen Verwanten, welchen die Versorgung zuerst oblieget, dieselbe ganz oder zum Theil nicht bestritten werden könte, allenfals Gerichts wegen zu übertragen, immasen auch die auf diese Untersuchung verwanten Unkosten, in so weit er etwas
3 im Vermögen hat, aus solchem einzubringen. Additis rationibus: Weshalber derselbe mit einiger Strafe nicht zu belegen, von welcher jedoch der Ersaz der verursachten Schäden auch Unkosten, zu unterscheiden, sintemalen wenn man auch die ganze Thathandlung als ein bloses Unglük betrachten wil, jedennoch für unbillig nicht zu achten, daß eher über ihn und sein Vermögen sothane Einbuse gehe, als daß damit ein Dritter beschweret werde. MENKE Pand. lib. 47. tit. 1. §. 14.

OBSERVATIO DLXVIII.

Decretum alienandi iudex processus, si non simul iudex sit domicilii, dare non potest.

Decretum alienandi et a iudice domicilii, et a iudice rei sitae recte datur.

Analogiae iuris quidem conuenientius videtur, si quis existimet iudicem 1
domicilii, nempe praetorem tutelarem, decretum res alibi sitas alienandi dare oportere, quia in materia tutelae ad personam pupilli potissimum, ad bona eius autem tantum secundario, respicitur. Nec desunt auctores, qui ex *L. 5. §. 12. ff. de reb. eor. qui sub tutel.* id ipsum elicere student. At vero in ea lege non amplius quicquam dicitur, nisi: valere de- 2
cretum alienandi a iudice domicilii datum. Adeoque haec ipsa lex decretum iudicis rei sitae non excludit, sed, quoniam quasi exceptionem affert, videtur regulam magis confirmare. Regula autem, qua iudex rei sitae po- 3
tissimum adeundus et ab eo decretum alienandi impetrandum est, fundata in *L. 16. C. de praed. et aliis reb.* Verba ibi obueniunt: *praesidis prouinciae, in qua situm.* Ergo dubium non est, quin etiam iudex rei sitae recte alienationem decernat. CARPZ. *P. 2. Constit. XI. defin. 28.* BERGER *Oecon. Iur. lib. 1. tit. 4. th. XI.* MENKE *Pandect. lib. 27. tit. 9. §. 3.* Vnde 4
apparet eos, qui vtriusque, et iudicis rei sitae et iudicis domicilii, auctoritatem exigunt, rem nimis difficilem et valde incommodam suadere, cum, alterutrius consensum sufficere, allegata a nobis legum capita satis probent.

Caeterum si tutor super lite in die amicabilis compositionis transigat, nullo decreto opus esse demonstraui in Obs. CCCXXXV. Si autem tale is, qui cum ipso transegit, petat, id non potest a iudice processus, sed a praetore tutelari impetrari. Certe Curia Prouincialis suprema Lipsiensis etiam in hoc ipso tribunali transacta lite, decretum super transactione denegat.

OBSERVATIO DLXIX.

Concubitu affirmato, delati super impraegnatione iuris iurandi acceptatio inutilis.

Exceptio

Exceptio congressus cum pluribus, si specialia non afferantur, tanquam vaga et nimis generalis, non attenditur.

1 Solent stupratores vt plurimum concubitum quidem fateri, attamen aut immissionem seminis negare aut saltim ex hoc grauidam, quae dotationem et infanti alimenta petit, mulierem effectam fuisse, in dubitationem adducere. Hoc posterius ridiculum, cum medici solo tactu, solo attritu penis, aut aspersione leuiuscula vel vnius guttulae seminis in ipsa tantum labia foeminearum partium, grauidam reddi posse foeminam, fateantur. RIOLASC. *Antropograph. lib. 2. cap. 34.* MOENICH *Obs. 13. et ad eum* LORIZ *in notis ad h. l. pag. 13.* Nec improbabilis eorundem medicorum relatio, in balneo si mas semen emiserit, virginem, quae eandem aquam intrauerit ac balneo sic impraegnato insederit, concepisse, cuius rei plura exempla proferuntur. Immo diabolum ex pollutionibus nocturnis semen virorum excipere, eoque surrepto suas concubinas impraegnare, sapientes superiorum temporum tam pertinaciter credebant, vt qui dissentiret, sceleratus, impius, detestabilis, quae omnia adhuc patienter fero, sed (quod ferendum non est,) etiam stupidus et obtusus homo, stipes, truncus videretur. Sed a melioribus auctoribus hoc etiam proditum, ex duabus foeminis quae sese inuicem compresserant, viduam virile semen ab altera, quae cum viro suo proxime concubuerat, accepisse atque ita praegnantem factam. De balneo autem, quod supra retuli, etiam refert AVERROES, quandam scilicet vicinam suam, dum esset in balneo, in quo paulo ante semen intemperantes quidam homines proiecerant, attracto semine concepisse; vnde non minus eos, qui virilitate etiam curta vtuntur, generare posse, omnes sciunt Aesculapii nepotes. Itaque affirmato concubitu, orta ex eo impraegnatio praesumitur, vsque dum contrarium doceatur, vnde hoc punctum litis contestationis scilicet impraegnationem non secutam esse, plane non attenditur, nec affirmato concubitu inficiatio secutae impraegnationis quicquam stupratori prodest.

2 Nec penitus tamen probatio contrarii denegatur, si nempe inter exceptiones illa *congressus cum pluribus* obueniat, quam tamen nude allegasse, itidem nihil proficit, cum sic proposita nimis sit generalis; sed, si attendi debet, necessarium est, vt specialia adducantur, immo, si fieri possit, corriuales nomine indigitentur. *O. P. R. ad tit. XI.* §. 4. Debet enim scire petitrix super quibus potissimum riualibus replicas adornare debeat, quod

quod facere non poteſt, ſi exceptio ſit nimium generalis. Diximus hucusque, negatam impraegnationem, ſi reus concubitum faſſus ſit, non attendi, nec condemnatoriam remorari, licet vel maxime ſeminis immiſſionem reus negauerit. 3

Attamen ſi ipſa petitrix in libello verba: Nachdem er der Vater zu dieſem meinen Kinde iſt, aut etiam, nachdem ich nun von dieſem Beyſchlaſe ſchwanger worden, immiſcuerit, reus vero iusiurandum ſuper eo acceptauerit, vidri poterat, hoc fere idem eſſe, ac ſi replicam petitrix ipſi libello inſeruiſſet, atque ſic reo exceptionem *congreſſus cum pluribus* praecidere voluiſſet. Itaque ſi reus hoc iusiurandum ſibi delatum accipiat, porro exiſtimari poſſit, ei hoc ex acceptatione iurisiurandi, (quae transactionis ſpecies) enatum ius vix eripi poſſe, et ſic ex accidenti fieri, vt, quae exceptio, ob contrariam praeſumtionem, inſuper haberetur, ſi iusiurandum non delatum fuiſſet, eo delato, ſit attendenda. Sed vtcunque haec valde ſpecioſa ſint, tamen ſuper verbis: Nachdem ich nun von dieſem Beyſchlafe ſchwanger worden, iusiurandum delatum dicaſteria reiiciunt. Si itaque mulier replicam libello inſerere adeoque per eam exceptionem congreſſus cum pluribus praecidere reo, et iusiurandum deferre velit, non vtatur hiſce verbis: *Poſtquam vero ex hoc concubitu impraegnata ſum*, ſed hiſce potius: Nachdem ich nun niemals mit einer andern Mansperſon mich fleiſchlich vermiſchet, aut ſi hoc non poſſit, hiſce ſaltim: Nachdem ich nun vom zehenden Monate an bis zum ſiebenden, vor meiner nur gedachten Niederkunft, mich auſer Klägern mit keiner andern Mansperſon fleiſchlich vermiſchet. Tunc iurisiurandi delatio locum inueniet, aliter non. 4

Accidit nuper ſingularis facti ſpecies, cum in cauſa Mariae G**. contra Chriſtophorum S**. coram praefectura Wittebergenſi ventilata Facultas Wittebergenſis his verbis, quae ſtudioſe retineo, per Deciſum, pronunciaret: 5
Daß Klägerin Suchen nicht ſtat habe, ſie könte und wolte 6
denn, daß Beklagter zu ihrem Kinde Vater ſey, in ſächſiſcher Friſt, mit Vorbehalt Beklagtens Gegenbeweis in ebenmäſiger Friſt, auch beyder Theile Gewiſſensrührung erweiſen deſſen genöſſe ſie billig ꝛc.

Stuprata probationem hanc in ſe ſuſcipiens articulum primum ita formabat: Wahr, daß ſich Beklagter zur angegebenen Zeit mit Klägerin fleiſchlich vermiſchet, ſein mänliches Glied in ihre Scham gebracht, und ſeinen Saamen in ihren Leib laufen laſſen. Hunc articulum reus affirmabat. Sequebatur articulus probatorialis ſecundus: 7

Wahr, daß Klägerin von solcher fleischlichen Vermischung schwanger geworden, und davon ein Kind zur Welt geboren.

Super quo secundo articulo petitrix iusiurandum deferebat, reus autem hunc articulum negabat, addita hac declaratione: „Daß Klägerin um „deswillen von seiner eingeräumten Vermischung nicht schwanger gewor„den seyn könne, weil sie damals von ihrem Bräutigame schon schwanger „gewesen, und sie Beklagten, vor seinem mit ihr damals getriebenen Bey„schlafe, dieses selbst gesagt, in folgenden Ausdrüken: Ihr Bräutigam „habe sie die vorher gegangene Nacht schon angepuzet und zurechte gema„chet; es könne ihr nichts mehr schaden, Beklagter solle nur laufen las„sen.“ Hoc Palladio fretus delatum iusiurandum strenue acceptabat, et cum sic demonstratione contrarii, quam *Reprobationem* dicunt, nihil opus esset, ea lubens se abdicabat.

8 Sic instructa acta erant, cum ad Collegium ICtorum Wittebergense iterum mitterentur, quod sententiam ferebat sequentem: Daß Beklagter zu Leistung des ad articulum probatorialem secundum ihm deferirten, und von ihm gewisser masen acceptirten Eides nicht zu lassen, hiernächst daraus so viel zu befinden, daß Klägerin dasjenige, so ihr zu erweisen nachgelassen, und sie sich angemaset, zur Nothdurft erwiesen, derowegen Beklagter das mit ihr erzeugte Kind so lange, bis es sein Brod rc. Additis Decidendi rationibus: Dieweil Beklagter zu Leistung des ihm über den secundum articulum probatorialem deferirten Eides um deswillen nicht zu lassen, weil er diesen Punct nach seiner gethanen Erklärung lediglich in Absicht auf die dabey vorgeschüzte Exception, womit er aber nicht gehöret werden kan, verneinet. Haec Domini Wittebergenses.

9 Stupratori haec sententia contraria videbatur priori ab eodem Wittebergensi Collegio perlato Deciso. Itaque interposita ab ipso Leuteratione res deferebatur ad Scabinos Lipsienses, qui, cum vim rei iudicatae prioris Decisi elidere non possent, nec eam declinare; reformatorie pronunciarunt et petitorem ad iusiurandum admiserunt, attamen tantummodo de credulitate praestandum, hac quidem formula: Dieweil, vermittelst des rechtskräftigen ersten Decisi, der Klägerin unter andern auch dieses vorbehalten worden: daß sie Beklagten darüber: daß er Vater zu dem Kinde sey, den Eid deferiren könne, sie auch solches wirklich gethan, und Beklagter

klagter diesen ihm also deferirten Eid acceptirt, solchergestalt aber der Ausführung des Einwands, als wenn mehrere sich mit Klägerin fleischlich vermischt, es nicht bedurft hat, und Beklagter aus dem durch solche Gewissensrührung (aut potius per rem iudicatam) überkommenen Rechte nicht gesezt werden darf, so ist nunmehro aus den Acten so viel zu befinden, daß selbiger zu Leistung des über den andern Beweis-Artikel ihm deferirten Eides, jedoch nur de credulitate, nach vorgehenden der Klägerin Eide für Gefährde, allerdings zuzulassen; sodann auch von der wider ihn angestelten Klage zu entbinden und loszuzählen.

Displicebat haec sententia stupratae, vnde cum ipsa iam leuteraret, et ad Facultatis iuridicae Lipsiensis collegium acta mitterentur, mense Ianuario 1774 nos Dnorum Scabinorum sententiam propter vim rei iudicatae confirmauimus, attamen in fauorem pauperculae et euitandi manifesti periurii causa, clericum adiungendo, qui reseruationem mentalem, quae vbique perlucebat, excuteret stupratori. Igitur Confirmatoriam sententiam nouo additamento nempe hac clausula ornauimus: jedoch mit dieser Erklärung, daß Beklagter, gestalten Sachen nach, den ihm zugeschobenen Eid im Beyseyn eines Geistlichen abzulegen schuldig. 10

OBSERVATIO DLXX.

Non omnis, qui Testamentum delineat aut in hoc sibi legatum adscribit, eo excidit.

Decisio Noua Saxoniae Electoralis d. a. 1746 fere non alia, nisi SCti Liboniani theotisca versio. Hoc Senatus consulto sub poena falsariis statuta cauebatur, ne quis sibi legatum adscriberet, nisi testator, se id iussisse, sua praescriptione annotasset. *L. 1. §. 7. 8. L. 14. §. 2. L. 15. pr. et §. 1. ff. de lege Cornel. de fals. L. 2. C. de his, qui sibi adscrips.* Huius Decisionis Saxonicae rubrica quidem valde generalis, vtpote his verbis concepta: Ob demjenigen, so mit Aufrichtung eines Testaments oder lezten Willens zu thun gehabt, darinnen etwas vermachet werden könne? post rubricam nigrum transcribamus: 1

Damit bey Aufrichtung der Testamente und lezten Willen alle Unrichtigkeit und ungleicher Verdacht um so vielmehr vermieden werde, so sezen und ordnen wir hiermit, daß A) derjenige, so auf Geheis oder Ersu- 2

chen des Testatoris einen lezten Willen geschrieben, aufgesezt, dictiret oder sonst gefertiget (haec omnia de priuatis testamentis intelligo) desgleichen auch B) der Notarius, so ein Instrument darüber gemachet, (hoc quoque de priuatis testamentis) nicht weniger C) wenn ein lezter Wille vor Gerichte in Schriften oder mündlich aufgerichtet worden, die Gerichts
3 Obrigkeit oder die Gerichtspersonen ꝛc. Manifestum puto, verba ipsius Decisionis sensu et vera legislatoris voluntate latiora esse. Neque enim credo, eam iubere heredem vel legatarium aures obstruere et se quasi surdum, immo truncum praebere, vt neque audire quicquam, nihilque plane agere debeat, si testator de condendo testamento cum ipso forte loquatur; sed respondere designatus heres, ni fallor, potest, et gratias ei agere, manum osculari, tabellionem ei commendare et nominare, immo viam monstrare ad tribunal, aut septem testes arcessere, adstare denique et praesens esse, si moribundus voluntatem suam nuncupet, quod eo minus vituperabile, cum vetustissimo iure etiam necessarium esset, vt heres, tanquam familiae emtor testatori adstaret. Ne inter testes heres sit, prohibitum quidem, sed praesentia eius nuspiam interdicta. Non minus vero heres etiam periculum (ein Project) delineare impune poterit, modo non hoc ipsum testamentum fiat, sed ab alio describatur. Neque enim legis talis interpretatio toleranda, quae, si admittatur, lex impossibilia iussisse videatur. Impossibilitas enim (cui difficultas plane comparatur) nos iubet recedere a sensu legis etiam vero simili et claro, vt CALDERINVS quondam dixit.

4 Idem sensit Facultas Iuridica Lipsiensis mense Augusto 1772. Obwohl Muthmasungen vorhanden, daß die eingesezten Erben, Schmidt und Zätzsch, das Schiedische Testament selbst entworfen, concipiret und gefertiget, oder doch unter ihrer Beyhülfe und Zuthun (wohl gar nach ihrer Vorschrift und Anweisung) durch einen Dritten schreiben, fertigen, und in die gegenwärtige Form bringen lassen, immasen denn dieselben einer solchen unerlaubten Anstiftung sich darum sehr verdächtig gemacht, da sie nicht nur, vor des Testaments gerichtlicher Eröffnung, dessen Inhalt und, wie viel einem jeden derer Legataren ausgesezet worden, gewust; sondern auch, als bey Haltung der Begräbnis Mahlzeit in dem Sterbehause der mit 100 Thalern bedachten Annen Katharinen Kunizin Eheman gegen gesamte Trauergesellschaft: daß ohne sein Verschulden der verstorbene Erblasser Schied immer einen so grosen Haß wider ihn, Kunizen, geheget und dahero er oder sein Eheweib in dem Schiedischen Testamente wohl schlecht

schlecht würden bedacht worden seyn, sich gleichsam beklagende herausge-
lassen, hierauf der beklagte Miterbe Zätzsch nicht nur Kunizen, daß ihm
100 Thaler darinnen vermacht worden, eröffnet, sondern auch dabey: Es
habe ihme, dem Erben, Zätzschen viele Mühe gekostet, ehe er es bey dem
Testirer dahin gebracht, indem es derselbe durchaus nicht habe eingehen
wollen, aber endlich durch vieles Zureden doch noch bewogen worden sey,
erzählet. Nun dann aber nicht nur in des Kaisers Maximilians Consti- 5
tution vom Jahre 1512 und denen gemeinen Rechten, sondern auch inson-
derheit in der Churfürstl. Sächsischen 9ten allerneuesten Decision
vom Jahr 1746 verordnet: daß derjenige, so einen lezten Willen (es ge-
schehe nun solches auf des Testirers Geheis und Willen, oder nicht) gefer-
tiget, oder, welches volkommen einerley zu seyn scheinet, unter seiner Mit-
hülfe und Anweisung fertigen lassen, oder sonst mit Aufrichtung eines Te-
staments etwas zu thun gehabt, darinnen schlechterdings nicht solle
zum Erben eingesezet, noch ihm etwas vermacht werden können, sondern
daß alles, was demselben zum Besten in einem solchen lezten Willen geord-
net, für ungültig und nicht geschrieben zu achten sey, folglich sothane Erb-
einsezung um so weniger bestehen möchte, je weniger Schied das Testa-
ment selbst geschrieben, noch der Erben Nahmen eigenhändig eingerüket,
noch auch darunter: daß, ohnerachtet dieselben mit seinem lezten Willen
zu thun gehabt, sie dennoch seine alleinigen Erben seyn solten, mit seiner
eigenen Hand angemerket, oder sich dessen gegen die Gerichte erkläret;

Dennoch aber und dieweil, was die in der Neunten Decision 6
vom Jahr 1746 gebrauchten Worte anbelanget, ob solche schon von ei-
nem weitern Umfange, nichts destoweniger, wegen mancherley im gemei-
nen Leben vorkommender und unumgänglicher Nothwendigkeit sich öfters
zutragen muß, daß jezuweilen der Erblasser sich mit seinen Erben vorläu-
fig bespricht, auch nicht selten sich vorher besprechen muß, da er ihm wohl
nach Gelegenheit mündlich eines und das andere anbefiehlt, wannenhero
die Regeln der Auslegung kaum verstatten, solche Worte gedachter Deci-
sion dergestalt, als wenn der Erbe in einer völligen Unthätigkeit verblei- 7
ben müsse, anzunehmen, weil sonst fast alle und jede Testamente hinfällig 8
werden dürften; vielmehr, wegen der bekanten Gunst, welche die Rechte
gegen die Beständigkeit der lezten Willen äusern, obige Worte des Gese-
zes nur von demjenigen schriftlichen Aufsaze, welcher wirklich im Gerichte
übergeben wird, nicht aber von blosen Entwürfen und Concepten anzu-

 nehmen,

9 nehmen, wannenhero wenn auch die eingesezten Erben, als gemeine Hand-
werksleute, einen Entwurf nach ihrer Art gemachet, und solchen dem Ver-
storbenen, wie vermuthet wird, überreichet haben solten, dieser aber her-
nach denselben einem Gelehrten, um ihn in die Form zu bringen, und mit
Beybehaltung der Sache in geschikte Worte einzukleiden, übergeben hät-
10 te, doch von gedachten Erben, daß sie diesen nehmlichen lezten Willen ge-
fertiget oder aufgesezet, nicht gesaget werden kan, sintemal die in ermeldeter
neunten Decision vorkommenden Worte: **Mit einem Testamente zu thun
haben, schreiben, auffsezen, dictiren oder sonst fertigen,** erstlich nur
11 allein von ausergerichtlichen, zum andern aber auch keineswegs von blo-
sen Vorbereitungen und unvolständigen Entwürfen, sondern von der wirk-
lichen Ausführung, also von derjenigen Schrift, die wirklich das Testa-
ment vorstellet, nicht aber von blosen Concepten zu verstehen, wie daraus
abzunehmen, daß besagte Decision Anfangs von Privat-Testamenten, so-
dann aber erst von Gerichtlichen redet, und bey denen leztern, daß nur de-
nen obrigkeitlichen Personen und Gerichts Schreibern, also denenjenigen,
die nicht mit dem Entwurfe, sondern mit der wirklichen Volziehung zu
thun gehabt, nichts vermachet werden solle, verordnet; folglich bey denen
gerichtlichen Testamenten der Erbe solches gar wohl entworfen und proje-
13 ctiret haben mag, weil aller Verdacht einigen Betrugs (dessen Vermei-
dung besagter Decision erster Hauptgrund ist) durch derer Gerichte öffent-
lichen Glauben völlig abgelehnet wird;

WERNHER *P. 5. Obs. 202.*

14 übrigens nicht folget, daß wenn jemanden der Inhalt eines Testaments
bekant ist, dieser selbigen auch gefertiget haben müsse, wenigstens sothane
blose Wissenschaft ganz allein zum Beweise nicht hinlänglich. So ist ꝛc.

15 Dissentit BERGER *Oecon. Iur. lib. 2. tit. 4. th. 30. not. 7. et*
16 *Part. 1. Supplem. ad Iurisprud. Criminal. Obseru. 20.* E contrario
autem nostram sententiam iuuat WERNHER *P. 5. Obseru. CCII. pag.
1099. Editionis in folio,* vbi scribit: Excipitur, si, quis iubente testatore in
calamum alteri dictauerit. *L. 22. C. de testam.* vel etiam summa tantum ca-
pita testamenti scripto comprehenderit, tandem iudicialia testamenta exi-
muntur. Prohibita enim adscriptio tunc demum, quando testamentum vim
probandi assumit ab ipso scriptore, non autem si aliunde id fiat per aucto-
ritatem

ritatem iudicialem. Nam legatum, quod quisque ipſe ſibi in teſtamento iudiciali adſcripſit, validum eſt.

Haec WERNHER. Deinde ſi vix ob importunas ſollicitationes teſtamentum corruit, *Obſ. CCCCXXVIII.* multo minus infringetur, ſi heres moderate quid teſtatori ſuggeſſerit. Addo praeterea auctoritatem ANTONII FABRI, qui pluribus probat, in nuncupatiuis teſtamentis non nocere, ſi legatarius ſchedulam ſcripſerit, ex qua teſtator teſtamentum iudici dictet in calamum, quoniam hic voluntas teſtatoris non et ipſa ſcriptura probatur, et Domini de KANGIESER *in Deciſionibus Haſſo-Caſſelanis Tom. I. Dec. 119.* his verbis: Denn ob zwar, wenn ſich der Scribens ſelbſt etwas zugeſchrieben, die vorangeführten Leges ihre Kraft behalten, ſo können ſie doch auf leztern Caſum um ſo viel weniger gezogen werden, als nicht nur L. 15. D. de L. Cornel. de falſ. des Legatarii vel heredis eigne Hand ausdrüklich ſupponiret, verbis: *ſua manu*, ein ſolches aber, wenn das Teſtament durch einen andern mundiret, nicht geſaget werden kan, LEYSER *Specim. 397. Med. 4.*

OBSERVATIO DLXXI.

Si hypotheca tantum in triennium conſtituta eſt, elapſo triennio, ius reale non exſpirat.

Hypothecam nominauimus, ſed conſenſus Domini directi eadem eſt ratio. Inprimis vero hac obſeruatione creditori conſuetudinum in Curiis Feodalibus Electoratus Saxonici non ſatis gnaro ſcrupulum eximemus, qui facili, ſed vano metu, premere poſſit. Scilicet ſi forte Conſenſus a domino feodali in triennium, aut aliud certum aut definitum tempus interpoſitus fuerit, exiſtimari poſſit: hoc tempore elapſo Conſenſum huiusmodi temporalem exſpirare, aut ſaltem prolongatione opus videri. Fateor, me ipſum in tali ignorantia quondam verſatum et propter *Deciſionem Electoralem 31.* quam de hac re clariſſime loqui putabam, nimis meticuloſum fuiſſe, et poteram eſſe, cum de retrouenditione feodorum idem diſpoſitum inuenirem in *Taxa Saxoniae Feudali, quae in Corp. Iur. Sax. pag. 1099.* reperitur, et quoniam generatim interpoſitus conſenſus ſtrictiſſime accipi ſolet. MASCOV. *de Iur. Feud. cap. 12. §. 23.* Verum poſtquam ab ipſo rerum clientelarium Secretario *Lochmanno* in cauſa propria edoctus ſum, in Curiis Feodalibus Saxoniae conſenſum ſub clauſula caſſatoria non interponi,

poni, nec vnquam dici: daß wenn innerhalb dieser Zeit die Bezahlung oder Wiedereinlösung nicht erfolge, der Consens für erloschen, und der Lehnsherr daran weiter nicht gehalten seyn wolle, siue aut latine dicamus: *vt si solutio aut reluitio intra triennium non sequatur, Consensus exspirare debeat, nec dominus directus amplius teneri velit*, cum, inquam, hac dura et cassatoria clausula in hoc territorio nunquam vtamur, creditor plane securus erit, etiam si tantum in triennium consensus interpositus, nec eius prolongatio post elapsum tempus impetratus sit.

3 Etenim quoad effectum perinde est, vtrum in indefinitum, an in cer-
4 tum tempus, consensus interponatur. Si quis de eo dubitauerit, is vel hoc vnicum perpendat, quotidie vetustarum hypothecarum, quae ante quadraginta vel quinquaginta annos ad breue tantummodo tempus constitutae, sed negligentia possessorum, etsi creditum iamdudum solutum esset, nondum deletae, cassationem possessores praediorum equestrium petere, atque tunc creditores edictaliter citari, quod plane superuacaneum foret, si post elapsum tempus in Consensu definitum ipso iure Consensus exspiraret.

5 Quid quod, si exterus creditor obseruantiae huius curialis ignarus periculum metuat, et prolongationem, quae, vt diximus, plane superuacanea, petat, eam quidem non penitus Curia Feodalis Dresdensis denegare, attamen formula non alia vti solet, nisi hac: daß, ob es wohl der Nothwendigkeit nicht gewesen, man doch zum Ueberflusse den Consens verlängert haben wolle. Hoc mihi ipsi contigit, ergo credite experto.

6 Si itaque ipse dominus directus suum consensum in certos annos interpositum, elapsis iis, tacite pro *prolongato* habet, multo magis id de agnatis et Simultanee Inuestitis valebit, vtpote quorum consensus non aliter, quam purus, in curia feodali accipitur. Haec monenda putauimus, ne forte quis sine causa haesitet, aut nodum in scirpo quaerat.

OBSERVATIO DLXXII.

Renunciationes non extenduntur ad casus, de quibus renuncians non videtur cogitasse.

1 Vulgaris et omnibus nota regula, renunciationes omnes strictissimae interpretationis esse, stipari potest allegationibus hisce: *L. 35. §. 3. C. de inoff. test. L. 26. C. ad SCt. Vellei.*

Caue

Caue etiam, ne renunciationes extendas ad casus eiusmodi, de quibus renuncians verosimiliter non cogitauit. LEYSER *Med. ad Pandect. tom. I. pag. 125.* Vide etiam infra *Obs. DLXXXIX.* 2

OBSERVATIO DLXXIII.

Registratura non praelecta nullitate non laborat.

Nihil probare registraturam non praelectam, saepius Aduocati ex *Ordinatione Proc. Recogn ad tit. 2. §. 6.* cogere conantur, in quo loco 1
tamen tantum actuario mulcta, ni praelegerit, arbitraria dictatur, partibus autem haec tabellionum incuria grauis et nociua nequaquam esse debet, sed praesumuntur omnia legitime scripta esse ab eo, qui ad acta iurauit, vt ne quidem probatio vlla contrarii admittatur, nec ad summum aliud litiga- 2
tori, qui in hac scriptura se fundat, iniungitur, nisi vt iureiurando eam registraturam adiuuet, immo ne hoc quidem opus, si non magna fraudis suspi- 3
cio. (*Obs. XX.*) Itaque praelectio registraturae inter ea formalia non refe- 4
renda, quorum omissio rem plane vitiet. Quis enim patiatur contrahentes litigantesue, absque vlla sua culpa, damnum experiri? *Adde Obseru. CLXXIX.*

OBSERVATIO DLXXIV.

Do lego duo millia, quae heres in obligationibus publicis (**Landschaftlichen Obligationen**) *soluet; Dico legatarium in pleno valore has publicas obligationes accipere debere?*

Vt propositae positionis veritas statim elucescat, argumentum a contra- 1
rio formabimus. Finge testatricem quandam dixisse: Do lego duo millia in Hamburger Banco-Zetteln, quae Schedulae in commercio *elatiorem* valorem habent, quam summa inscripta prae se fert; hoc si ita testatrix iussisset, sane legatarius non pateretur, sibi has schedulas annumerari secundum pretium, quod in commercio habent, sed recte, vt opinor, dixerit: Summam his schedulis inscriptam, respiciendam esse, non maiorem illum valorem, quem ex accidenti tempora his banci schedulis dedissent: Etenim si elatiorem, quem in commercii cursu hae banci schedulae habent, va-

 lorem

lorem nec potius illum, quem ipſa ſchedula banci loquitur, intelligamus, hoc teſtatricis addidamentum et iuncta verba in Banco-Zetteln, ſine omni effectu et ſenſu forent, quod nequaquam praeſumendum. Cur enim non ſimpliciter teſtator dixiſſet do lego millia? Ita pariter in noſtris Saxoniae publicis Obligationibus. Deinde valor, quem commerciorum curſus his publicis Obligationibus hodie maiorem, cras leuiorem ſtatuit, valde incertus et vagus eſt. Sane ipſa teſtatrix ad amuſſim ſcire non potuiſſet, quantam legatario ſummam relinqueret. Adde in legato *Nominis* nunquam heredem plenitudinem debiti praeſtare, ſed tantum ad ceſſionem nominis adſtringi.

Sed quoniam res valde perplexa eſt, operae pretium erit reſponſum legere, quod huius quaeſtionis dirimendae cauſa menſe Septembri 1772 elaboraui: Hat eine Kaufmans Witbe in einem lezten Willen verſchiede-
nen Perſonen etwas ausgeſezet, unter andern auch ihrem Vetter Auguſt
Chriſtian Ezlern zwey tauſend Thaler vermachet, jedoch bey allen Legaten
insgeſamt: daß die eingeſezte Erbin ſolche ohne alle Einwendung zu ent-
richten und in Steuerſcheinen abzugeben gehalten ſeyn ſolle, verordnet;
Nachdem nun beſagte Steuerſcheine im Handel und Wandel weniger gel-
ten, als die darinnen ausgedrükte Summe beſaget, mithin ernanter Ezler
zwar die Zahlung in Steuerſcheinen annehmen, jedoch ſelbige nur nach ih-
rem jezigen Laufe in geringern Werthe berechnen wil, deſſen aber die einge-
2 ſezte Erbin ſich verweigert, ſo iſt:

> Ob Ezler zu Befriedigung des ihm gegönneten Vermächtniſſes dieſe Steuerſcheine für vol ſich anrechnen zu laſſen, gehalten ſey?

zu wiſſen von Nöthen.

3 Ob nun wohl die Worte des Teſtaments: **daß die Erbin ohne
allen Einwand bezahlen ſolle**, mit ſich bringen, und aber daß Ezler die
Steuerſcheine für vol annehmen müſſe, ein von ihr gemachter Einwand
iſt, woraus, daß ſie ſolche Weigerung nicht von ſich hören laſſen dürfe,
4 gefolgert werden wil: über dieſes die verſtorbene Erblaſſerin mit gedach-
ten Ezlern in naher Verwandſchaft geſtanden, und daher daß ſie ihm, als
ihrem Vetter, ohnfehlbar alle Liebe erzeigen wollen, nicht unwahrſchein-
lich; hieraus aber ferner, daß die Auslegung des lezten Willens alſo zu ma-
chen ſey, daß, da ihm gleichwohl 2000 Thaler vermachet worden, welche er
im Grunde nicht bekommen würde, woferne man ihm dieſe Scheine für vol
anrech-

anrechnen wolle, folglich daß man auf den Werth, den die Scheine im Handel und Wandel haben, das Absehen richten, also einen Steuerschein von hundert Thalern nur für 75 rechnen müsse, es sich ansehen lässet, weil bey dieser ungewissen Sache doch allemal so viel gewis bleibet, daß die Verstorbene: es solten die Legatarii die Steuerscheine in dem vollen Werth annehmen, nirgend angeordnet; darneben von Ezlern angeführet wird, daß mit sothanen öffentlichen Scheinen, welche wie baares Geld angesehen werden sollen, es auch eben die Bewandnis, wie mit denen ausgeprägten Münzen haben müsse, bey welchen mehr auf den innern, als äuserlichen Werth gesehen zu werden pfleget; auserdem auch dem Sprachgebrauche zuwider laufe, wenn man unter den Worten: Er sol 2000 Thaler in Steuerscheinen haben, ein wenigers als 2000 Thaler verstehen wolte, und aber darauf, wie der Verstorbene zu reden gewohnt gewesen, und wie er sich in seinem lezten Lebens Jahren immer ausgedrüket

L. 18. §. 5. D. de instruct.
L. 50. §. vlt. D. de legat. 1.
L. 75. D. de legat. 3.
L. 7. §. 2. D. de suppell. legat.
L. 24. D. de reb. dub.

es bey Auslegung eines lezten Willens gar vorzüglich ankommet.

Dennoch aber und dieweil die eingesezte Erbin wider die Aus- 9
zahlung der 2000 Thaler in Steuerscheinen nichts einwendet, sondern solche zu entrichten bereit und willig ist, folglich dieselbe, was ihr anbefohlen worden, genau erfüllen wil, und der Einwand nicht von ihr, sondern von Ezlern, der die Zahlung nicht annehmen wil, herrühret; sodann die lezte
Willensstifterin nicht bey Ezlern allein, sondern bey allen Legataren, daß 10
sie ihre Vermächtnisse in Steuerscheinen erhalten sollen, verordnet, folglich er, als ein Vetter, vor andern, diesfals keinen besondern Vorzug hat,
und daß gleichwohl die Verstorbene ihre eingesezte Erbin mehr als ihn ge- 11
liebet haben müsse, derselbe wohl daraus leicht abnehmen kan, daß sie dieser ihr sämtliches Vermögen, ihm aber nur einen einzelnen Theil gegönnet, so daß dasjenige, welches er für sich anziehet, gerade wider ihn ange-
wendet werden kan, und die bekante Rechts Regel um so viel mehr hier 12
eintrit, nach welcher ein Erblasser so wenig als nur möglich, seinen Erben beschweret zu haben, vermuthet werden sol, bey dergleichen rechtlicher Ver-

Iii iii i 2 muthung

13 muthung aber nicht nöthig war, ausdrüklich zu befehlen, daß er die Scheine für vol annehmen solle, vielmehr hierbey absonderlich zu erwegen, daß umgekehrt der Zusaz in Steuerscheinen überflüßig und von keiner Bedeutung seyn würde, wenn die Scheine nach dem cursirenden Werthe berechnet werden solten, allermasen nach dieser Auslegung es gerade eben so viel seyn würde, als wenn Testirerin gar nichts hinzugefüget hätte, immasen der cursirende Werth von Steuerscheinen und baares Geld auf alle Weise das nehmliche, und dann dergleichen Auslegung, wo man die Worte als nichtsbedeutend annimt, nicht zu billigen,

BARBOSA *Thesaur. Loc. Commun. s. v. Superflua num. 5.*

14 Solchemnach die mit dem baaren Gelde angestelte Vergleichung eher wieder, als für Ezlern sich anwenden lässet, folglich die Frage nicht auflöset; wie denn auch die Auslegung, wie solche die Erbin machet, dem Sprach-
15 gebrauche gar gemäs, weil, wenn zum Exempel gesaget worden wäre: Ezler solle die 2000 Thaler in alten Speciesthalern haben, der Erbin kaum frey stehen würde, ihm einen für 1 Thaler 11 Gr. anzuschlagen, und nicht
16 sowohl auf den cursirenden als denjenigen Werth, wornach der Species Thaler algemein gerechnet wird, (nehmlich 1 thlr. 8 gl.) gesehen werden dürfte, weil sonst die Beyfüge und der Zusaz: in Species Thalern, keine Bedeutung haben, und ohne alle Wirkung seyn würden. Ueber dieses auch unter beyden Fällen dieser Unterschied sich äusert, daß der Werth der alten Species Thaler auf 1 thlr. 11 gl. in ausgegangenen Landes Rechten bestimmet, dergleichen Geseze aber Ezler von Steuerscheinen, daß hundert Thaler nur 75 Thaler gelten solten, nicht aufzuweisen hat, wobey, daß wenn Ezler, wie gar wohl möglich, bey der Verlosung glüklich ist, er auch die vermachte Summe ohne Verkürzung, und so, wie er sie verlan-
17 get, erhalte, wir nicht einmal erwehnen wollen; Endlich daß die Verstorbene also zu reden gewohnt gewesen, daß sie hundert Thaler Steuerscheine nur 75 Thaler genennet, erwiesen werden müste, worauf wir aber, da etwas hiervon in der Geschichts Erzählung nicht angeführet worden, kein Absehen richten mögen.

18 So ist obbenanter Legatar zu Befriedigung seines Vermächtnisses die Steuerscheine für volgültig sich anrechnen zu lassen, allerdings verbunden.

OBSER-

OBSERVATIO DLXXV.

Interuentio in Processu Executiuo locum non habet, nisi eius fundamentum in continenti sit liquidum.

Interuentionem post rem iudicatam non attendi, nisi in confesso et liquido posita, sed Interuenientis ius in altiori indagine constitutum ad actionem separatam remitti aut arbitrio iudicis victori cautionem imponi, diximus supra *Obs. CCCCLII.* 1

Ex hoc fluit, neque in processu Executiuo interuentioni locum esse, nisi sit in continenti liquida, propterea quod in chirographo debitum confessus, pro iudicato habetur; post rem iudicatam autem interuentio, (vt diximus,) nulla admittitur. 2

Ergone nullum, cui damnum ex solutione imminet, in terminis executiuis remedium superesse putabimus? Ego tale nescio. Etiamsi enim *Praeceptum de non soluendo* suadeas, tamen hoc quoque liquidum petentis ius supponit. 3

Denique non video, quale damnum Interuenienti imminere possit. Si enim vere ius quoddam habeat, etiam post factam debitore solutionem hoc ei contra creditorem, qui vicit, deducere et condictionem sine causa, aut rei vindicationem, aut aliam negotio conuenientem actionem instituere liberum erit, nec adimet ei hoc ius quispiam, modo solenni actione et separato processu id omne instituat. 4

OBSERVATIO DLXXVI.


Male intellecta regula: Omnes simultanee inuestitos simul succedere.

Si hoc de portionibus feodi aequalibus intelligas, plane haec regula falsa.


Praesentans voluisse praesumitur, vt vnius cuiusque praesentati descendentes et liberi in patris Quotam succedant.

1 Simultaneorum inueſtitorum ſucceſſio eſt pactitia, vnde longe veriſſimum, ad ſucceſſionem feodalem admitti in capita, qui ſigillatim ſunt praeſentati, nempe ſi de his ipſis, non de eorum deſcendentibus agatur. Item et hoc certum et indubitatum, ſimultanee inueſtitorum deſcendentes non ſecundum proximitatem gradus ſuccedere, nec talem linealem ſucceſſionem, qualis inter agnatos obtinet, hic locum habere, adeo, vt ne quidem defuncti frater, cum alio quodam extraneo inueſtitus, hunc repellat. Nihil enim ſimultanea inueſtitura cum Succeſſione ab inteſtato legitima commune habet. Etenim ex pacto et condominio haec ſucceſſio profluit, non ex ſanguine. Vnde in hac pactitia ſucceſſione regulas et ordinem ſucceſſionis legitimae adhibere, plane abſurdum, quia tali ſucceſſione admiſſa, partim iure ſanguinis, partim ex pacto et vi ſimultaneae inueſtiturae ſucceſſio fieret, quarum rerum naturalis inter ſe pugna eſt. Quemadmodum enim iure ciuium Romanorum alia teſtamentariae erat, alia legitimae ſucceſſionis ratio, neque partim teſtatus partim inteſtatus quis decedere poterat: ita recte dicitur, neminem ſimul tanquam agnatum, ſimul
2 vero tanquam ſimultanee inueſtitum ſuccedere poſſe. Contraria haec enim. Quod autem ex eo doctores vulgo deducunt: *Omnes ſimultanee inueſtitos, quotquot adſunt, in capita ſuccedere*, falſiſſimum, vt iam ante me prudentes iure conſulti quodammodo animaduerterunt, vt ipſe CARPZOVIUS *P. 3. Conſt. 29. Defin. 12.* vbi ait: *Placet limitatio Hartmanni Piſtoris. Is enim, ſi ex pluribus ſimultanee inueſtitis aliqui, relictis liberis, deceſſiſſent, hos cum ſuperſtite concurrentes, in ſtirpes ſuccedere exiſtimat, ſecutus fratrem Modeſtinum Piſtorem, cuius rationem multis rationibus firmat.* Idem ſentit WERNHER *P. 6. Obſeru. 275.* et COCCEII *Ius Ciuil. Controuerſ. lib. 38. tit. 15. Qu. 7.*

3 Itaque ſi in ſequenti ſchemate



is, quem littera *P.* signauimus, primus feodum adquisisset, ac post mortem eius filius *A.* id accepisset, assumtis tamen in communem manum suis duobus fratribus, ac deinde improlis decessisset, dico *W.* vnam dimidiam, *X. Y. Z.* autem alteram dimidiam consecuturos esse, siquidem teste CHR. HENRIC. BERGERO *in Summi Prouocationum Senatus Decisione 531.* ipse Appellationum Dresdensis Senatus in tali causa pronunciauit: *Absurdum esse, per mortem patris eius liberis X. Y. Z. ius pinguius adquiri, quam ipse habuisset, cum tamen filius ad feudum non nisi mediante patre venire possit.* Adest etiam SIGELII auctoritas, qui *in Disp. de Simultanea Inuest. sine Consensu vasalli impetr. §. XI. et XXVII.* inter simultanee inuestitorum descendentes successionem, quam ipse linealem vocat, obtinere, his verbis prodit: *Simultanea inuestitura, quae post diuisionem feudi pluribus vasalli descendentibus delati proprio iure impetratur, successionem linealem producit.* Id schemate aliquo singulari ibidem illustrat, quod addere placet



Finge

Finge perſonas Num. 2. 3. 4. eſſe a quodam ſimul praeſentatos, feodum vero deueniſſe quondam totum ad Num. 2. notatum. Mortuo W. quem duplici annulo ſignauimus, ait SIEGEL. ei ſuccedere perſonas Numero 6. et 7. notatas, excluſis 3. et 4. Nempe nigro colore ſignatos intellige iam antea mortuos. Ergo perſonae numero 6 et 7 notatae ſuccedunt vltimo poſſeſſori W. et ſuperiores 3 et 4 excludunt non propterea, quod gradu defuncto coniunctiores, quae ratio inepta foret, ſed quoniam ſunt poſteri eius, qui totum feodum poſſidebat. Sic enim praecipiunt condominii leges et regulae ſucceſſionis pactitiae.

4 Non nego quidem diuiſione facta reliquorum heredum ius ſuccedendi, quod ante habebant, infringi, ſecundum illud: **Theilung bricht geſamte Hand**, attamen hic non de facta diuiſione, ſed de ſucceſſione loquimur ſimultaneorum inueſtitorum nec diuiſio putanda, ſi ex lege pacti primus inueſtitus totum feodum capiat. Itaque hanc regulam formabimus: *Quotam quisque partem primus Praeſentatus habiturus fuiſſet, primo Adquirente ſtatim ſine liberis mortuo, eandem eius Deſcendentes nunc etiam habebunt. Et deſcendente rurſus vnius cuiusque, ſi plures adſint, eam partem habebunt, quam eorum pater habiturus fuiſſet.* Nam hoc probe notandum eſt, feodum, quod ex lege praeſentationis inter plures ſimultanee Inueſtitos vni delatum eſt, non nouum ſed antiquum putare ipſum Saxonicam legem *d. d. 17 Aprilis 1700 in Cod. Aug. Tom. I. pag. 1975.* in qua ſcriptum eſt: **Wenn unterſchiedene Mitbelehnte zugleich zur** Succeſſion **gelangeten, und einer denen übrigen ihre Antheile abhandelte, ſo iſt weder das ganze Lehn, noch die erhandelten Stüken** pro Nouo feudo **zu achten.**

5 Fingamus ergo in noſtro priori ſchemate mortuo *P.* eius tres filios feodum non diuiſiſſe, ſed in communione perſtitiſſe, in aprico eſt *W.* dimidiam, alteram vero dimidiam X. Y. Z. conſecuturos fuiſſe. Id plane certum et in legibus ita ſancitum. *I. F. S. cap. 32. aliis 34.* vbi ſcriptum: **Diewile auch ſie daz Gut zuſammene habent, ſtirbt ihr einer, ſein Kint trit in des Vaters ſtat, und behelt ſein Gut gemeine mit den Vettern, als es ſein Vater hatte.**

Ecce

Ecce aliud exemplum: 6

Childericus †

Azo † — *Bartolus* †

GERHARTVS. *de cuius successione quaeritur.* — *Albertus* — *Conradus.* — *Ferdinandus.*

Si Gerhartus, Albertus, Conradus et Ferdinandus in vera communione vixissent, mortuo sine liberis *Gerharto*, soli *Alberto* eius portio adcresceret, *I. F. S. cap. 32.* (*34.*) non ideo, quia gradu proximior, sed quia absurdum foret, si, viuo adhuc ex *Azone* filio, velimus *Conrado* et *Ferdinando* maiorem condominii partem adscribere, quam pater eorum *Bartolus* habuisset.

Id ego omne ad fictam inter simultanee inuestitos communionem 7
adplico adhuc vsitatam. Nam si finita communione is, ad quem beneficium ex pacto peruenit, pristinos condominos in communi manu esse sinat, vt plane debet, haec fictio veritatem imitari et res ita considerari debet, ac si communio adhuc perduraret. Illa autem, quam dixi, fictio fundata in Decreto Saxonico *d. d. 17 April. 1700. in Cod. Aug. Tom. I. pag. 1975. et Edicto Nouissimo Xaueri d. 30. Aprilis 1764. tit. 7. §. 2.* vbi dicitur, feodum, in quod simultanee inuestiti succedunt, non nouum, sed *Antiquum* haberi, quod etiam conuenit iuri Longobardico *II. F. 14. et 49.* Memorabile exemplum iam supra Obseruatione CCCXII. allatum, ex quo plane, qualis illa successio sit, quam successionem Classes ego appellare soleo, clarius et luculentius patebit. Breuiter: simultanei inuestiti eam *Quotam* accipiunt, quam sibi eorum pater aut auus aut proauus in primaeua institutione stipulatus est. Nec disserta stipulatione opus est, cum tacitae et fictae eadem vis sit, et vnusquisque rem, vti eam accepit, cum omni causa eodemque iure ad suos posteros transmittat.

Nec differt, vtrum sanguine iuncti, an extranei ex communi manu 8
succedant. Idem enim plane obtinet, si vasallus, qui feodum adquirit, non agnatos, sed extraneos quosdam ad communem manum domino directo intra sexennium sistat, verbi causa Praeceptorem et Collactaneum suum. Si in hoc exemplo, quo Praeceptor et Collactaneus in communem manum recepti, vasallus possidens improlis moriatur, et Praeceptor

antea mortuus, quinque filios, Collactaneus autem ſimiliter ante vaſallum poſſeſſorem iam fatis functus, vnum filium reliquerit, dico, non ſex partes feodi, ſed duas conſtituendas eſſe, vt Praeceptoris quinque filii non plus quam ſemiſſem accipiant. Neque enim in pactitia ſucceſſione (vt in illa ab inteſtato obtinet) tempus mortis, ſed potius contractus feodalis tempus et lex in litteris oblationis dicta conſiderari debet, in quibus vaſallus Praeceptorem et Collactaneum ad ſimultanee inueſtiendum, aequali in vtrumque amore, obtulit. Praeſumtus autem in ſingulos Simultanee Inueſtitos vaſalli praeſentantis amor legem dat ſucceſſioni.

9 Itaque, etiamſi ſucceſſionem ab Inteſtato non obtinere inter ſimultanee inueſtitos conſentiam, nec proximitatem graduum aut differentiam ſtirpium reſpiciendam eſſe, lubens largiar, tamen alia quaedam Succeſſio in *Claſſes* (liceat mihi hoc nouo nomine vti) obtinebit, quae primorum contrahentium menti plane conuenire videtur, cum vaſallus amicos quosdam ad ſimultanee inueſtiendos ſiſtens, haud dubie voluerit, vt vnius cuiusque poſteri eandam partem habeant, quam praeſentatus habiturus fuiſſet, ſi ipſo viuo ſucceſſio contigiſſet. Etenim pactorum omnium, nedum eorum, quae intuitu fundi cuiusdam ineuntur, ea natura et indoles, vt regulariter cum omni cauſa ad heredes tranſeant. Omnis ſane apud Germanos ſucceſſio, quaecunque demum ſit, ex Condominio deſcendit. DREYER Samlung vermiſchter Abhandlung zur Erläut. der deutſchen Rechte. *Part.* 1 *pag.* 97. ESTOR kleine Schriften *Tom.* 2. *pag.* 423. *pag.* 763. *Tom.* 3. *pag.* 83. *pag.* 273. SENKENBERG *de Succeſſ. Foemin.* Item Pütter in auserleſenen Rechts Fällen *Tom.* 1. *Reſp.* 8. *et* 9. probat ex priſtino iure in feodis obtinuiſſe communionem dominii et proprietatis, licet facta fuerit diuiſio Poſſeſſionis et Vſus. Hanc communionem fuiſſe fundamentum ſucceſſionis, quam ob cauſam ſucceſſio in ſtirpes et lineas et claſſes admittenda ſit, non in capita: Verba Pütteri haec ſunt: Wolte etwa eingewendet werden: Theilen und Gemein bleiben, wären Dinge, ſo einander widerſprechen, ſo läßt ſich dieſer geringe Anſtand gar leicht aus dem Wege räumen, wenn man unter dem Niesbrauche, und unter dem eigentlichen Eigenthume, den allerdings nöthigen im deutſchen Lehenrechten beſtgegründeten Unterſchied machet. Haec cum ita ſe habeant, mihi nemo eripiat firmiter fixam menti ſententiam, ex tribus Praeſentatis vnumquemque habere tres intellectuales partes condominii, quarum ſpem, ſinguli

guli ad ſuos poſteros transmittant ſimul cum iure Accreſcendi, ſi ex tribus illis Praeſentatis vnus improlis decedat.

Tandem ſi ille, qui dictus a nobis eſt Praeceptor, *cum ſuis poſteris* 10
praeſentatus fuerit, idem profecto eſt, ac ſi collectiuo nomine ad communem manum eius poſteri praeſentati fuiſſent, quo quidem in caſu omnes doctores Saxonici, nullo excepto, ſucceſſionem in capita exulare, contra vero illam, quam in Claſſes dixi, obtinere, conſentiunt. CARPZ. *Conſtit. 29. P. 3. defin. 13.* WERNHER *P. 6. Obſ. 275.* HORN. *Iurisprud. Feudal. cap. 16. §. 14.* Nonne vero haec ſemper Praeſentantis voluntas videtur, nonne id tacite voluiſſe praeſumendus, etſi diſerte non dixerit? STRVV. *Synt. I. F. c. 9. §. 16. num. 6.*

Sed contra hanc doctrinam meam dubitationes variae oriuntur: Pri- 11
mo enim opinionem, quam refutaui, dicunt eſſe communem, meam autem ſingularem. 2) In ſtirpes ſucceſſionem obtinere non poſſe, quia hac ratione partim iure ſanguinis, partim vi pacti ſuccederetur, quarum rerum inter ſe naturalis pugna ſit. Nam graduum reſpectum, linearum et ſtirpium diſcrimen ex agnatione oriri, ergo, cum in ſimultanee inueſtitis nulla ſanguinis habeatur ratio, nec ſtirpium, nec graduum, nec linearum conſiderationem locum habere. 3) In ſucceſſionibus tempus mortis ſpectari, non ergo 4) ſuccedi primo adquirenti, ſed vltimo poſſeſſori, adeoque ſucceſſoria pacta explicanda ita eſſe, vt qui ſuis poſteris feodum ſtipulatus ſit, videatur ſe referre voluiſſe ad tempus, quo de hereditate quondam tractabitur. Neque enim rarum eſſe, vt homines ſuas res, potiſſimum futuras, fortunae et fato committant. 5) Simultaneam inueſtituram non in certam feodi partem, ſed indefinite et in genere conferri, adeoque ſimultanee inueſtitum non ius radicatum habere in certam aliquam beneficii partem, ſed in portionem quantam incertam, quae pro numero futurorum heredum vel augeri, vel minui poſſit, quod ex incerto et dubio euentu pendeat. 6) Simultanee inueſtiti deſcendentes non iure a patre ad ipſos transmiſſo, ſed iure proprio ſuccedere. 7) Tandem certiſſimum eſſe et ab omnibus agnitum, omnes ſimultanee inueſtitos ſimul ſuccedere.

Reſpondeo ad 1) Non plane eſſe communem opinionem, a qua SI- 12
GELII *in Diſp. de Simultanea Inueſtitura ſine Conſenſu vaſalli impetrato §. XI. et XXVII.* BERGERI, COCCEII, WERNHERI, CARPZOVII, Summus

mus denique Prouocationum Senatus et Facultas Lipſienſis receſſerint. Ad 2) moneo, memet quoque in pactitia ſucceſſione illam in lineas et ſtirpes ſucceſſionem ridere immo abſurdam putare, ſed ſimul quoque ex eadem cauſa etiam ridere illam, quae fit in *capita.* Nam haec *in capita* ſucceſſio non minus ex legitima et ciuili ſucceſſione depromta eſt, quam illa, quae in ſtirpes et lineas fieri dicitur. Valeat itaque et exulet omnis in lineas et ſtirpes, ſed et in capita, ſucceſſio; illa vero mea *in Claſſes* regnet, vtpote pacto et reſeruato per communem manum priſtino condominio conſentanea. Ad 3. et 4. dico: in legitima ſucceſſione vtique proximitatem a proxime defuncto computari, at vero in materia iuris Germanici, ſi de bonis auitis quaeratur, primo adquirenti magis ſuccedi, quam vltimo defuncto. EISENHART *Inſtit. Iur. Germ. tit 8. §. 8.* ſecundum illud: **Je näher dem Sip,** (i. e. communi ſtipiti) **je näher dem Erbe.** Vide *meas Oblectationes Iuris Feodalis Obſ. 15. Poſit.* 4 Vbi vero praeſumtio adeſt, voluiſſe eum, qui communem manum impetrat, poſteris ſuis proſpicere, immo ſi id ipſum pacto declarauit, graue eſt ſtatuere, id noluiſſe. Ad 5) dico ego pariter et plane conſentio, Simultanee Inueſtito non in realem certis finibus circumſcriptam portionem ius eſſe ſuccedendi, attamen in aliquam intellectualem partem, quam ob rem non aliter plane, quam in genere, inueſtiri poteſt. Hoc ipſum autem noſtrae doctrinae egregie eſt conſentaneum. Anne quaeſo ex eo, quod ſimultanea inueſtitura non ad certam, tertiam forte aut quartam partem, diſerte expreſſam reſtricta eſt, ſequi putas: Ergo in capita ſuccedunt. Oculos plures, quam ego, oportet habere eum, qui hoc videat. Nempe petitionem principii committunt et piſtillum vertunt, qui ex eo, quod indefinite vaſalli ad beneficium vocantur, colligunt, aequis partibus diuidendum eſſe. Certe in ciuili ab inteſtato ſucceſſione omnes conſanguinei indiuiduas partes in tota hereditate habent, neque tamen propterea aequas partes omnes capiunt. Regula: *Simultaneam inueſtituram non in feodi certam partem ſed indefinite et in genere conferri,* veriſſima, nec tamen quicquam aliud ea indicatur, niſi ius accreſcendi locum habere inter ſimultanee inueſtitos, vt ſi tres fuerint, duobus mortuis ad vnum ſuperſtitem totum praedium deueniat. Quid autem iſtud ad ſucceſſionem in capita? Contraria illa regula potius aduerſariis meis; immo obeſt, certe nullam habet cum quaeſtione propoſita connexitatem. Ad 6). Quid hoc quaeſo eſt, quod dicitur, ſimultanee inueſtitos iure proprio, non auito, ſuccedere? quid hoc, inquam, ſignificat? nec intelligo enim, Dicunt:

eum

eum iure proprio ſuccedere, qui tamen ipſe non pactus eſt, ſed cui ius per patrem fuit adquiſitum. Ex quo fit manifeſtum, plane ſuccedere non poſſe Simultanee Inueſtitum, niſi patris, aut aui, aut attaui ſtipulatione ipſi ius reale adquiſitum fuiſſet. An ergo iure proprio ſuccedit is, cui plane nullum ius in feodum eſſet, niſi pater ipſi prouidiſſet? Nullo modo. Vnde veriſſimum puto, Simultanee Inueſtiti cuiusdam deſcendentes non alio iure, quam eo ſuccedere, quod pater aut auus habebat, ac in ipſos transmiſit; nec feodum ad filios peruenire poſſe, niſi mediante patre, vnde nec maiorem partem accipere poſſunt, niſi quantam acciperet pater, ſi viuo eo hereditas huic delata fuiſſet. Sed audio non neminem qui dicat ſimultanee inueſtitos, qui mortuo poſſeſſore renouant communem manum, cum ſingulis poſſeſſoribus quaſi paciſci et ſibi aequas partes ſtipulari. Hoc totum nego, nam etiam inuito et inſcio vaſallo ius a maioribus quaeſitum renouant. Eſto autem, quid hoc cum vaſallo pactum, ſi tale fingamus, operari poſſit, ſi eo ſine liberis mortuo, Simultanee Inueſtiti non cum heredibus eius, ſed inter ſe litigent, adeoque pactum cum tertio initum aliis nec prodeſſe quippiam nec obeſſe poſſit. Tandem ad 7) reſpondeo, omnes ſimultanee inueſtitos ſimul ſuccedere a me quoque affirmari ore pleno, nec id dubium eſſe, ſed hoc potius: an aequis partibus ſuccedant? Hoc vnicum a me negari, conceſſis reliquis.

Nunc, vt paucis, quae hucusque diſputata ſunt, in vnam ſummam 13
contrahamus, pleroſque Saxoniae doctores dictum illud: *omnes ſimultanee inueſtitos ſimul ſuccedere*, perperam intellexiſſe, demonſtrauimus; cui communi errori cauſam dedit, quod, quoniam in ſcholis didicerant: nec linealem, nec in ſtirpes ſucceſſionem inter ſimultanee inueſtitos obtinere, nec qui gradu ſanguinis proximus ſit, remotiores repellere, quod vtique verum eſt, ſic argumentati ſunt: Ergo in capita ſuccedendum. Sed hic paralogismus eſt, quia linealis ſucceſſio non ſolum ex coniunctione ſanguinis, verum etiam ex condominio profluere poteſt. Nempe praeter ſucceſſionem legitimam in ſtirpes et capita datur adhuc alia, nempe in Claſſes, quae poſterior quidem non ex iure ſanguinis, ſed ex condominio et pacto deſcendit. Nihil certius, quam illa vulgaris et recepta regula: Omnes ſimultanee inueſtitos ſimul ſuccedere, at vero hoc non eſt ſuccedere in capita. Succedunt omnes ſimul (nam ipſe ego hoc maxime volo et ſtatuo) ſuccedunt, inquam, omnes, quacunque in linea, quocunque in gradu conſtituti

ſint, nec tamen aequis partibus, ſed in claſſes, h. e. pro rata condominii, quod eorum parentes quondam habuerunt.

14 Quoniam vero theoreticae demonſtrationes maiorem auctoritatem conſequuntur, ſi eas fori conſuetudo firmet, Reſponſum Facultatis Iuridicae Lipſienſis menſe Septembri 1773 emiſſum, adiiciam: **Dennoch aber und dieweil**, wenn die Clauſul nach rechter Sipzahl im Lehnbriefe nicht zu befinden, die präſentirten Mitbelehnten, wenn ſie in eigner Perſon noch leben, insgeſamt zu gleichen Theilen, alſo nach denen Häuptern, deren verſtorbene Leibes-Lehns-Erben aber, nach denen Stämmen (obgleich dieſer Ausdruk hier etwas uneigentlich) ſuccediren,

BERGER *Conſilia Iur. 924. pag. 896.*

immaſen leztere nicht mehr Recht, als ihre Väter, ſo das Recht am Guthe für ſich und ihre Nachkommen erworben, ſelbſt gehabt, erlangen können.

15 Neque tamen haec ita capienda, ac ſi vno ſimultanee inueſtitorum ſine liberis mortuo, eius portio domino directo deuoluatur. Nullo modo, ſed ſimultanee inueſtiti, qui ſine liberis decedit, portio caeteris eius ſociis et reliquis ſimultanee inueſtitis vt ita dicam, accreſcit. Nam hos *Praeſentans* magis, quam dominum amaſſe praeſumitur, immo omnes ſimultanee inueſtiti accipiunt communem manum in ſolidum, quemadmodum in eodem Reſponſo diximus. Dieweil, wenn mehrere Perſonen in die Mitbelehnſchaft aufgenommen werden, jedem derſelben, ehe ſie wirklich zur Succeßion gelangen, die geſamte Hand an dem ganzen Lehnguthe dergeſtalt zuſtehet, daß wenn die Mitbelehnten insgeſamt, bis auf einen, mit Tode abgehen, lezterer ſodann das ganze Lehnguth mit Recht verlangen kan. Itaque vt in omni ſucceſſione ita etiam pactitia locum habet Ius quoddam Accreſcendi, vt vna Claſſe extincta reliquae in eius portionem intellectualem ſuccedant.

16 Excipe tamen, ſi poſſeſſore ſine liberis mortuo, ad omnes ſimultanee inueſtitos beneficium iam peruenerit, nec ii ſibi inuicem communem manum ſtipulati ſint, tunc enim ſi vnus ſine liberis moriatur, eius portio non ſociis ſed domino aperietur, vt in eodem Reſponſo his verbis notauimus: **Dennoch aber und dieweil**, wenn das Lehn-

Lehnguth denen Mitbelehnten wirklich angefallen, nunmehro keiner derselben jenes sich ganz zuschreiben darf, vielmehr solches einer Theilung gleichet

Chursächs. Lehns Mandat *d. a. 1764. tit. 1. §. 2.*

dergestalt, daß wenn nicht sämtliche Mitbelehnte die gesamte Hand auch gegen einander erlanget, des abgegangenen Mitbelehnten Antheil nicht denen übrigen Gesamthändern zuwächset, sondern dem Lehnherren anheim fält.

OBSERVATIO DLXXVII.

Documenta quaedam non omni exceptione maiora opitulantur tamen.

De vetuſtis Chronicis vrbium, parentationibus funebribus, aliisque huiusmodi documentis item de annulo, ſepulchrali monumento aliisque corporalibus rebus recognoſcendis, vel non.

Diſcipuli in cauſa doctrinae pro magiſtro plane inhabiles teſtes, in caeteris vero magiſtri cauſis non omni exceptione maiores.

Philoſophica argumenta hiſtoricis potiora eſſe.

De fide hiſtorica generatim.

Rerum geſtarum qui in libris aſſeruant memoriam hiſtorici per 1 omnia teſtibus aequiparandi. Ergo LIVIVS, et reliqui omnes quinam ſunt? Teſtes demortui ſed iniurati res vetuſtas, quas nec ipſi vtplurimum viderunt, nobis referentes. Vnus eorum exſcribit alterum et ornamenta, vt quisque ingenio praeualet, addit ſua, quibus factum non raro penitus transformatur. Praeterea vltro, nec rogati, nec admoniti teſtimonia hiſtorici dicunt, nec poenas metuunt teſtibus metuendas, ſi fallant. Vtcunque tamen ſe res habeat, teſtes eſſe puto hiſtoricos in foro 2 non magni quidem momenti, attamen ſi me audias, non plane nullos. Scio quidem quid increduli dixerint, qui omnes ex foro hiſtorica ſcripta pellunt.

ſunt. Quum in teſtibus etiam veris, inquiunt, ſumma circumſpectione opus eſſe ſapienter indicarint legislatores omnium populorum, mirandum non eſt, leges et iura fidem hiſtoricorum (qui, vt diximus, non alii quam teſtes ſunt) non magni facere, nec inter probandi modos admittere. Nam ſi in veris teſtibus auritos leges rident, ſi vnum non audiunt, nec duobus credunt, niſi iuratis, et ne his quidem, niſi et ſecum ipſis, et caeteris cum teſtibus exactiſſime conſpirent, immo omnis ſuſpicio fraudis, affectuumque deſit: quomodo hiſtoricis ſcriptoribus iudex fidat, quorum nullus eſt, qui ſectae non addictus, qui patriam non habeat, adeoque patriotismi enthuſiasmo non infectus ſit? Sed et ipſos iuratos teſtes, inquiunt porro, animi affectiones a vero plus deducunt, quam pecuniae corruptio; nec enim fallunt citius, quam ſi de iis loquantur, quos venerantur et colunt. Vnde cum cauere ſibi iudex nunquam ſatis poſſit, praeter cautiones, quas recenſuimus, inſuper Interrogatoriis variis vexantur teſtimonia deponentes, nec prius, quam ſi ne per ea quidem confundantur, et in omnibus non ſibi tantum, ſed et caeteris teſtibus exacte conſentiant, fidem iis adhibemus. Noli autem credere, ſubtilem ſapientiam tales in examinandis teſtibus circumſpectionis regulas excogitaſſe. Ohe! quomodo quaeſo ratio ſola in tam ſubtiles anxietates et metum mendacii vnquam incidere potuiſſet, niſi vſus et experientia legislatores cautos, tribunal meticuloſum feciſſet et iudicantes prouidos; niſi exempla quam plurima docuiſſent, quantopere homines, etiam probi caeteroquin viri, in verbis et ſcriptis mentiantur, ſi cauſa obueniat, cui fauent. Norant inprimis legum conditores, quantopere amicitiae furor nos abripiat a vero; norant, quam immoderatum in teſtibus et ſcriptoribus ſenſationes ſemel perceptas defendendi ſtudium ſit, nec perceptas tantum, ſed etiam quas percepiſſe putarent. In tanta circumſpectione et ſumma prouidentia nec tamen exempla deſunt, teſtes etiam iuratos, interrogatoriis exercitatos et qui ſpeciem bonorum virorum haberent, nec ſibi vnquam, nec caeteris teſtibus contradicerent, nec in minutiſſimis circumſtantiis vel vno verbo variarent, falſa teſtimonia dixiſſe, quibus innoxii homines totis patrimoniis exciderent ac famam, immo vitam perderent. Cum itaque haec in teſtibus metuenda ſint iuratis, quid quaeſo, inquiunt, in hiſtoricis?

3 Teſtes nempe plerumque incuria et negligentia fallunt, hiſtorici autem ſtudio et data opera, nec vlla eſt fere hiſtoria, in qua fabellae non obueniant, vt ait LIVIVS: *Datur haec venia*, inquit, *antiquitati, vt miſcendo*

do falsa veris, humana diuinis, primordia vrbium augustiora faciat. Vnde ridere soleo ineptas minutorum ingeniorum reprehensiunculas, quando Voltairio obiiciunt, saepe res mediocres ornamentis variis et orationis luminibus exaltasse, vt aculeos in legentis animo relinqueret, cum nemo neque inter Graecos neque inter Latinos (Annalium si scriptores siccos excipias) immo nullus omnino alicuius nominis historicus vnquam fuerit, qui non in longe maiori gradu et excellentiori Voltarizauerit.

Haec vtut verissima sint, tamen ego, qui haec scribo, ausus sum reclamante tribunali et inuito foro, Historicorum scripta inter probandi modos referre, cum in *Obseruatione CCX. Regula decima* documenta, vt appellare soleo, *Opitulantia* admitterem, siue talia, quae quidem per se nihil omnino valitura erant, attamen si cum aliis idoneis coniungantur, horum fidem magis confirmant et probationem augent. Testium nempe et instrumentorum, vt dixi, eadem est ratio (*Obs. CCX. p. 211. et Obs. CCCIII.*) Itaque vt habemus testes opitulantes, ita etiam admitto documenta *opitulantia*, quae quidem sola per se nihil probant, si tamen conspirent cum aliis siue documentis, siue testibus, siue aliis argumentis, reiicienda non putaui (*Obs. CCX.* et *Obs. CCCIII.*) Itaque si vrbium vetusta, licet inepta caeteroquin, *Chronica* typis inpressa, si scriptores historiarum veteres, tanquam documenta publica, item, si ad docendam consanguinitatem conciones funebres et parentationes impressae, aut sepulcralia monumenta a Notariis descripta inducantur, solent quidem ea reiici a dicasteriis, quod non omnino probo, sed potius pro circumstantiarum diuersitate pronunciandum suadeo: **Daß Beklagter mit dem Anerkentnisse der gerichtlich vidimirten Abschrift des Leichen-Steines zwar zu verschonen, es bleibet aber Klägern, gestalten Sachen nach, bey künftigen Hauptverfahren, jedoch mit Vorbehalt der von Beklagten darwider auszuführenden Einreden, sich darauf zu beziehen unbenommen.** 4 5

6 Interea cum dicasteria in tali casu huiusmodi pronunciandi formula nondum satis adsueta sint, cautelam trado ac suadeo, ne quis lapidis sepulcralis inscriptionem, si ea vti velit, vidimari curet, quoniam pro more suo dicasteria tale documentum statim reiiciunt, sed potius testes ad monumentum tale v. c. sepulcralem aut aliam inscriptionem ducat, atque deinde testes hos in articulis: *anne talis inscriptio in eo loco extet et ipsi eam viderint, legerintque?* interroget. Res eadem, sed amant decipi iudices. Interea nouum non est, neque insolitum praeter documenta etiam res alias

 ad

ad recognoſcendum proponi poſſe. Sic cum Iudaeus nobili cuidam loco paratae pecuniae annulum pro immani pretio in creditum imputaſſet, atque is foenerator Iſraelita vſurariae prauitatis reus a nobili reconueniretur, recognitionem annuli exactam a Iudaeo et pronunciatum eſſe memini: Daß Wiederbeklagter den Ring unter Verwarnung: daß er widrigen Fals für anerkant gehalten werden solle, zu recognosciren schuldig, er könte und wolte denn, daß dieses der Widerklägern stat der Zahlung gegebene Ring nicht sey, eidlich erhalten rc. In ſequenti probatoriali articulo, vt hunc agnitum a reo annulum auri faber iuratus vnus vel plures aeſtimarent, petebatur et iudicis ſuper eo auxilium implorabatur, allegata auctoritate Ordinationis Proceſſus Recognitae ad tit. 28 §. 1.

7 Dixi igitur iam in *Obſeruatione CCX. CCXCI. et CCCIII.* vetuſtis documentis, etſi ſubſcriptio, nempe autographum et manus ſcribentis deſit, quale in *Obſ. CCCCLXV. Num.* 7. adduximus, tamen non omnem fidem denegandam eſſe, immo ſcripturas vetuſtas, ſi iungantur aliis argumentis, probabilitati adeoque iuriiurando ſuppletorio locum facere, inprimis ſi appareat, ſcribentem de futura aliquando circa illam rem controuerſia, cum ſcriberet, non cogitaſſe, nec cogitare potuiſſe, nec cauſam aliquam fuiſſe, quare falſum comminiſceretur. Itaque quotiescunque eadem praeſumtio aſſurgit, caeteris etiam ſcripturis non omni exceptione maioribus, ſi cum aliis certioribus inſtrumentis aut argumentis veriſimilibus familiariter conſpirent, ego, vt ſum natura pauliſper credulus, non dubitauerim fidem aliquantillam tribuere.

8 Habeo in promtu auctoritatem ſententiae, qua Cancellariae Megapolitanae Neo-Strelitienſi menſe Aprili 1773 noſtra Facultas Lipſienſis reſpondit, his quidem verbis: Und wenn schon die von Klägern angezogenen Meklenburgischen Geschichtschreiber an und für sich selbst in einem Processe kein unumstösliches Beweismittel abgeben, solche gleichwohl, wenn sie mit andern Muthmasungen und den Umständen der Sache übereintreffen, also nichts widersprechendes und unglaubliches enthalten, jene einigermasen bestärken und gröser machen, folglich dergleichen Nachrichten gelehrter Leute in vorigen Zeiten, wenigstens im Zusammenhange mit andern Gründen, eine Art des Beweises abgeben und mehrere Wahrscheinlichkeit bewirken. Wannenhero, da Kläger aus Frankens Meklenburgischen Geschichte, daß bereits im Jahr 1603 ein Jochen von Manteufel das Guth Rattey besessen, sowohl aus einem von dem Geschichtschreiber

Klüver

Klüver angeführten Register vom Jahr 1506, daß schon zu der Zeit Achem Mandüfel Herr und Eigenthümer von nur gedachten Lehn-Guthe gewesen, und zwey Pferde im Kriege stellen müssen, beygebracht, nur gedachte Schriftsteller (einiger Fehler derselben, als von welchen kein einziger befreyet, ungeachtet) mit Beyhülfe anderer Gründe nicht aus den Augen zu sezen, zumal da u. s. w.

Nec me ab opinione dimouebit clamor eorum, qui ita argumentantur: Si in lite super gallina, aut si caper vindicetur, testi iniurato non creditur, quomodo historicis in rebus maioris momenti fidem adhibeamus de auditu deponentibus et nullo iureiurando adstrictis? Testi, inquiunt, vni non credimus, ne iurato quidem, etsi probabilia proferat, historico autem (o mentes coecas!) credamus iniurato, etsi absurda et inopinabilia proferat? Non est, aiunt, scriptor vllus, qui falsa non dicat. Vt enim historici nihil lubentius, quam portenta referunt, ita homines non auidius quippiam, quam mirabilia legunt adeo, vt fama scriptoris diu stare non possit, qui mere quotidiana narret. Quae enim nihil magni in se continet, statim obliuiscimur historiae, quo autem narratio magis gigantea et miraculosa, eo tenacius haeret, eo propagatur latius, eo lubentius creditur. Id Gasner et Schröpfer probant. Res stupenda sane, homines nihil facilius, quam incredibilia credere et, quae abducere animos debebant, improbabilia etiam adstringere lectores magis et assensum fortiorem elicere. Anne, porro isti inquiunt, Franciscanis credamus, quae de S. Francisco suo multis contemporaneorum testimoniis probant, aut Gallis, quando nostro hoc ipso in seculo Abbatuli, cui nomen *Paris*, per iuratos etiam testes, eosque fere innumeros et, quod maximum, oculatos miracula probare conabantur. Itaque illi, contra quos disputo, ita colligunt: si inter sanctos nemo recipitur, cuius res gestas congregatio iudicum non tam rigide et tam seuere examinauerit, vt etiam diabolo obloquenti aduocatus ex officio detur, si, inquiunt examinatae a sapientissimis viris sanctorum historiae fallunt et mentiuntur, quid ALBERTO KRANZIO et caeteris non ita examinatis, quid parentationibus funebribus, quid Chronico Lipsiensi, Nouellis denique Politicis, ex quibus historici nostrae aetatis plurima hauriunt, fidem attribuamus? Haec illi, qui nihil plane credunt et historicam fidem e iudiciis plane eliminare cupiunt. 9

Quod me attinet, vtut historicorum auctoritas apud iudices et legislatores plane nihil valeat, nolim tamen penitus eam foro expellere, vt faciunt reliqui, si modo fraudis suspicio et fauoris enthusiasmus in 10

ſcriptore deſit nec, quae proferuntur, rationi contraria ſint. Non audio quidem in tribunali hiſtoricos ſolos h. e. adminiculis aliis deſtitutos, ſi autem conſpirent cum aliis inſtrumentis, audio. Talia ergo hiſtoriarum documenta, ſi, vt diximus, non nuda, ſed aliis argumentis veſtita ſint, admittam non tanquam omni exceptione maiora, ſed, vt nouo verbo vtar, tanquam *Opitulantia*, incertus an in dicaſteriis vel vnum aſſeclam habiturus ſim. Sed cum ipſe a fraude alienus mihi certe videor, immo, vt audio, etiam aliis, facile cuique aſſenſum praebeo, magno quidem cum damno meo, (nam valde ab aſtutis et mendacibus decipior) credo tamen, vsque dum ſenſu et ratione percipio, mendaces et aſtutos eſſe, quos vera-
11 ces putaueram. Nam ſola ratio mendacia dignoſcit a veris. Vnde ſtatim apparet philoſophica argumenta hiſtoricis potiora eſſe, quia omnis fides hiſtorica innitur probabilitati. Probabilia autem ab improbabilibus dignoſcit ratio. Ergo ratio ſuperat hiſtoricorum monumenta. Nec tamen, vt iterum dicam, haec penitus contemno, vt iurisconſulti forenſes faciunt, ſtatuens quidem maius, quam caeteri, LIVIO, THVANO, ALBERTO KRANZIO, Chronicis vrbium, aliisque hiſtoricis pretium, nec aliter tamen, quam ſi rationi conueniant, ſique loca ex iis in actis iudicialibus adducta cum aliis indubitatis monumentis conſpirent, et probabilia referant; Contra vero ſi ab argumentis philoſophicis, aut teſtibus, aut certioribus documentis diſcrepent, aut incredibilia i. e. rationi haud conſentanea contineant, ne LIVIO quidem vbique portenta et oracula (erat enim valde ſuperſtitioſus) referenti, nec THVCYDIDI nec THVANO, multoque minus hiſtoricis fide minoribus v. c. Chronicis oppidulorum credo, immo conſentio potius tunc caeteris legum doctoribus hiſtoricorum volumina in iudiciali probatione penitus reiicientibus.

12 Velim tamen recte intelligi. Scilicet ſi quaeratur: *Hiſtorica argumenta anne philoſophicis ſint potiora, et vtrane praeferenda?* ſiue vt aliis verbis dicam: vtrum ratio traditiones, an traditiones rationem vincant? haud dubie rationi plus deferam, quam ineptis narratiunculis. Nam, vt ſupra dixi, fides hiſtorica innitur probabilitati. Sed probabilia ab improbabilibus ſola dignoſcit ratio. Vnde abſurda non credo, ſi vel maxime vetuſtate et hiſtoricorum probatiſſimorum copia iuuentur. Nam recentiores omnes temere et ſine iudicio exſcribunt veteres, vt ſi quis hiſtoricus philoſophetur et ratione vtatur, hunc etiam nefarium ſcriptorem, nec probum quemquam putent aut fide dignum, niſi ſit vox repercuſſa et canorus

alio-

aliorum psittacorum psittacus. Vnde rationem praefero vetustati et tradi- 13
tionibus, vtut centies repetitis.

Dicere quidem audio ex populo quendam: Se ALEXANDRVM MAGNVM et IVLIVM CAESAREM orbem terrarum perdomuisse, certius scire, quam illud philosophorum: homines in luna habitare. Vide an hoc omnino verum sit, cum, vt ostendimus, si in lite in iudicium deducta histo-ricum quendam, THVANVM, ALBERTVM KRANZIVM, *Chronicon Lipsiense*, aut simile inducas, iudex haec plane respuat, quasi plane nihil adduxis- 14
ses. Sed rationem iudices omnes omnino audiunt. Maior ergo in tribunali rationis, quam fidei historicae potentia, quoniam (nec enim, vtut fidem historicam tueor, rem apertam possum negare) omnes historici id vitii in se habent, vt rarius, quae ipsi viderint, sed quae ab aliis, quos tacent, hauserint, referant, adeoque testes, vt cum PLAVTO dicam, auriti sint nec sacramento adstricti, quibus quidem testibus, nempe iniuratis leges in foro fidem penitus abnegant, si vel maxime tantum de tribus capellis aut de gallina litigetur. Praeterea multis scriptoribus, nescio an pluribus, etiam voluntas et studium videtur deficere, vera proferendi, cum nihil magis anhelent quam *placere vt possint populo, quas fecissent fabulae.* Graeci in primis et Romani, qui

Vt modo mira canant, nil curant dicere verum.

Ergo si in lite super agro aut hereditate historicos scriptores nihil 15
omnino probare putant tribunalia, nisi adminiculis et argumentis aliis suffulciantur, quantum quaeso in rebus maioris momenti valebunt? Haec omnia licet sint verissima, tamen aliqualem certitudinem historiae tribuere audeo, modo probabilia referat, vt ALEXANDRI et CAESARIS victoriae, quas causa non est, quare in dubitationem adducam. Fieri enim potuerunt, quae referuntur, nec mentiendi causa apparet. Credam igitur; at ligneum, quo Troia capta dicitur, equum, etsi omnes historici conspirent, aut 16
Herculeos labores, vtut per trium millium annorum seriem nullus in vniuerso terrarum orbe de iis dubitare ausus sit, et qui dubitaret, sceleratus et detestabilis, immo, (quod intolerabilius) etiam stupidus non plebi tantum, sed regibus, sacerdotibus, vulgaribusque illorum temporum philosophis, adeoque hominibus omnibus videretur, non credam tamen Herculeos labores nec Troianum equum, licet nationum cunctarum, quotquot fuerunt, publica documenta per annos ter mille conspirent. Nec in caeteris mythologicis narratiunculis vetustas sola et conspirans inter se historicorum cho-

rus me credulum facit. Anne enim VENEREM ex ſpuma maris et ſine
matre MINERVAM? an ex cygno et LEDA puerum genitum, an XEKIAM
Indorum deum, vt Brahminae narrant, plane ex nullis parentibus neque ex
patre vllo neque ex matre natum, ſed natum tamen eſſen, credam? an putem
impraegnatam a pluuia DANAEN aut a Marte ROMVLVM? aut philoſophum
et ſemideum LANTHV in China ex virgine natum exiſtimem? vtut talia hi-
17 ſtorici per ſecula in ſecula tradiderint probi caeteroquin viri. Non credam,
quia rectae rationi aduerſantur. Neque enim usque adeo ſcriptorum im-
munerabilium caterua, immo omnium populorum et gentium, non ſolum
hanc puſillam noſtram Europam, ſed, quod maius eſt, ingentem Africam
et populoſam Aſiam inhabitantium conſtans et perpetuus trium millium
annorum conſenſus, apud me valiturus, vt rationem vincat, quan-
do narratur, PASIPHAEN tauri amore captam vaccae ligneae, quam
Daedalus fabricatus, ſe incluſiſſe, et ex eo Minotaurum peperiſſe. Nec
enim diuerſorum animantium ſemina commixta foetum progignunt, immo
taurus non adeo quisquam hebes nec adeo bos eſt, vt vaccam ligneam a
carnea et ſpirante non diſcernat. Quid de CADMO dicam, cui exercitus
natus ex dentibus draconis? Recte PALAEPHATVS: *Hoc ſi verum eſſet,
nullus hominum noſtri temporis aliud quippiam vnquam, praeterquam dentes
draconis, ſeminarit.* Europam abductam a Ioue in taurum transformato
ſeculorum omnium conſenſus et tota antiquitas loquitur; ſed vtcunque
magnum deum Iouem quis credat, tamen puerilia eum miracula feciſſe,
deo indignum putabit. Recte iterum PALAEPHATVS: *ſi Iupiter Euro-
pam abducere voluiſſet, meliorem ſane viam, quam haec erat, inuenire potuiſ-
ſet.* Haec puerilia commenta et fabellas ineptiſſimas cum publicus error
adeo in vera conuertiſſet, vt etiam qui de iis dubitarent, non ſolum impii,
verum etiam, incredibile dictu! ſtupidi putarentur, vsque dum ratio pulſa
ſolio reduceretur, vnusquisque facile perſpicit, hiſtoricam fidem (magnam
quidem ſi vel maxime in animis credulorum probabilitatem conciliare inepta
et abſurda referantur) attamen philoſophicae rationi multo inferiorem eſſe.
Vnde ſi inter ſe vtraque confligat, rationi palmam defero. Etenim ſi ipſa ra-
tio a veris hiſtoriis fabellas diiudicat, ſi aniles narratiunculae a probabilibus
per alium Lydium lapidem diſcerni non poſſunt, niſi per rationem, ſane
17 vis rationis maior, quam hiſtoriae, eſſe debet. Vtcunque autem haec
veriſſima ſint, tamen haereſin meam, qua documenta non omni exceptio-
ne maiora, immo ſcriptores hiſtoricos tunc ſaltim, ſi cum aliis argumentis
conſpirent, inter probandi modos admitto, ſi rationi conueniant, a caete-
ris

ris legum Doctoribus tueri studebo. Licet enim contra communem
dicasteriorum consuetudinem scriptores historicos inter probandi media
quodammodo admitto, modo a suspicione fraudis absint, tamen vt ipsi
scriptores non inepti sint, pono et exigo; alias enim nec ipse ego admise-
rim. Neque enim valeo eradere legum capita, quae fidem historicam ri-
dent, nec documenta admittunt, nisi omni exceptione maiora. Velim re- 18
cte intelligi. Negligo vrbium chronica articulis probatoralibus inducta, ne-
gligo caetera argumenta historica, si rationi aduersentur; si autem credibilia
contineant et caeteris argumentis probabilibus iuuentur, non reiicio penitus,
licet de caetero Iustiniani leges et nummerosam doctorum cateruam, qui nar-
ratiunculis historicis parum tribuunt, non plane deserere audeam.

Velim, inquam, recte intelligi. Ipse ego scilicet rationem praefero
historiae, ac *lunam* multorum animalium patriam esse, longe certius credo,
quam BACHVM, aut ISIDEM, aut ALEXANDRVM, aut CAESAREM, aut
ATTILAM, aut LECHVM fuisse. Parum enim est in his, quod non sub- 19
uerti possit. Largior haec aduersariis meis historicos in tribunali ridenti-
bus, nec enim penitus ab iis recedere licet, nec ignoro veritates *vniuersals*
factis siue veritatibus, vt ita dicam, *singularibus* superiores esse, nec nego
communem omnium hominum sensum vnius sensationi praeualere; sed
hoc solum de vitiosis et rectae rationi contrariis narratiunculis, non de pro-
batis, non de his, vbi nulla fraudis suspicio, valebit.

PYTHAGORAM narrant a Caucaso fluuio reuerenter fuisse salutatum, 20
vnoque in die diuersis in locis apparuisse et mirabilia huiusmodi plura, quae
de ipso feruntur. Rident talia dicasteria, sed et ego. Quis enim haec narrat?
discipuli eius. His non magis fidendum, quam Franciscanis de suo FRAN-
CISCO miracula Pythagoreis paria et innumerabilia portenta referen-
tibus. Nouimus enim, quantum sit discipulorum studium euehendi magi-
strum. An enthusiasmo ut ita dicam *sectario* infectis Arabicis scriptoribus
fidem adhibeam, quando MAHOMEDEM suum, tanquam consummatum
virtutis et honestatis exemplar depingunt, ab omni labe vitioque purum?
Valeat eodem modo APOLLONIVS TYANEVS, licet de eo certissimum sit
et ab omnibus agnitum, Domitiano imperium praedixisse, quod adeo verum,
vt ne quidem celeberrimus theologus BRVKER *in Hist. Philos Tom. 2. pag.*
122. hoc in dubitationem adducere audeat; valeat ille tamen, quando ex
coelo in terram se dimissum profitebatur et aurae diuinae participem credi
iubebat; valeant eius nummerosa prodigia quando vinculis se eduxisse, ianuas
clau-

claufas penetraſſe, mortuos excitaſſe, ventis et mari imperitaſſe, poſt mortem
diſcipulis apparuiſſe et alia his ſimilia de eo fabulantur, vt haberent eius
diſcipuli, quem Chriſto filio dei vnico et veriſſimo ſalutis humanae ſtatori
et infernalium daemonum triumphatori opponerent. De Apollonio enim
quisnam iſta narrat? Damis Babylonius, Philoſtratus et qui ſunt caeteri eius
21 diſcipuli et aſſeclae. His ego credam? Valeant potius cuncta Apollonii im-
poſtoris ementita a diſcipulis et propagata ab aſſectis miracula, quae credibile
non eſt ſcriptores caeteros ſilentio praetermiſſuros fuiſſe, ſi vel tantillum ve-
ri infuiſſet. Qui enim res longe minores ſuorum temporum non neglexere
hiſtorici, ſane ipſam naturae conuerſionem et res adeo mirandas Apollonii
Tyannaei non tacuiſſent. Iudaei talia credunt, ego ne tunc quidem, ſi
vel maxime alii, quam eius aſſeclae aut diſcipuli, in quibus ſumma fraudis
ſuſpicio, eadem narraſſent. Adſtipulor potius BRVKERO in Hiſtoria Phi-
loſophica *Tom. 2. pag. 120.* *Reliqua Apollonii miracula*, inquit, *ſabulam red-
olent. Nihil de iis habent vitae Neronis et hiſtoriarum huius temporis
ſcriptores, qui eo minus haec memorabilia Apollonii facinora tacuiſſent, ſi re-
uera eueniſſent, quo magis in minimis etiam notandis fuere diligentiſſimi.*

22 Nec multo veriſimiliora, quae de SOCRATE Plato et Xenophon di-
ſcipuli poſteris reliquere, cum hos plurima de Socrate mentitos fuiſſe, iam
Athenaeus notauerit. Duarum vxorum amoribus irretiti et ob pueros
corruptos publice accuſati continentiam extollunt, nec vllum mortalium
temperantiorem fuiſſe. Narrant, licet ipſa caluities, qualis iuuentus fue-
rit, mihi longe certius demonſtrare videatur. Praeterea multo eum, quam
Xantippe, rixoſiorem fuiſſe, peculiari diſputatione docuit MENZIVS Li-
pſienſis Profeſſor. Talis ergo erat Socrates, quem PLATO et XENOPHON
diſcipuli et ſectatores extollunt, talis erat, quem MARSILIVS VICINVS,
MOTHEVS VAGERIVS, CHARPENTERIVS, IACOBVS THOMASIVS
et quidam alii eius philoſophiam ſecuti, tam ſtupide venerabantur, vt prae-
curſorem Chriſti dicerent et ſacroſanctis Martyribus comparare non dubita-
23 rent. Quotidiana experientia teſtis, quanta his ipſis noſtris temporibus men-
dacia in nouellis politicis partium ſtudia de his, quae venerantur, diuulgent.
Iterum dico: non adeo pecunia teſtes corrumpit, quam in heroem ſuum
propenſio, quam partium ſtudium et praeconceptus fauor, hiſtoricos. Prae-
ſertim qui in Academiis viuunt, illi optime norunt, quanta auditorum erga
praeceptores, quos ſibi elegerunt, ſi loquaces modo et ſatis ventoſi ſunt, ſit
reuerentia, quantopere mentiantur et ſeſquipedalia ſpargant, quam ſupra mo-
dum

dum magistros etiam stupidissimos, attollant, et incredulos, qui vel minimum eis detrahere audent, persequantur, immo pro magistri sapientia peiurare et gladium stringere non dubitent, putantes se derideri si is, quem ducem sapientiae sibi elegerunt, derideatur. Ergo doctrina magistri est causa discipulorum propria, quoniam indignantur si quis haustam ab eo sapientiam traducat, nec possit doctor sine contemtu auditorum refelli aut redargui.

OBSERVATIO DLXXVIII.

Bona Rusticorum feoda esse, immo nonnullis leges feodales vtiliter applicari.

Nec tamen in iis ob non renouatam inuestituram felonia committitur, nec soli masculi succedunt.

Verbum **Manlehn** *feodum Masculinum non inuoluit.*

Constans apud Germanos vsus, vt, quidquid reges in suos duces, hoc 1
duces in nobiles, nobiles vero in rusticos statuerent. Sic reges de suo regno particulam ducibus, duces de suo ducatu nobilibus, nobiles de suo feodo rusticis particulas concedebant, vt aut seruirent, operasque praestarent, aut censum, omnes autem homagium praestarent. Nempe nobiles quemadmodum duci seruitia praestabant, ita ad hoc exemplum a suis rusticis sibi operas stipulabantur. Sed et burgensibus eo tempore, quo Henricus Auceps vrbes plures condebat, domus dabantur ea lege, vt militarent et excubias agerent. Vnde etiam in vrbibus aedes beneficia quon- 2
dam fuerunt, licet impropria, beneficia tamen; vt locutio ex vetustate superstes **das Haus in Lehn nehmen, die Lehn auflassen**, satis indicant. Quod autem nunc est pristina rerum facies mutata, nec amplius rustica bona feodis annumerantur, ex misera iuris Romani et Germanici mixtura ortum est, quae bona rusticorum Emphyteuticariis inepte comparauit, nec vllum Germanico, sed mero Romano iuri, in iis locum dedit. Natura autem sua 3
rusticorum agri beneficia, sed ignobilia erant, quia totum septentrionem feodalis quidem spiritus ita infecerat, vt clientelare esset, quodcunque adspiceres, et rara, immo rarissima, allodia, quemadmodum in Commentario super Mascouii Ius Feudorum, qui inscribitur **Akademische Reden** *cap. 1. §. 12. p. 47.* exposui. Breuiter hanc regulam tene: **Erbzins Güther** sunt bona emphy-

 teuti-

teuticaria et mera allodia, Zins Güther autem feoda, vtut Elector Augustus, cuius Consiliarii iurisque Germanici ignarissimi erant, *in Constit. 39. P. 2.* pessime omnia confuderit et quadrata rotundis miscuerit. Imprimis vero bona Meyerdingica veras clientelas esse, immo regulas iuris beneficiarii in iis obtinere, Facultatis Iuridicae Lipsiensis responsum Mense Nouembri 1773 datum approbat:

Obwohl die Meyerdings Güther mit den Erbzins Güthern diese Aehnlichkeit haben, daß daraus ein gewisser jährlicher Zins dem Herren entrichtet werden muß, mithin die Meyerhöfe Lehne zu nennen bedenklich fallen dürfte, da selbige, so wie alle übrige Bauergüther und Bürgerhäuser, durch keine Feloney verlohren gehen,

CARPZ. *Lib. 6. Resp. 108. num. 3.* ibi: Fallunt interim, qui docent ob non petitam inuestituram intra annum et diem emphyteusin amitti, quia nempe tantum temporis spatium vasallo concessum est. *II. F. 24.* Nec enim argumentum a feudo ad emphyteusin in poenalibus et odiosis procedit.

5 wie denn auch diese Meyerdings Güther frey veräusert werden können, wannenhero, daß das beschriebene Lehnrecht auf solche sich um so viel weniger anwenden lasse, dafür gehalten werden möchte, je deutlicher in des Lehnrechts Richtsteiges erstem Capitel: **So wisset alle edele Leute, wenn um edeler Leute willen ist Lehnrecht gegeben worden von denen Kaisern, und sie sollen es brauchen und anders niemand,** die Verordnung sich vorfindet.

6 **Dennoch aber und** dieweil die Meyerdingischen denen Erbzins Güthern, das ist denen emphyteuticarischen weiter nicht, als in so weit alle Bauergüther einander ähnlich, zu vergleichen: sonst aber beyde von einander sehr verschieden, da der Erbzins Herr über seine Erbzins-Leute ordentlicher Weise keine Gerichtsbarkeit ausübet, auch die Lehnwaare bey solchen Erbzins Güthern anders nicht, als wenn sie durch Verjährung oder Verträge eingeführet, entrichtet werden darf, als worinnen diese römischen Erbzins Güther, Bona emphyteuticaria genant, von denen teutschen Zins Güthern unterschieden; noch weniger bey den Erbzins Güthern **Baulebung** eingeführet, überhaupt aber die Ueberbleibsel des teutschen Lehnrechts stärker bey denen Meyerdings Güthern sich hervor thun, und der Erbzinsman bey weiten so starke Pflichten nicht hat, als die Verbindlichkeit

ist,

ist, womit der Meyerdingsman seinem Herren verwant ist; Wo aber die Unähnlichkeit größer als die Gleichheit, zwo Dinge unter ein Geschlechte sich schwerlich bringen lassen, vielmehr also Meyerdings Güther, als eine besondere Art von Bauerlehnen oder Feodis ignobilibus et alienabilibus zu betrachten, sintemalen der sogenante Ansaz der Beleihung ähnlich, und stat der Lehndienste der Zins eingeführet, auch die Meyerdings Güther, wegen Ungehorsam, dem Lehnherren eröfnet oder caduciret werden, welches bey römischen Erbzins Güthern nicht gebräuchlich; übrigens aber zwar gewis, daß dergleichen Lehne keine Rittergüter oder edle Lehne sind, gleichwohl aber, da das Wort Lehn von einer ausgedehnten und weitläufti- 7
gen Bedeutung ist, sie mit diesen Nahmen wohl belegt werden können, sintemalen ein jegliches geliehenes Guth, dessen Besizer einen andern als Oberherren erkennen muß, unter diesem Nahmen begriffen, und die obangezogene Stelle des Richtsteiges, so schlechterdings nicht behindert, daß man nicht zuweilen aus denen Lehnrechten auch bey gewissen Bauer Güthern einen Beweis ableiten und eine nüzliche Anwendung machen könne, weil, was einem ganzen Geschlechte eigen, auch dessen sämtlichen Gattungen zukommet, wannenhero auch bewährte Rechts Lehrer

PVFFENDORF *de Iurisd. Germ. P. 3. Sect. 3. pag. 738.*
SENKENBERG. *Prim. Lin. I. F. Prolegom.* §. 47. *p. 31.*

daß die Meyerdings Leute nach Art der Lehne ihre Güther inne haben, folglich dieselben gewissermasen nach dem Lehnrechte sich beurtheilen liesen, behaupten.

Wie denn auch der Umstand, daß die Appellationen nicht an die Lan- 8
des Regierung, sondern an das hohe Meyerding ergehen, unsere Meynung bestätiget, sintemalen nach gemeinen Lehnrechten

II. F. 22.
VET. AVT. *de Benef. cap. 2.* §. *61.*
Richtsteig Lehnr. *cap. 27. 29.*

die Appellationen an Ober Lehnherren, und niemals an die Reichs Gerichte ergehen, als nur dann, wenn er aus seinem Allode etwas an Vasallen zu Lehen gegeben, oder wie die Worte in Lehengesezen lauten, wenn das Lehn dem Herren eigen ist, und er also keinen obern Lehnherren hat, an welchen die Appellation ergehen könte. Endlich auch bey den Meyerdin-

gen die übrige Verfassung satsam lehret, daß sie eine Art von wahren Lehn-
9 höfen sind, da die Beysizer des Gerichts oder die sogenanten Noten (welches Wort aus Dingsgenossen entstanden) wahre Pares Curiae, weil in vorigen Zeiten die Lehnleute anders nicht, als durch ihres gleichen gerichtet werden konten.

STRUBEN Nebenstunden 5ter Theil *p. 124.*
DREYER von Wirkungen der Genossenschaft 2ter Theil *pag. 1213.*

welche angezogenen Rechtsgelehrten folgende Urkunden anführen: Rusticus non debet iudicari, nisi per sententiam suorum condomesticorum, und eine andere gleichen Inhalts: Nec rustici nostri nisi Parium suorum iudicio subiaceant; wie denn auch in der teutschen Sprache kein besseres Wort, wodurch man Pares ausdruken könte, sich auffindet, so daß im Schwäbischen Lehnrechte

cap. 110. und *cap. 122.*
siehe auch LUDOVICI Lehns Proces *cap. 2. §. 9.*

die Pares Curiae in der That und wirklich Genossen heisen, und daselbst mit diesen Nahmen beleget werden, da denn in Zusammenhaltung dessen allen sich so viel ergiebet, daß die Meyerdings Güther eine Art von wirklichen Lehnen sind, und wo keine besondern Geseze vorhanden, selbige zwar nicht nach Art der edlen Lehne, doch aber der Lehne überhaupt, behandelt, sowohl die Lehnrechte gewissermasen auf selbige wohl angewendet werden mögen. Vide *Obs. CCCCLIV.*

10 Sed cum haec Meyerdingica bona hisce in terris incognita sint, gratum fortasse erit lectoribus, aliud responsum exhiberi, quod de feodis ignobilibus in Saxonia sitis Mense Martio 1775 pronunciavimus atque petitionem agnatorum contra consanguineos reiecimus, salua tamen regula in praesente Obseruatione stabilita:

11 Obwohl nicht allein in teutschen, sondern auch fast in allen nordischen Ländern ehedem vom Obristen bis zum Niedrigsten eine Lehnsverbindlichkeit durchgängig geherschet, und diese Einrichtung für ein algemeines Völkerrecht angesehen worden, wie denn, im Fal man zum Voraus sezet, daß anfangs die nunmehro freygelassenen Bauersleute in einer Leibeigenschaft gestanden, nicht abzusehen, wie sie auf andere Art und Weise zu

Ackern

Aekern und Güthern gelanget seyn solten, wenn sie nicht solche anfäng-
lich zwar nur Laßweise, hernach aber, da sie die Freyheit erhalten, auf Art
der Lehne überkommen hätten, welches auch die noch heut zu Tage übli-
che Benennung **die Lehn auflassen und bekennen, in Lehn zu neh-
men**, und so weiter, satsam vermuthen lässet, und wenn man anderer 12
Völker, so jedoch teutschen Ursprungs sind, Gewohnheiten mit zu Hülfe
nimt, noch bis izo in Frankreich die Bauern, in Rüksicht des Ritterguths
Besizers, nach gemeinem Sprachgebrauche, Vasallen genennet zu werden
pflegen, und wenn schon nachhero dieses vormahlige sich auf die geringsten
Unterthanen erstrekende Lehnsband, nachdem Teutschland durch mancher-
ley Zufälle je zuweilen an Einwohnern Mangel erlitten und der Feldbau
liegen blieben, so, daß die Edelleute zufrieden seyn müssen, wenn sie nur
ihre entvölkerten Bauerstüke auf irgend einige Art wieder besezen können,

> BOEHMER *Disp. de Iurium Mutatione per Expeditiones Cruciatas, inserta Exercitt: ad Pand. Tom. 1. pag. 299. cap. 2. §. 9.*

einige Aenderung erlitten, und die strengern Pflichten eines Vasallen, be-
sonders aber die ehemalige denen Vasallen eigene Lehnsfolge bey den
Bauern aufgehöret und bey dieser niedrigsten Art von Lehnen gemildert
worden, dieselben doch wenigstens alsdenn noch stat zu finden scheinen,
wenn selbst durch die Lehnbriefe das Andenken dieses alten und vormali-
gen Lehnbandes noch aufbehalten; wannenhero, daß besonders in gegen-
wärtigem Falle, da Klägere durch unbezweifelte Urkunden dargethan,
welchergestalt die streitigen zweene Aker Holz und Wiese Manlehngü-
ther genennet werden, als da in dem alten Kaufbriefe es ausdrüklich
heiset: „**Es verkaufen Veit Milbrichs Söhne an ihren jüngsten** 13
**Bruder diese Manlehnstüken, jedoch mit ausdrüklichem Reser-
vat der Anwartschaft vor sich und ihre männlichen Leibeserben,**"
dieser jüngste Bruder auch von der Gerichtsherschaft als mit einem Man-
lehnguthe deutlich beliehen worden, ein solches nicht allein, daß die zweene
Aeker wahres Lehn, sondern auch, daß sie Manlehn, mithin daß blos
Söhne und Schwerdmagen darinnen die Folge haben, an die Hand zu
geben scheint; wie denn in einem 1696. errichteten Erbvergleiche dieses
selbst die Erben in den Worten: **Weiln obberührte Manlehn-
stüke den Brüdern allein zukommen**, satsam anerkant; wannenhe-
ro, da Beklagte in der Kriegsbefestigung eingeräumt, daß Beklagter ein-
ziger Sohn, welcher diese Manlehnstüke zulezt besessen, ohne alle Nach-

kommenschaft mit Tode abgegangen, Klägere aber nach den beygebrach-
ten Taufzeugnissen dessen nächste Schwerdmagen sind, und ein Lehn kein
Pertinenzstük eines Bauerguthes werden kan, wenn es auch noch so lan-
ge damit verbunden gewesen, und allemal nebst selbigem zugleich verkau-
fet worden wäre, HOMMEL **Pertinenz Register Einleit.** §. 28. daß
Klägere ihre Lehnfolge zur Nothdurft beygebracht, es das Ansehen gewin-
14 net, und wenn auch schon Beklagte in ihrem Gegenbeweise ausgeführet,
daß bey andern Bauern, so in eben dieser Fluhr dergleichen Manlehngü-
ther besizen, seit 40 Jahren kein Unterschied unter Mans- und Weibs-
personen gehalten worden sey, gleichwohl dagegen, daß von einem Lehn-
stüke auf das andere und von einem Dorfe auf das andere bündiger Wei-
se sich nicht schliesen lasse, zu ergegnen stünde;

15 **Dennoch aber und dieweil** Klägere die streitigen zween Aker
Holz und Wiese für ein wahres und ächtes Lehn auszugeben, um darin-
nen als Schwerdmagen der Folge zu geniesen, Vorhabens sind; dieses
aber als wahr angenommen und zum Voraus gesezet, da in Sächsischen
Landen keine Lehnfolge Kraft der Sippe und wegen der Verwandschaft
stat findet, ihnen obgelegen hätte, daß sie in der gesamten Hand stehen,
beyzubringen, worauf sie aber keinen Beweisartikel gerichtet, weniger,
daß sie bey vorgefallenen Verpfändungen oder Veräuserungen ihren Con-
16 sens ertheilet, anzuführen vermocht, vielmehr, daß diese zweene Aeker ver-
äuserliche Lehne sind, aus den Acten sich allenthalben ergiebet und nichts
neues, daß dergleichen veräuserliche Erblehne zwar in Ansehung des Lehn-
herrns, nicht aber in Ansehung der Schwerdmagen für Lehnguth geachtet
werden, also die beyden Aeker, Beklagter ohne Schaden, gar wohl Lehne,
nämlich wahre und volkommene **Erblehne** seyn können, wo keine Mit-
belehnschaft stat findet, wie denn das in Urkunden vorkommende Wort
17 **Manlehn** die Sache nicht entscheidet, allermasen das Wort **Man** in
Lehnrechten nur einen Vasallen, Knecht und Lehnman, also auch Manlehen

FLEISCHER *Instit. I. F. cap. 5. §. 12. et 13.*

kein solches, wo blos die Söhne und Schwerdmagen folgen können, be-
deutet, vielmehr, wenn blos Manspersonen die Folge haben sollen, die For-
mel in den Lehnbriefen: Für sich und seine ehelichen Leibeslehnserben ent-
halten seyn müste, welche aber in denen, so Klägere beym Beweise ge-
brauchet, gänzlich ermangeln, also das Wort **Manlehn** an und für sich
allein

allein nichts entscheidet, weil Manlehne denen Zinslehnen entgegen gesezet und das Lehn vermannen, das ist verdienen, desgleichen Manschaft stat Lehndienst gar bekante Redensarten sind, da selbst die Fuldaischen Lehen zu einem rechten Manlehne ertheilet werden, obschon darinnen ebenermasen Weiber der Folge geniesen und es auch Erbmanlehne giebt, die ohne Vorbewust der Schwerdmagen und des Lehnsherrens wilkührlich und nach Belieben veräusert werden können, solchemnach, da in dem Beweise das Wesentliche unberührt geblieben und Klägere solches nicht beygebracht, auf den Gegenbeweis zu sehen, gar nicht einmal von Nöthen; und wenn auch die streitigen beyden Acker kein Erb - sondern wahres auf die 18
Söhne und Schwerdmagen absterbendes Lehn wären, doch wegen Mangel der Mitbelehnschaft dieselben nicht Klägern anfallen, sondern vielmehr dem Lehnherrn eröfnet seyn würden, dessen Rechte zu verfechten, Klägere so wenig befugt, als Vorhabens gewesen; auch die durch die Beweisurkunden ♂. 4. und ♄. gebrauchte drey Fälle, wo die streitigen Lehnstüken 19
an das mänliche Geschlechte zu Lehn gereichet worden, zwar gewisser Masen vorhanden, selbige aber doch noch keine zu Recht beständige Gewohnheit ausmachen, da im Gegentheil Beklagter Vater, George Milbrich, an izige Beklagte und ihren verstorbenen Eheman mit dem Hauptguthe auch diese Manlehn Acker zugleich käuflich überlassen; wozu komt, daß andere dergleichen in eben dieser Flur befindliche Manlehnstüken ohne Unterscheid auch Weibern zu Theil worden, wie solches im Gegenbeweise hinlänglich dargethan, und wenn schon sonst von einem Orte auf den andern sich nicht schliesen lässet, man jedoch die Gewohnheiten eines Lehnho- 20
fes nicht anders, als durch Beybringung der Fälle, wie es bey andern gehalten worden, erweislich machen kan, und solches wenigstens eine solche Vermuthung, welche nicht anders, als durch einen Beweis des Gegentheils geschwächet werden kan, bewirket; also die Aussage der Gegenbeweis Zeugen, wie seit vierzig Jahren die Erben mänlichen Geschlechts es allemal für bekant angenommen, daß diese Lehnstüken auch auf die Weibspersonen übergiengen, nicht auser Augen zu sezen, und wenn schon in dem Erbvergleiche vom Jahr 1696. dessen in Zweifelsgründen Erwähnung 21
gethan, sich die Erben den Anfal vorbehalten, doch dieser Vergleich nur zwischen denen damaligen paciscirenden Theilen, nicht aber überhaupt ein Recht ausmachet; unterdessen aber, da Klägere vieles vor sich haben, und die Sache nicht auser allem Zweifel, keinem derer Partheyen eine vermessene

messene Streitsucht beyzumessen, welches die Aufhebung und Ausgleichung der Unkosten bewirket, So ist rc.

22 Quaero an si domini praedii nobilis iudicium hypothecam confirmauerit, non autem ipse dominus consensum expresse dederit, an hypotheca sit recte constituta? Distingue: si dominus directus simul est dominus iurisdictionalis, tunc Iustitiarius prodomini, scultetus et Scabini autem vices Parium Curiae obtinent et quod ipsi fecerunt, putatur dominus fecisse. At vero si alius sit dominus feodalis, alius iurisdictionalis atque posterior solus hypothecam confirmauerit, id valebit, id quod in Obseruatione *DXLIII.* exposuimus.

OBSERVATIO DLXXIX.

Locatori in Inuectis et Illatis, sed deinde a tertio aut etiam ab ipso inquilino exportatis, Seruiana non competit.

1 Titius conductorem tabernae ob non solutam pensionem conuenerat. Condemnato debitore, liquidum constituitur, petit Titius executionem. Sed antequam dies executionis veniret, obaeratus conductor merces ex taberna exportatas oppignorat Meuiae, eique tradit. Cum dubitaretur, quis potior esset? proponebatur a Titio locatore tabernae: in Lege
2 *4. ff. de pact. L. 7. pr. ff. in quib. caus. pign. vel hyp. tacit.* non retentionis ius, sed aliquid praestantius, nempe veram hypothecam tacitam locatoribus concessam esse, adeoque suum pignus esse antiquius. Nos vero argumentis ex Obseruatione superiori CCCXXVII. repetitis non solum, verum etiam aliis decidendi rationibus, quas adscribam, Meuiae praerogatiuam dedimus: Dieweil in der Erleut. Proc. Ord. *ad tit. 45. §. 4.* denen Ver-
3 pachtern nur so lange, als des Abemiethers eingebrachtes Fahrnis in dem verpachteten Guthe noch vorhanden, ein Vorzug gegönnet, und im 45sten Titel §. 2. nurgedachter Erleut. Proces Ordn. an dem Fahrnisse kein Pfand erlanget werden mag, wenn der Gläubiger solches nicht wirklich in Händen hat, also der Vermiether die Schuld sich selbst beymessen muß, wenn er aus Mangel behöriger Obhuth und Wachsamkeit, daß die Sachen des Abemiethers aus seinem, des Verpachters, Hause weggeschaffet worden, in Zeiten nicht zu behindern gesuchet. So ist rc.

OBSER-

OBSERVATIO DLXXX.

Extraiudicialis pignoratio in Poſſeſſorio Summariiſſimo attenditur, non in Ordinario.

In Petitorio extraiudicialem pignorationem non interrumpere praeſcriptionem, a nobis in *Obſ. CIX.* ſatis ſuperque demonſtratum eſt. Aliter vero in Poſſeſſorio Summariiſſimo, vbi natura potius, quam ius ciuile regnat; vnde in hoc proceſſus genere nuda detentio, ſiue, vt gloſſatores loquuntur, aſinina poſſeſſio ſufficit. *L. 1. C. ſi per vim. L. 27. in fin. et L. 40. §. 1. ff. de adq. vel amitt. poſſ.* adde hanc ipſam *Rhapſodiam Obſ. CLXXVIII.* et *CCLXXV.* 1

Vnde ſic tuto argumentari licet: ſi in *adquirenda* poſſeſſione nuda apprehenſio prodeſt, multo magis proderit in ea *retinenda* nuda depulſio, quae etiam fit capto a turbante pignore, modo intra annum contigerit. Pignorantem iudici tradere oportere captum pignus, eſt ſolemnitas formalitasque ciuilis, quam in Poſſeſſorio Summariiſſimo inſuper habemus, quia in hoc proceſſus genere facta, non iura reſpicimus, ſi quidem naturalis ratio hic vtramque paginam complet, vnde etiam extraiudicialis pignoratio ad conſeruandam poſſeſſionem ſuam turbato proderit. Ecce ſi manu depellere turbantem licet, multo magis proderit et minus ſolennis pignoratio. Itaque ſi 3 paſcens manu depulſus aut, quod huius vicem ſuſtinet, ouis capta nec iudici tamen ad cuſtodiendum oblata ſit, tamen paſtum exercens quiete non poſſedit, quod vnicum maxime etiam in Poſſeſſorio Summariiſſimo exigit *Appendix Ordin. Recogn. §. 19.* ibi: Diejenigen, ſo einen, oder mehrere Ruhige actus poſſeſſorios vor ſich haben, quae verba a nobis in Obſeruatione CLXXVIII. explicata. Nonne poſt exhibitum a petitore rotulum reo 4 concedimus antirotulum ſine redemonſtrationem? Huius Antirotuli quale quaeſo poſſit argumentum eſſe, aut quid aliud continere, niſi poſſeſſionem petitoris eſſe interruptam, i. e. petitorem quiete non poſſediſſe? Sane fruſtraneus foret omnis Antirotulus, ſi in Poſſeſſorio, etiam Summariiſſimo, quietam poſſeſſionem non exigamus. (*Obſ. CLXXVIII.*) Naturaliter quieta autem non eſt, ſi alter pignorauit, vtut extraiudicialiter. Ad merum enim factum, non ad ius, in hoc proceſſu reſpicitur. Sentit nobiſcum BERGER *Elect. Diſcept. For. tit. 5. Obſ. 5. Not. 2.* In Poſſeſſorio Ordi- 5 nario autem, quia ciuilis poſſeſſio et qualificata requiritur, pignoratio poſ-

 ſeſſori

sessori non nocebit, nisi legitima et ciuilis, i. e. nisi pignus oblatum iudici fuerit. *Obs. CIX. CXXXVII. et CLXXVIII.*

OBSERVATIO DLXXXI.

Si quis venditi fundi onera reticuerit, an emtori de euictione teneatur?

1 Distinguo duos casus; primum, si de oneribus aut seruitutibus in contractu nihil dictum, nec de iis quaesitum aut cogitatum fuerit, sed simpliciter quis emerit, tunc enim vulgare illud obtinet ab HERTIO libro primo in Paroemia 53. explicatum: *Qui non oculos, is crumenam aperiat*, (*Obseru. DLIX.*) atque intelligitur emtor quasi per modum auersio-
2 nis id emere voluisse, quod in ea re iuris venditor habuit. (*Obs. CCCLXXVII. num. 3. 4.*) Neque hic obtinet, quod in vitiis rerum naturalibus aediles desiderant, vt quicquid oneris vel vitii rei insit, venditor palam pronunciet. (*Obs. DLIX.*) Immo CARPZOVIUS *Const. 34. defin. 20. P. 2.* et in *Resp. lib. 4. Resp. 78.* ne quidem de collectis vsitatis et consuetis fundo inhaerentibus emtori absconditis et silentio tectis venditorem ad euictionis praestationem adigit, quia tantum in occultis et ignotis locum euictio inuenit. *arg. L. 27. C. de euict.* Ignotum autem putari non posse, ait, quod publica lege impositum.

3 Alter casus est, si venditor Specificationem onerum exhibuerit, etsi illa tantum Ohngefährlicher Anschlag inscripta fuerit. Tunc certe euictio rerum et mensurarum in Specificatione expressarum et libertas a pluribus oneribus praestanda, quia a dolo, certe a lata culpa non multum abest, qui tali omissione emtorem induxit. Neque obstat, in Subhastationibus iudicem ad euictionis praestationem in Saxonia non teneri. *O. P. R. ad Tit. 39. §. 11.* ibi: Darinnen diejenigen Onera realia, welche per subhastationem nicht expiriren, sowohl die Servitutes und Auszüge anzuzeigen, jedoch dieses alles nur um besserer Nachricht willen, daß der Licitant sich deswegen weiter erkundigen könne, und ohne daß der Richter oder der Concurs deshalber zu einer besondern Gewährsleistung verbunden sey. Haec enim exceptio singularis est, quae regulam magis confirmat. BERGER *Elect. Disc. Forens. tit. 39. Obs. 9. Not. 2.*

Quae

Quae diximus, ea in Facultatis Iuridicae Lipsiensis responso latius deducta: Hat jemand sein Ritterguth an einen Obristen verkauft, dabey aber eine gewisse Grundbeschwerde, nehmlich die von denen zum Ritterguthe gehörigen drey Fröhner-Häusern jährlich zu leistende Reparatur Kosten und Handarbeit an Kirche und Schule, verschwiegen, welche zu einem Capitale angeschlagen, 300 Thaler betragen, wannenhero: 4

Ob der Verkäufer sothanen Betrag der verschwiegenen Grundbeschwerden an 300 Thaler dem Käufer gut zu thun schuldig? 5

zu wissen begehret wird.

Ob nun wohl ein jeder Käufer sich um die Beschaffenheit des zu verkaufenden Guthes selbst bekümmern sol,

L. 2. C. de furt. et serv. corr. **Chursächß. Erleut. Proces Ordn.** *tit. 39 §. 11.*

widrigen Fals aber ein Käufer, daß er hierinnen nachläßig gewesen, die Schuld sich selbst beyzumessen hat,

L. 15. §. 1. D. de contrah. emt. L. 1. §. 6. L. 3. L. 4. L. 14. §. vlt. L. 48. §. 3. 4. L. 55. de aedil. edict.

übrigens die Klage *Quanti minoris* genant, nur innerhalb eines nüzlichen Jahres angestellet werden kan, und da solche Zeit längstens vorüber, ob durch die *Actionem Emti* einiger Ersaz zu bewirken stehe, sehr zu zweiflen, weil durch leztere Klage nur das Versprochene, keinesweges aber etwas, woran im Contracte gar nicht gedacht worden, zu erlangen; Auch gesezt, daß durch besagte *Actionem Emti* eben das, was in dem Aedilitio Edicto dem Käufer zu gute geordnet, erhalten werden könte, doch auch solchen Fals ernante Actio Emti nur jährig seyn würde,

MENKE *Pandect. lib. 21. tit. 1. §. 10.*

weil auserdem die Klage, genant Quanti minoris, ganz vergeblich wäre, da man allemal, wenn dieselbe auch längst verstrichen, sich noch der Actionis Emti bedienen könte, welches aber die Rechte versagen,

L. 2. C. de aedilit. ed.

wie denn auch die Meynung: daß das offternante Aedilische Edict nur auf Sachen, so auf den Markt zum Kaufe gebracht, nicht aber auf Grund-

stüken sich erstreke, desgleichen: daß selbiges nur von natürlichen Fehlern, keineswegen aber von vitiis rerum ciuilibus handele, sich aus denen Gesezen

L. 61. L. 49. D. de aedilit. edict.

so fort widerleget.

6 Dennoch aber und dieweil die auf gute Treue und erforderliche Rechtschaffenheit, so bey Handel und Wandel obwalten sol, gegründete Vorschrift der Römischen Rechte, nach welcher jedem Verkäufer oblieget, alle verborgene Fehler, es mögen solche von der Natur, oder durch menschliche Anordnung der feil gebotenen Sache ankleben, zu benennen, nirgend aufgehoben ist; und was in obigen Zweifelsgründen aus der Chursächsischen Procesordnung angeführet worden, als eine besondere Ausnahme bey entstandenen Concurse, vorige algemeine Regel eher bekräftiget, als aufhebet; folglich, was in eben diesen Römischen Gesezen sonst eingeflos-
7 sen, daß nämlich

L. 22. §. 3. D. de locat. L. 16. §. 4. D. de minor.

Käufer und Verkäufer einander gewissermasen hintergehen können, in einem andern Verstande anzunehmen; Bey gegenwärtigem Falle aber noch besonders in Erwegung zu ziehen, daß der Verkäufer einen Anschlag übergeben, und unter denen darinnen verzeichneten Grundbeschwerden die obgedachte zu erwehnen (dem Ansehen nach mit gutem Vorbedachte) unterlassen hat, solchemnach aber Käufer sich nicht anders vorstellen können, als
8 daß blos die im Anschlage benanten, und nicht mehrere, Grundbeschwerden auf dem Guthe hafteten; und wenn auch schon die Zeit, innerhalb deren auf Quanti minoris zu klagen, längst vorüber, doch, wenn noch etwas von den Kaufgeldern rükständig seyn solte, der Käufer solches an sich behalten, und bis Kläger solches gerichtlich von ihm fodern werde, abwarten kan, da denn was vermittelst einer Klage nicht bewirket werden mag, doch Ausfluchtsweise dem Käufer zu statten kommen muß,

L. 41. D. de act. emt.

allermasen Exceptiones niemals verjähret werden. (Obs. CCCCLXXXI et DXXXVI.) Im Fall aber das sämtliche Kaufgeld schon bezahlt seyn solte, doch actio in factum de dolo, welche immerwährend ist, angestellet, und dem Verkäufer das Gewissen darüber: daß er solche Abgaben mit

Willen

Willen und aus guten Vorbedachte, um desto eher einen Käufer zu finden, verschwiegen habe, gerühret werden kan,

L. 6. §. vlt. D. de act. emt. L. 13. eodem.

immasen arge List niemanden zum Vortheile ausschlagen darf; So ist ꝛc.

OBSERVATIO DLXXXII.

Fatua plebeiorum hominum excusatio Satanam ipsis inequitasse.

Defensionum criminalium vulgaria vitia.

Optima Defensionis momenta non ex squalidis Iureconsultorum libris aut Rhetorum, sed ex facto rectius et naturali ratione depromuntur. At insipidi causarum patroni longis et ieiunis exordiis, Allegatis Doctorum insipidis et dictatis generalibus, vnicuique satis superque cognitis, iudicem fatigant, antequam ad rem ipsam conuertantur. Nocet prolixitas, non prodest. Ego diu in iudiciis versatus, non alia ex re magis vulgarium aduocatorum imprudentiam cognoui, quam ex Defensionibus. Solent fere non omnes rem vnam centies repetere, taediosas de rebus notissimis philosophias garrire, chartas ineptis allegationibus conspurcare, immo, quod peius, concionatorum non raro stilum imitari, dum pias ad deum preces dirigunt, dictis biblicis paginas implent, rem denique egregiam se egisse et inquisitum omni suspicione exemisse, reputantes, si a pastore loci venale testimonium impetrauerint reum coena domini frequentissime vsum et con- 2 cionibus sacris quotidie (nempe tales non peccant) interfuisse potissimum autem in praebendo confessionario nummo inquisitum semper se liberalem exhibuisse. 1

Deinde in manifestis et confessis criminibus, si omnia defensionis mo- 3 menta deficiunt, propter leuissimam accusati imprudentiam aut rusticam qualemcunque simplicitatem dementes inquisitos efficere conantur. Si neque hic angulus pateat, defectum institutionis in religione christiana dedisse causam sceleri, iam natura omnibus hominibus turpi, vt reuelatione nulla opus sit, aut hisce similia proferre salent. Quasi vero doctrina et institutione opus sit, vt homo intelligat non occidendum, 4 non furandum, neminem defraudandum esse? Nonne hoc et Turcis turpe et Antipodibus? Tu autem Inquisitum propter defectum institu-

tionis scholasticae hoc scire non potuisse inepte in Defensione tua garris, eoque tuam simplicitatem prodis. Inter caeteros defensoris cuiusdam memini, qui postquam de Satanae tentationibus ex recondita theologia mirabilia recitasset, ad simplicitatem Incendiari, quem defendendum susceperat, confugiebat, ac vt de ea iudex profundius erudiretur, ex CRVSII *Logica*, quam singulis in paginis ter citabat, de ideis, de infirmitate intellectus et stupiditate, de ratiociniis et nescio quibusnam aliis notionibus et vulgaribus dictatis decem chartae plagas arcte conscriptas impleuerat, quibus non aliud efficiebat, quam vt de infirmo intellectu non rei, sed defensoris, certiores redderemur. Quantus is homo philosophus fuerit, ex rationibus decidendi, quas sententiae iunximus, in causa incendiarii cuiusdam mense Iulio 1773 impetratae, lectores facile cognoscent.

5 Obwohl der Defensor wegen der von Inquisiten fol. 17. b) und bey dem 98sten Inquisitional Artikel geführten Rede: **Es wäre zu der Zeit, da er das Feuer angeleget, ihm gewesen, als ob ihn jemand bey der Hand hinzuführte,** Gelegenheit nimt, das durch den Brand entstandene Unglück lediglich dem Satan zuzuschreiben, der als ein listiger und unsichtbarer Menschenfeind, nach seiner von Got ihm zugelassenen Gewalt, Inquisiten zum Feueranlegen, böslicher Weise verführet habe, weil von diesem Geiste satsam aus heiliger Schrift bekant sey, daß er vermöge seines geistigen Wesens in die Seele der Menschen zu wirken, derselben solchergestalt böse Gedanken einzuflösen und sie zu allerhand üblen Anschlägen und unchristlichen Handlungen zu verleiten pflege, wannenhero Inquisit, da er ein bloses Werkzeug dieses in der Finsterniß herschenden Verführers abgegeben, auch nicht als der eigentliche Urheber dieses schweren Verbrechens angesehen werden könne; überdieses gedachte Vertheidigungs Schrift mit einer weitläuftigen Wiederholung bekanter Säze der gemeinen Vernunftlehre durch mancherley in den Schulen mehr, als im Gerichte, gebräuchlicher Redensarten: **daß Inquisit mittelst Zergliederung richtiger Begriffe das Böse und Gute in vernünftigen Schlußfolgerungen nach dem Geseze, aus Mangel der Einsicht, zu beurtheilen nicht im Stande gewesen,** mühsam auszuführen suchet, welches weit besser aus des Pfarherns, K — welcher sich auf seinen Inquisiten ertheilten Unterricht viel zu gute thut fol. 150. befindlichen Zeugnisse zu erhellen scheinet, wo derselbe: **daß Inquisit bey seiner Ankunft in der Fronfeste sich in der ersten Unterredung,**

als

als einen völlig stupiden Menschen bezeigt, welcher gar keine ordentlichen Begriffe von guten und bösen Handlungen gehabt, und so lange einfältig gewesen, bis er, der Prediger, ihn erst mittelst ernstlichen Unterrichts in Christenthum und der heiligen zehen Gebothen durch Gottes Gnade so weit gebracht habe, daß er nunmehro sein Verbrechen einsehe, beweine und allererst bereue, nachdem er durch ihn, daß Feueranlegen eine Sünde sey, aus Gottes Wort belehret worden, bey seiner Pastor Pflicht schriftlich zu erkennen giebet, wie denn auch die Gerichtspersonen mit einer beyfälligen Versicherung, daß Inquisit ein etwas einfältiger Mensch sey, nicht entstanden, besonders aber des Amtsfrohns Aussage Aufmerksamkeit erwecket, wie nämlich Inquisit ihn ganz ängstlich gebethen habe, man 7
sollte ihn doch zu seinem Grosvater gehen lassen, damit er selbigem seine Sünde abbitten könne, und daß der Amtsfrohn sähe, daß er gewis wieder kommen würde, so solle er ihm nur bis Topfstädt entgegen kommen, woneben noch der Defensor dieses jungen Purschens schlechte Erziehung und Unwissenheit in götlichen Gesezen, da er ohne hinlängliche Erkentnis im Christenthume auferwachsen und keine Befestigung des Glaubens in sich erlanget, um fähig oder vermögend zu seyn, das Gute zu erwehlen und das Böse zu verabscheuen, zur Entschuldigung anführet.

Dennoch aber und dieweil bey gemeinen Leuten die Redensar- 8
ten: Es sey, als wenn jemand hinter ihnen gestanden und gesagt hätte: thue es! oder es hätte ihnen keine Ruhe gelassen, ihre Augen wären gleichsam verfinstert gewesen, der Satan habe sie geritten, und was dergleichen mehr, wodurch sie vermuthlich ihre strafbaren Handlungen gewissermasen zu entschuldigen suchen, gar gebräuchlich; und Inquisitens Worte: Es wäre ihm gewesen, als wenn ihn jemand bey der Hand hinzuführte, obigen gar ähnlich sind, auf alle Fälle aber ihm obgelegen hätte, seine Rachbegierde oder boshaften Triebe zu dämpfen, und denen bey ihm aufsteigenden übeln Gedanken Obstand zu halten, allermasen, wenn diese Art der Entschuldigung, daß die Missethäter blose Werkzeuge des Teufels und dieser der eigentliche Urheber aller Verbrechen sey, gelten solte, hinfort weiter niemand zu bestrafen seyn würde, übrigens da Inquisit durchgängig sowohl bey der summarischen als articulirten Vernehmung ordentliche, deutliche und verständige Antworten ertheilet,

derge-

dergestalt, daß auch Gerichtswegen fol. 19. b) ausdrüklich: daß in seinen Verhörungen weder eine Unordnung der Sinne, noch sonst etwas Bedenkliches an ihm zu verspüren gewesen, zu den Acten verzeichnet worden, auch klüglich derselbe seine Sachen bey dem Brande in Sicherheit zu schaffen die Vorsicht gebrauchet, und alles was er ins Werk gerichtet mit überlegtem Vorsaze zuvor mehrmals überdacht, solchemnach niemand leicht einen Blödsin, wohl aber jedermann eine Schadenfreude und Bosheit bey ihm vermuthen wird, und was des obgedachten Pfarherrns K— Zeugnis anlanget, da bey ihm gleich anfangs Inquisiten zum heiligen Abendmahle zu lassen, kein Bedenken vorgewaltet, welches straffällig und der Priesterpflicht entgegen gewesen seyn würde, wenn Inquisit vom Christenthum nichts gewust hätte, dieser so einfältig, als er vom den Pfarrer K — abgebildet worden, ohnmöglich gewesen seyn kan, allermasen besagter Pfarherr lange vorher, ehe er das neuerliche Zeugnis fol. 150. am 25 Junii 1773. ausgestellet, in den Acten fol. 39 am 16 Novembr. 1772. also zu der Zeit, da Inquisit ihm untergeben worden, und er im Gefängnisse selbigen besuchet, ihm albereits das Lob ertheilet: **daß er wider seine Erwartung selbigen in Christenthume nicht unwissend befunden, derselbe vielmehr in Beantwortung derer ihm vorgelegten katechetischen Fragen ganz fertig gewesen, auch die hierbey vorkommende Sprüche aus der Bibel fast ohne Anstos herzusagen gewust,** welches mit der Wahrheit allerdings übereinkomt, sintemalen Inquisit ehe er noch besagtem Prediger K— untergeben worden, fol. 19. vor besezten Gerichte mit **thränenden Augen und aufgehobenen Händen versichert, wie er volkommen wohl überzeugt sey, daß er durch das beschehene Feueranlegen die gröste Missethat wider Got und seinen Nebenmenschen begangen, auch die weltlichen Geseze schwerlich übertreten habe,** sodann Inquisitens Dienstherr, Richter, selbst zu der Zeit, da die That geschehen, nichts Unrechtes oder Unordentliches an seinem Verstande verspüret, indem derselbe ihm damals durchgehends vernünftige Antworten gegeben, in Ansehung des Unterrichts aber sein Vetter fol. 64. b) und fol. 15. **Inquisiten von zarter Jugend an, zur Schule und Kirche fleisig angehalten,** insbesondere aber sein gewesener Schulmeister fol. 37. b) ihm nachzusagen weis: **daß er etwas zu lernen und zu fassen keinen schweren Kopf gehabt, auch in denen Examen keineswegs der seichteste gewesen sey sondern nach Befinden der Sachen richtig und schicklich genug zu antworten**

worten gewust habe, so daß er keinesweges albern oder blöden Verstandes, vielmehr beständig zu leichtfertigen Streichen und allerley jugendlichen Muthwillen aufgelegt gewesen, welchem sein erster und vormaliger Beichtvater der Pastor Ursinus beytrit, wenn selbiger fol. 38. vermeldet: daß Inquisit in den Vorbereitungs Stunden zum heiligen Abendmahle sich vor andern hervorgethan, indem er auf die meisten nothwendigen Fragen über die Grundlehren der christlichen Religion bald und nicht ungeschickt sich heraus gelassen, vielmehr wenn die andern einfältig geantwortet, eine gewisse Art von hämischer Schadenfreude habe bliken lassen, wie er denn auch kein Flucher oder Schwörer gewesen, vielmehr es ihm zu Ruhme gereiche, daß unter allen damals zum ersten male communicirenden Kindern Inquisit gerade derjenige gewesen, welcher am meisten gerührt zu seyn geschienen, indem er häufige Thränen vergossen, und in der Lehre des Christenthums am erfahrensten gewesen,
aus welchen allen, daß Inquisit vom Guten und Bösen sehr richtige Be- 9
griffe habe, sich ergiebt, daß aber Unglück und Verherung anzustiften, eine strafbare Handlung sey, auch der allergeringste Verstand zu begreifen vermögend, indem wohl bey diesen und andern dergleichen, selbst von der Natur untersagten, harten Verbrechen kein besonderer Religions Unter-
richt vonnöthen, was aber die zum Amtsfrohne gesprochene Reden, daß 10
er ihn zum Grosvater gehen lassen solte, anbetrift, dieses so schlechterdings als ein Beweis der Einfalt nicht anzunehmen, vielmehr derselbe hierdurch, allen Vermuthen nach, den Amtsfrohn durch eine verstelte Dumheit sicher zu machen getrachtet, so daß gedachter Gerichtsdiener selbst in angezogenen Blatte der Acten diese Rede für keine Einfalt ansiehet, vielmehr solches darum anzuzeigen für nöthig erachtet, weil daraus allerdings eine Ueberlegung, die der Pursche bey sich mache, abzunehmen sey, und öfters gar vernünftigen Leuten, wenn sie sich auserdem ganz hülflos sehen, die äuserste Noth, in welcher sie sich dermalen befinden, auch unwahrscheinliche Dinge hoffen lässet, dergestalt, daß, was sie in andern Umständen für einfältig und ganz vergeblich angesehen haben würden, sich ihnen als
wahrscheinlich vorbildet; endlich der Defensor selbst, daß Inquisit so viel 11
Vernunft, daß er das Böse vom Guten unterscheiden könne, allerdings besize, nicht gänzlich verneinet, wie denn, daß öffentliche Ruhe zu stöhren, Leute ins Armuth zu stürzen und eine grausame Einäscherung, wodurch Menschen und Vieh elendiglich umkommen und verbrennen muß,

anzurichten, Strafe nach sich ziehe, selbst ein Kind ohne allen Unterricht zu begreifen fähig, wannenhero auch besagter Defensor hierwider weiter nichts, als daß wenn man dieses einwenden wolte, man doch dagegen, seiner Meynung nach in Betracht ziehen müsse, daß Simplicitas, wie er sich ausdrüket mit der Stupiditate in so ferne gleich zu achten wäre, wenn der Mensch keinen christlichen Unterricht in der Religion und göttlichen Gesezen gehabt und ohne Erkentnis des allein seligmachenden Glaubens aufgewachsen sey, vorzubringen weis, welches sonderbare Anführen aber nicht allein denen gemeinen Begriffen, sondern auch denen Acten schnur straks entgegen, da Inquisit, obangezogenermasen, vor vielen andern seines gleichen gar vorzügliche Kentnis im Christenthume und eine scharfe Erziehung gehabt, also nicht allein derselbe für einfältig nicht zu achten, sondern auch, wenn er es wäre, ihm dieses gleichwohl nach hiesigen Landesgesezen nichts helfen würde, Inhalts deren so gar die Advocaten, welche wider die wahre Beschaffenheit des Gemüthszustandes die Verbrecher für blödsinnig ausgeben, hart bestraft werden sollen, endlich des vielmals erwehnten Defensors auf 23 Thlr. und darüber unmäsig angesetzten Vertheidigungs Gebühren, weil es hierbey nicht auf die Weitläuftigkeit, sondern auf die mit guter Einsicht und Geschiklichkeit unternommene sachdienliche Bemühung ankomt, einer starken Ermäsigung bedurft. So ist ꝛc.

OBSERVATIO DLXXXIII.

Nominatio socii iureiurando firmata in delictis carnis nec non iis, ex quibus solamen aut mitigationem poenae sperat confessus, neque ad torturam neque ad purgatorium grauat.

Caueant sibi iudicantes, ne in dictando purgatorio socium criminis nominatim suggerant.

1 Confessae cum Satana concubitus in ipso rogo interdum alios magiae insimulabant, quod in vetulis perturbatae phantasiae aliisque enthusiastis non demiror. Cum autem fere omnes, qui a dementibus illis in societatem criminis deducti essent, innoxii reperirentur, receptum ex eo, nudam inculpationem complicis ne ad purgatorium quidem grauare.

Accen-

Accenduntur praeterea facinorosi haud raro incredibili erga innocentes odio, interdum etiam, vt in furto accidit, inde veniam sperant, et nescio quod solamen putant socios habuisse malorum. Hanc ob causam inculpatio socii nihil fere ponderis habet; si nuda sit; At vero si sub tortura fiat, legitimum est indicium, dummodo nihil suggeratur. *C. C. C. art. 31.*

Nominauerat grauida iuuenem quendam Sempronium ventris aucto- 2
rem. Hic cum stuprum strenue negasset, illa vero amoris in plane alium, nempe maritatum, suspecta esset, imperitus iudex stupratae purgatorium dictauerat tale: **Daß sie mit verehlichten Manspersonen oder nahen Anverwanten Ehebruch oder Blutschande nicht getrieben, sondern ihr Vorwand: daß sie Sempronius geschwängert habe, der Wahrheit gemäs sey?** Debuisset quidem ab hac suggestione, quae ipsum adeo nomen complicis continebat, in hac spirituali tortura iudex abstinere, nec enim criminosi ad tale iusiurandum, quo quasi testimonium in complices dicunt, admittendi. Sed fecerat iudex, atque illa iurauerat. Quaerebatur, an Sempronius deli- 3
ctum negans plane absoluendus sit? Inclinabam tunc, nescio quare? praeter consuetudinem meam, in duriorem sententiam, quia haec non nuda inculpatio videbatur, vtpote iureiurando, quae spiritualis tortura appellatur, firmata esset. Nunc vero re rectius perpensa, quoniam articulus 31 Constitutionis Carolinae, in qua sedes huius materiae, suggestiones penitus improbat, absoluendum reum duco, vt tamen expensas soluat. *Vide Obs. CCCXXX. num. 9. seq. et Obs. CCCCXXX.* Neque est haec nostra Obseruatio superiori CCCCLXIII. contraria, vt primo intuitu videri possit, sed vtraque perlecta diuersitatis ratio facile apparebit. Caeterum caueant sibi iudicantes, ne in dictando purgatorio socium criminis nominatim suggerant, nisi vbi hoc in delictis carnis aut aliis facti transeuntis certitudinem corporis delicti necessarium est. Tunc quidem purgatorium complicis nomen continere debet, sed vt diximus tale iusiurandum complicem suspectum non reddit.

OBSERVATIO DLXXXIV.

*De Pignoratione et Custodia animalium pauperiem facientium generatim *).*

*) En epitomen dissertationis, quam sub meo Praesidio vir doctissimus, *Ioh. Godofr. Schubartus* anno 1774 habuit. Is non nomine et titulo, sed verus disser-

Pignoratio inducit Litispendentiam.

Super agrum incultum vehere non licet.

Domino colonis ſuis propter cenſum non praeſtitum pignora ſine iudice auferre non debet.

Differentia inter **Pfand Schilling** *et* **Standgeld.**

1 Pignorationem hanc et cuſtodiam animalium, quae ſpeciem *Arreſti* habet, haud ex iure Romano deſcendere, ſatis indicat *Lex 39. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Sic enim in ea ſcribit POMPONIUS: *Quamuis alienum pecus in agro ſuo quis deprehendiſſet, ſic illud expellere debet, quomodo, ſi ſuum deprehendiſſet, quoniam ſi quid ex ea re damnum cepit, habet proprias actiones. Itaque qui pecus alienum in agro ſuo deprehenderit, non iure id includit, nec agere illud aliter debet, quam quaſi ſuum. Sed vel abigere debet ſine damno, vel admonere dominum, vt ſuum recipiat.* Immo puniebatur pignora capiens. *Nouel. 52. cap. 1.* Iure Romano igitur pignoratio prohibita, niſi forte is, qui damnum patitur, alia ratione reſtitutionem eius conſequi non poſſit e. g. ſi dominum pecoris, quod damnum dedit, ignoret, vel ſi is de fuga ſuſpectus, aut in aliam remotiorem prouinciam, in quam perſecutio difficilis, abire paratus ſit. Quia enim his caſibus homines etiam includere permiſſum, *l. 25. ad L. Iul. de Adult.* magis id in pecoribus licebit, quae ſunt LEYSERI verba non Romano, ſed iuri naturali conuenientia, ſecundum quod, ſi auxilium Magiſtratus aut deficit, aut non ſufficit, iura, quae omnibus ad defenſionem ſuam, rerumque ſuarum dedit natura, redeunt et quaſi reuiuiſcunt.

2 Vera ergo pignorationum origo in legibus Germanicis quaerenda, ex quo paucula tantummodo loca adduxiſſe ſufficiet. Nempe ex LL. Wiſigoth. *Legem 8. tit. 3. lib. 13.* porro LL. Alemannorum *l. 2. tit. 74.* Leges Langobardorum *lib. 1 tit. 23. l. 1. et 5.* Vtile in primis hoc pignorationis remedium illis turbulentis Diffidationum temporibus, in quibus cuique, ſibi ipſi armis ius dicere licebat.
3 Nam inter varios violentiae atque proprii auxilii modos, et hunc vſitatum quondam fuiſſe reperimus, quod creditor violenter, auſuque priuato, et plerumque citra iudicium, debitoris vel perſonam, vel fundos,

diſſertationis auctor, ſiquidem ipſi nihil, niſi pauculas pronunciandi formulas ſuppeditaui. Scripſit eam adeo ſollicite, vt nulla ratione dubitem, eius ſententias meas facere, quibusdam hinc inde additis aut immutatis.

dos, vel res mobiles, vt illarum distractione suum posset consequi, inuaderet. Haec fuit species pignorationis, cuius multa exempla proposuit DATTIVS de *Pace Imper. Publ. c. XVI. No. 95.* Nota praeter haec Speculi Saxonici sanctionem *lib. II. Art. 47.* Wer sein Vieh auf eines andern Mannes Korn treibet, oder auf sein Gras, der sol ihm gelten den Schaden auf Recht, und darzu die That verbüßen mit dreyen Schillingen. Ist er aber da nicht gegenwärtig, des das Vieh ist, wenn das Vieh Schaden thut, und wird es gepfändet, den Schaden sol er gelten, ob man den Schaden zu hand beweist, nachdem ihn die Bauern schätzen. Ein jeglicher Man giebt 6 Pfennig vor jeglich sein Vieh zur Buse. Porro Artic. 28. eiusd. lib. Findet man ihn an der frischen That oder an der Statt, mag man ihn wohl aufhalten, oder pfänden für den Schaden ohne des Richters Urlaub. De animalibus autem, quorum captura difficilior, cauet Art. 40. lib. II. Fretzet ein Man seinen Nachbarn Korn ab, oder anderer ihre Saat mit Schweinen oder mit Gänsen, die man nicht pfänden mag, hetzet man sie dann mit Hunden, und beißen sie die Hunde zu tod, oder wunden sie auch, 4
man bleibt es ohne Wandel und Schaden. Iisdem legibus, inter iura Saxonica recentiora respondet *Const. Elect. 27. Part. II.* huius sententiae: *Si pignus captum, dominusque redimere illud ac luere vsque in sequentem diem sustulit, tribus bracteatis, quorum quilibet sedecim nummis aestimetur, mulctetur. Praeterea bracteatum pignoranti soluat et damnum datum insuper resarciat, tandem domino iurisdictionis in singulas noctes, quibus pignus redemtum non fuit, tres bracteatos porrigat, vsque dum mulcta pignoris valorem exaequet.* Neque contemnenda est ratio, quam Glossa ad *Artic. 27. L. II. et art. 20. lib. III. Spec. Sax.* reddit: Ein jeder mag einem um allen Schaden pfänden, der ihm auf seinem Felde geschiehet, darum er nicht peinlich klagen mag, und dieß ist darum, daß solches allermeist von wegefertigen Leuten pfleget zu geschehen, welche man andere Wege nicht wohl möchte zu Recht bringen. Cum ideo pignoratio permissa sit, vt nos ab iniuria vindicemus 5
aut fundum nostrum a seruitute liberum vindicemus, non dubitatur etiam eum, cui ius pascendi certo tempore, certoque animalium numero, competit, si modum excedat, pignorari posse, non secus ac, qui morbosum pecus in alterius fundum, seruitute oneratum agere, aut alio, quam quod definitum est tempore, ius sibi in re aliena comparatum, exercere vellet. (*Obs. XXXIV.*)

Quaeritur hic obiter, an super agrum alterius incultum vehiculum 6
ducere liceat? Fateor quidem nihil aut sane parum damni, vehiculo per

agrum incultum acto inferri domino, nec ignoro aequitatis praeceptum, vt pati debeamus quod alteri prosit, nec nobis noceat; Accedit praeterea his argumentis auctoritas *Iuris Prou. Sax. Lib. II. Art.* 47. vbi dicitur: **Wer über ungewonnen Land fähret, es sey denn eine gehegte Wiesen, er bleibt es ohne Schaden.** Qua lege ipse BERGER *in Oecon. Iur. p.* 226. ad quaestionem affirmandam vsus est. Nec defuerunt, qui, licet dominiis rerum introductis, tamen ius quoddam ex veteri rerum communione, praesertim in innoxia ex rebus alienis percipienda vtilitate, exstare sibi fingerent; quo argumento GROTIVS *lib. 2. cap. XI. de I. B. et P.* etiam inter liberas gentes, quae singulorum hominum erga se inuicem personam induunt, transitum per alterius terram iniuste negatum vindicari posse, existimauit. Sed, quamquam haec veritatis speciem prae se ferant, summaeque videantur aequitatis, tamen, si de iure perfecto disputamus, eo me redigere nequeunt, vt vehiculum super agrum incultum agere, etiamsi sine detrimento domini fieri possit, licere mihi persuadeam. Quilibet profecto liberrimus rerum suarum moderator et arbiter omnes, quod maxime notioni dominii inest, omnes, inquam, ab earum vsu excludit, nec quisquam, vt rerum mearum vsum, nullo licet damno, alteri concedam, aut denegatae veniae rationes reddam, iure perfecto postulabit. Adest praeterea iuris Romani auctoritas, actionem iniuriarum concedentis, si quis alterius fundum sine domini voluntate introeat. *L. 5. ff. de iniur.* Quid autem Speculo Saxonico faciamus? Huius auctoritatem iam Glossa ita limitauit, vt fere nulla sit. Sic enim Glossator: **In so fern sich ein Weg darüber gebühret. Schlüge aber oder führe einer einen neuen Weg, darum möchte man ihn wohl pfänden.** GROTII autem opinio iam ab aliis, ZIEGLERO et STRAVCHIO, refutata est, proinde haec quaestio magis ad normam *Legis* 11. *C. de Seru.* quam secundum citatam legem Saxonicam decidenda erit.

7 Ergo etiam in agro inculto et requiescente pignorare licet, contra neque in cultis neque in noualibus cursum publicum capto pignore impedire. Haec tamen non eo sunt extendenda Postarum priuilegia, quasi impune agris, fundisque damnum inferre liceret, quod in *Ordinatione Post. Sax.* diserte et sub poena restitutionis vetitum est; pignorari tamen non poterit, *Ordin. Post. d. a.* 1713. §. 10. Sed absoluto demum cursu, in eo, quo tendit, loco damni dati causa cursor publicus conueniri potest.

8 Plerumque ob culpam commissionis, non culpam omissionis pignoratio permissa, ita vt regulariter iudici ob expensas non solutas, aut domi-

no

no emphyteuseos ob non solutum canonem pignoratio haud permissa, sique fecerit teste Flauio Germanico s. v. **Pfand** pronunciari solet: **Daß beklagte Gerichtsherschaft das abgepfändete Pfand Klägern ohne Entgeld auszuantworten, sowohl die erweislichen Schäden demselben zu erstatten schuldig. Wie denn auch künftighin die Unterthanen zu denen Frohndiensten nicht durch Auspfändungen, sondern durch Straf-Auflagen gebührend anzuhalten.** Quid autem dicamus de operis rusticorum domino debitis v. c. laudemio non praestito, nec non de canone, pro dominio rei vtili, domino directo exsoluendo? his praestationibus denegatis, priuatam dominis relinquendam esse pignorationem, plurimi tradiderunt. CARPZ. *P. 2. Const. 27. Def. 4.* Fateor equidem in Iure Germanico haud pauca occurrere vestigia, ex quibus appareat, dominis iurisdictione plane destitutis, aduersus eos, quos eiusmodi praestationibus adstrictos tenebant, pignoratione vti licuisse. Testimonium hac de re perhibet *Spec. Saxon. Lib. 1. Art. 54* vbi disertis verbis sancitur: **Der Herr mag wohl selbst pfänden auf seinem Guth um sein Zins oder Geld, das man ihm daran gelobet hat, ohne des Richters Urlaub.** Idem inuenies in statuto Freibergensi in HALTAVSII *Glossario Germ. p. 1469.* ita concepto: **Welcher Man Erbzins hat an einem Hause, der mag pfänden ohne Gerichte, ob er will, und die weil er alda zu pfänden findet.** Multa insuper monimenta exstant in RICCII *Spicil. Iur. Germ. p. 154.* qui in Ducatu Bremensi et Verdensi in rusticos, census, operas, aliaque onera haud praestantes, nobilibus, etsi Iurisdictione plane destituantur, pignorationem competere testatur. Praeterea ex charta, qua Otto dux Luneburgensis et Brunschwicensis a. 1296. terram, nouellae plantationis causa, inter liberos accolas distribuebat, et hoc cautum refert: *Quicunque in hac terra agros suos locauerit, si colonus tempore statuto tributum non dederit, possessor agrorum licenter et absque consensu iudicis a suo tributario sufficiens tollere potest pignus.* Plurima vero, quae hoc argumentum concernunt ex Ordinationibus prouincialibus collegit STRVBEN, in *Commentatione de iure Villicorum p. 293. §. VII.* originem huius iuris pignorandi exinde deducens, quod domini, quibus acceptam ferebant rustici et libertatem, et praedium, vnde victitabant inter alia insignia iura, quae sibi reseruare solebant manumittentes, etiam pignorandi ius noluissent dimittere. Forte etiam causam huius iuris pignorandi inueneris in consuetudine, diu in Germania vsitata, qua creditori debitoris bona priuata auctoritate occupare licebat, quam multis exemplis illustrauit DATTIVS de *Pace Imperii publica cap. XVI.* Moribus vero hodiernis, cum nulla amplius

plius

plius huic consuetudini vis, nec omnes antiquae dominicae potestatis effectus dominis seruati sunt, praecipue quatenus Ius priuata auctoritate coercendi eos, qui, licet nonnullis vinculis nobis obligati, iurisdictioni tamen non subiacent, inuoluant, (*Obs. DXX. CCCLXXXIII.*) plerisque etiam locis, huic iuri pignorandi derogatum est, quod pluribus probat STRVBEN *l. c.* Saxoniam quod attinet, merito inuestigamus, anne adhuc, si rustici operas detrectant, aut moram in canone aut laudemio soluendo committunt, eidem pignorationi priuatae locus sit? CARPZOVIVS quidem *ad Const. Elect.* 27. *P.* 2. *Def.* 4. existimat, bona rusticorum occupari et tam diu retineri posse, donec ad officium, debitamque obedientiam redeant; nec minus licere domino bona emphyteutae, moram in solutione laudemii trahentis, propria auctoritate, sine omni iudicis licentia pignorare. Mihi vero hoc pignorandi ius, hisce casibus a Carpzovio tributum, multis dubitationibus obnoxium videtur. Patet enim *ex Resolut. Grau. d. a.* 1661. *tit. Iust.* Sachen §. 36. si controuersia de operis rusticorum moueatur, ante omnia amice de lite componenda, laborandum esse. Et quamquam ibidem dominis facultatem, rusticos in operis debitis exhibendis contumaces carcere includendi, relictam legimus hic tamen coercendi modus, ad alias coactiones et ad pignorationem priuatam perperam extenditur. Nimis molesta foret rusticis, oneribus fere oppressis, haec pignoratio, maxime in re dubia, longeque a norma, in causis tractandis obseruanda, aberrat, cum nemo, inauditus et indefensus condemnandus, nec vlla lis ab executione inchoanda sit.

9 Neque enim hic copia iudicis deficit, vti deficit in iis, quibus ius, pro vsu viae, aut pontis quaedam ab aliis exigendi, legitimo modo comparatum est, quibus pignorationem non denegamus contra eos, qui praeteruehendo, aut alia ratione, clam se illis praestationibus subducere audent, cuius ratio in damno irreparabili et in difficultate conueniendi ignotos, iterque facientes posita videtur. Sic etiam respondit *F. I. Viteberg.* apud LEYSERVM *Tom.* 2. *Spec. CXI.* §. 4. his verbis: — So ist der Besizer des Hauses Bruchwiz, daferne er bishero das Bruk, und Wegegeld von den Leuten erhoben, demnach im Posses solches Juris stehet, wohl befugt, diejenigen, welche sich solches Geld ferner zu entrichten weigern, zu pfänden, und sich dadurch im Besiz zu schüzen. Potissimum scilicet Extraneorum et transeuntium temeritatem coercendi causa pignorationes introductae vt glossa ait *ad I. P. S. lib.* 3. *art.* 20. *et lib.* 2. *art.* 27. Solches aber sollt

du

vernehmen, daß darum ein Bauer den andern bald pfänden möge. Denn
ein Feldbauer mag den andern in demselbigen Gerichte also nicht pfän-
den, wie aus dem abzunehmen ist, daß er spricht: **Auf daß er Rechts
damit bekomme,** welches er denn allezeit an seinen Nachbaren kan be-
kommen. Intercedit haec quoque cum arresto communi similitudo, vt
in hoc pariter ac in illo non arrestentur bona, nisi vagabundi aut de fuga
suspecti, vel si turbans extraneus sit.

De caetero autem cauendum ne in nimiam ruat licentiam pignora- 10
tio, quamobrem hoc inprimis requiritur, vt animal quod nocuit, nec
aliud innocens capiatur; quod quidem non ita accipiendum, quasi
necesse esset, vt ipsa res, ipsum animal, quod proxima et immediata damni
dati causa exstitit, pignoretur: arbitrio enim pignorantis relinquendum
est, quid pecorum, aut rerum, in re sua inuentarum, an securim, aut ve-
hiculum pignoris loco retinere velit: nec onus refundendi pabuli
excutere poterit pignoratus, excipiens, pignorantem pro equo, aut bove,
aliam rem, alimentis non indigentem, commode apprehendere potuisse.
Sed aliud animal, extra fundum, vbi damnum euenit, repertum, quam-
uis eiusdem sit domini, huius loco pignorare non licebit. Dissen-
tiunt quidem, et in contrariam abeunt sententiam STRYKIVS *Vsu
Mod. ad tit. Si quadr.* nec non THOMAE *de Nox. Animal. cap.* 11
24. No. 10. putantes, animalia in suo fundo deprehensa, sed in alium fun-
dum fugientia persequi et capere licere. Mihi vero haec opinio, nec le-
gum auctoritate, nec argumentorum grauitate suffulta, non sat firmis funda-
mentis stare videtur. Multos profecto nobiscum facturos spero, qui Le-
ges Saxoniensis de pignorationibus latas inspicere non grauabuntur. Sic
enim *Lib. 2. Art. XL. Spec. Sax.* legimus: —— und werden des Mannes
Pferd oder Wagen verkümmert in der **handhaften That** *et Art. XXVIII.
eiusd. lib.* findet man ihn, aber **auf der frischen That, oder an der
Stat,** mag man ihn wohl aufhalten, oder pfänden, ohne des Richters
Urlaub. Quid enim, si persequar animal, et dominus me, suum fundum
ingredientem, deprehendat? Nonne ipse tunc ego ab illo capiar? Nonne
eadem, me ipsum redarguet culpa? LEYSER *Medit. ad ff. Tom. IX. Spec.
DXCV. §. 8.* Animal ergo fugiens non possum persequi, ac apprehende-
re in alieno fundo. *Argum. Art. XLVII. lib. 2. Spec. Sax.*

12 Denique caueat pignorans, ne rem captam, ira correptus perdat, aut laedat. Multifarie hanc regulam offendunt rustici, quibus nihil facilius, quam a verbis transire ad verbera; at et nihil perniciosius, nec enim iudex ad pignus laesum recipiendum tenebitur, nec pignorans refusionem damni et, pro qualitate laesionis, animaduersionem euitabit. Videatur RICCIVS *in Spicil. Iur. Germ. p. 664.* cuius haec verba: *Si canes in porcos, anseres, in fundo existentes irruerint, eosdemque extra fundum aufugientes sponte et absque vlteriori concitatione fuerint persecuti, dominus fundi, interfectis iis, excusandus erit; Quodsi autem canes post intermissam persecutionem, instigante domino, anseres et porcos, iam fundo expulsos, impetiuerint, eosque momorderint, dominum non excusamus.* Itaque monemus pignorantes, ne animalia capta laedant aut interficiant. *Rhaps. Obs. CCLVI.* cuius licentiae iam olim obices posuere *LL. Wisigothorum Lex. 17. tit. 3. lib. 8. LL. Baiuuar. cap. 12. tit. 13. L. Salic. l. 7. tit. 10. LL. Alaman. lib. 2. tit. 98.* Exinde facile colligitur, vitiosam esse pignorationem, qua res innocens, extra fundum, vbi damnum datum, quamuis eiusdem domini, pro nocente, capta; aut quae non in re praesenti instituta est. Sic iam inter WISIGOTHOS moris fuisse docent horum Leges *lib. 16. tit. 3. Si iumenta aut pecora de frugibus, priusquam expellantur, exierint, ea non licet comprehendere, quia vtrum ipsa damnum fecerint? nescitur.*

13 Nec plus iusto, v. c. totum iumentorum gregem, pro damno dato, capere licet. Frequens hoc est pignorationis vitium, ipsi pignoranti valde molestum, nam non solum ea, quae iustum numerum excedunt capita, pignorato gratis et sine mora reddere debet, sed etiam ad rationes de fructibus perceptis et percipiendis reddendas, et ad resarciendum ex immoderata pignoratione damnum condemnabitur formula tali, quam Flauius Germanicus exhibet: Dieweil 2 Pferde, da es an einem hätte bewenden können, gepfändet worden, mithin ein Excessus in pignorando vorgefallen, so ist das eine Pferd unentgeldlich dem Eigenthümer auszuliefern, und selbigem die eingebüßte Nuzung dieses Pferdes, oder andere dadurch zugezogene Schäden zu vergüten, dahingegen das andere Pferd, so lange bis der Eigenthümer das verfallene Pfand-Stand- und Futtergeld abgestattet, in gerichtlicher Verwahrung zu behalten, immasen auch besagter Eigenthümer die am Felde oder sonst zugezogenen erweislichen Schäden dem Guths Besizer zu erstatten schuldig.

Iam

Iam dicemus de Oblatione iudiciali. Olim quidem iudicialis pignoris oblatio non erat necessaria, sed priuatim pignus retinebatur, donec de damno dato satisfactum esset. *LL. Wisigothorum L. 13. tit. 3. lib. 8. in LL. Langob. lib. 5. tit. 23. lib. 1. LL. Baiuuar c. 12. tit. 13. LL. Burgund tit. 49. L. Wisigoth. l. 15. tit. 3. lib. 8.* Sed tunc demum iudicialem traditionem exegerunt, si pecoris dominus ignoraretur aut contumax esset. *LL. Longob. lib. 1. tit. 23. lib. 1. LL. Wisigoth. lib. 4. tit. 4. et lib. 15. tit. 3. lib. 8. J. P. S. lib. 3. art. 20.* ibi: **Er mag auch wohl pfänden auf seinem Lande, den der es ahret, ohne des Richters Urlaub, durch daß er Rechtens damit bekomme.** Nostris vero moribus priuatae huic auctoritati detractum *I. P. Alem. cap. 225. Constit. Elect. 7. P. 2.* Vbi ita scriptum: **Es sol aber mit der Pfändung gebührlich und wie Landes gebräuchlich gebühret, und die Pfänder in das Gericht, darinnen der Grund gelegen, überantwortet und, da sie daselbst nicht angenommen, in das nächste Amt dabey geredet und eingestellet werden.** Itaque pignorans captum animal, vel detractum turbatori pileum, aut qualecunque demum pignus sit, statim iudici custodiendum offerat. Id tamen cum aliquo temperamento accipiendum, quoniam hoc *statim*, vt omnia puncta moralia, aliquam latitudinem recipit. Ergo si pignorans pecus antea in suum stabulum duxerit, scultetum exquirendi aut peritiores consulendi causa, impune erit, aut si iudicis non sit copia, aut sera nocte quis pignus ceperit, vituperio omni pignorans carebit, etiamsi pecus in priuato stabulo pernoctauerit. Iudex autem adeundus competens, in quo pignoratio iterum similis est Arresto, vbi in bonis immobilibus impetrandum est arrestum a iudice, vbi sunt sita. Hanc iudicialem oblationem, quam poscit *Constitutio Elect. VII. P. II.* qui negligit, pessime sibi consuluisse postea sentiet; cum enim pignus illegitimo modo retineat, adeoque in perpetua mora sit restituendi, omnem ferat casum necesse est. Deinde, pignorato apud iudicem conquerente, statim amittit insigne illud retentionis beneficium, quod alias, pignore iudici competendi tradito, ad indemnitatem eo facilius consequendam, competit. Praeterea simul cum pignore, sine mora et cum omni causa restituendo, etiam damnum refundere debet, quod, vsu rei suae inique ab altero intercepto, sentit pignoratus. Vtrumque vero magna sint incommoda, magna pericula, magnae molestiae, quae priuatam adeoque iniustam pignoris inclusionem sequuntur, damni tamen restitutionem a pignorato petendam non excludunt. Non enim actione de damno dato cui et neglecta plane pignoratione erit locus, sed tantum iure retentionis ad indemnitatem praestandam, iniuste excidit. LEYSER. *Medit. ad ff.* BERG. *Oecon.*

Iur. p. 201. nom. 8. Quid ipse princeps suos ministros huic legi subiicit in der General Bestallung vor die Forstbediente d. a. 1575. Sie sollen alle Pfänder, in unsere Aemter, dahin sie gehören, antworten, keine über Nacht behalten. Eadem fere repetita inuenies in *Resol. Grau.* in Forst- und Holzsachen d. a. 1697. §. 32. Die Ober- und Unterförster, auch reitende und Fußknechte sollen auf die Holzdeuben ein absonderliches genaues Aufsehen tragen, und die Pfänder zu rechter Zeit in die Aemter zur Bestrafung einschiken. Liberum autem pignoranti non est, cuinam iudici pignus exhibere velit, sed necesse est, vt pignus ad eum deferatur iudicem, cuius iurisdictioni fundus, vbi pignus captum, subiacet. Quod si, vt non raro accidit, in vno eodemque loco alteri superior alteri inferior competat iurisdictio, inferiori pignus tradendum: *Ord. Prouinc. d. a. 1550.* De hac vero quaestione, an iudici in proprio suo fundo pignoranti res captas retinere liceat, nihil in dicta Constitutione definitum quidem, attamen non dubitandum est, quin nobilis animalia, in proprio suo fundo pignorata, suo patrimoniali iudicio recte offerat; est enim hoc singulare in Germania priuilegium, vt ipse dominus coram proprio iudicio cum subditis et omnibus, quorum ob delicti vel contractus forum aut rei sitae iudex est, litigare possit.

15 Vnde nulla ratione dubito, quin legitima pignoratio Litis pendentiam inducat, secundum ea, quae BERGER tradit *Oecon. Iur. lib. 4. tit. 4. thes. 2. Num. 8.* Certe vbi acceptum est semel iudicium, sibi et finem accipere debet. *L. 30. ff. de iudic.* Habet hoc itidem commune pignoratio cum Arresto communi. Nam et per Arrestum litis pendentia inducitur MEVIVS *de Arrest. cap. 15. §. 24 et 26.* WERNHER *P. 3. Obs. LXII. et CIC.* STRVV. *Iur. lib. 4. tit. 5. §. 10.* Vt autem omnem suspicionem a se remoueat patrimonialis iudex pignorans, argumento ex *Ord. Process. Recog. ad tit 2. §. 3.* ducto, a decernendo abstinebit, immo potius acta dicasterio committat. CARPZ. *Const. 7. D. 1. No. 4.* THOM. *de Noxa animal. cap. 24 No. 21.* BERGER *Oecon. Iur. lib. 2. tit. 2. thes. 26.*

16 Caeterum, et de eo subinde quaeritur, an sculteto, aut scabinis pignus tradi possit? quod ex iis, quae ad BERGERI *Oecon. Iur.* nouissime addidit WINCKLER *lib. 2. tit. 2. th. 26.* affirmandum erit, quia sculteti, tanquam ministri eorum, quibus iurisdictio in loco est, de tradito pignore ad iudicem, praecipue si in loco non sit, referre debent. Falluntur enim, qui nullam in sculteis vmbram iurisdictionis residere et meros iudicis ministros

17 esse arbitrantur (*Obseru. CLXVII.*) Quid quod, iudex rei sitae, cui pignora capta tradita sunt, a Iudice domicilii recte petit, ut reum ad se remittat, quia

libertas

nemo eos venire ac emere cogebat. Ergo si vnus alterum, qui non tenebatur venire, detinuit, quaenam quaeso improbitas? Si rem merae facultatis pro quinque aureis ille dimisit, quis ei propterea iure succenseat. Nempe hoc ius eundi ad hastam et licitandi cuilibet ex populo competens cessit quasi aut potius ei renunciauit pro quinque aureis, quales cessiones et renunciationes iurium in fauorem tertii improbari vix possunt, licet aliis fortasse sint damnosae, vtque alienam hereditatem, cognatorum damno, prohibitum non est blanditiis adquirere et demulcire testaturum, aut etiam puteum fodere, licet venae et scaturigines vicini putei hoc facto exarescant, quia, qui suo iure vtitur, nemini facit iniuriam, ita pariter forsitan licebit lucrum curatori intervertere. Finge nihil datum, nec 5. aureos promissos esse, si ergo familiaris sui amicitiae aut precibus, blanditiisque hoc dederit alter et vltro destiterit, an actio curatoris bonorum tenebit? Adde insuper verum damnum non esse, quod creditores patiuntur, sed lucrum tantummodo cessans. Magna vero inter vtrumque differentia, quia lucrum cessans multo minus malum est, quam verum damnum. (*Obs. DXXII.*) Esto denique hanc licitatoris vnius preces, qui alterum ab emendo remouit, fraudis nomine insigniri posse, fraus illa mihi initio videbatur prudentia potius esse et industria quaedam aeque licita, quam omnes reliquae in Iurisprudentia Cauente obuenientes, si quidem haec cauens iurisprudentia tota versatur in consiliis et cautionibus proditis et excogitatis ad id, vt commoditates quaerantur et contractus nobis eueniant, quam maxime fieri potest, proficui. Anne curator bonorum ius perfectum habebat exigendi, ne quis licitatores auertat? Nullo modo, iura autem inperfecta et obligationes imperfectas in foro fere omnes negligimus. Praeterea cum in *L. 16. §. 4. ff. de minor.* dicatur: in emtione et venditione naturaliter licere contrahentibus se circumuenire et, quod pluris est minoris emere *L. 22. §. 3. ff. locat.* quia ementium fere omnium non alia voluntas, quam vilissimo pretio venum expositas merces sibi comparare, nec hoc vllo modo vituperabile haberi, inclinabam quidem in id, vt cautionem hanc et prouidentiam, non fraudem existimarem.

Attamen aliter visum Facultati Iuridicae Lipsiensi, quae, quia cum licitum non est, lucrum quaerere cum alterius damno *L. 24. §. fin. ff. de damn. infect.* atque omnis machinatio et calliditas ad deripiendum et circumueniendum alterum dolus appellatur, verum dolum et fraudem adesse putauit, qui nemini patrocinetur. Ergo dolus adesse visum fuit collegio,

nec talis tamen, qui caufam contractui dedit, fed incidens folum. Etenim creditores iam antea vendere conftituerant, antequam hi duo licitatores contractum inirent. Eft autem difcrimen tale, vt fi dolus contractui caufam dederit, negotium fit ipfo iure nullum *L. 7. pr. ff. de dol. mal.* contra autem fi tantum inciderit, venditio quidem fubfiftat, fed actio deceptis detur ad id, quod intereft. *L. 13. §. 4. et 5. ff. de act. emt. L. 7. pr. et §. 3. L. 9 ff. de dol. mal.* Dico igitur fubhaftationem in noftro cafu fubfiftere, non folum propter haftae fanctitatem et fidei publicae auctoritatem, de qua fuperius diximus, verum etiam propterea, quod in dolo incidente tantum laefis competit, falua venditione, laefionis reparatio. Nam reftitutio in integrum parum proderit, quoniam haec haftae publicae plane denegatur, vt fupra copiofius dictum fuit.

OBSERVATIO DLXXXVII.

In refcripto principis, quo v. c. appellatio reiicitur, omiffa mentio expenfarum tacitam earum compenfationem non involuit.

1 Si in prolata a dicafteriis fententia fportularum reftitutio nulli partium iniuncta, fed filentio fit praeterita, expenfae putantur tacite effe compenfatae. Nec tamen hoc de Interlocutoriis, fed Definitiuis et iis, quae interpofito remedio feruntur, intelligas. Nam in Interlocutoriis fi praeteritae fuerint expenfae, tamen lite finita a victore peti poffunt. Item interlocutiones in criminalibus nunquam expenfarum mentionem differte faciunt, fed in formula: worauf feiner Beftrafung halber und fonft ferner ergehet was Recht ift, verba und fonft expenfas indigitant, quod indicio eft, interlocutorias neque addicere expenfas, neque ab iis liberare. Similiter in Refcriptis Principum rarius de expenfis quid ftatuitur, fed quaeftionem plerumque incidentem remouent, vt interlocutoriae fimiliora fint Refcripta, quam definitiuae. Vnde generaliter receptum: Refcripta nec compenfare tacite nec addicere expenfas, nifi alterutrum nominatim exprimatur.

2 Non poffum hoc melius probare, quam verbis beati Patris in libello *de Arte Referendi Sect. 2. Cap. 7. §. 107.* vbi ita ait: Ob, wenn in Refcriptis die Unkoften übergangen worden, dieselben auch pro tacite compenfatis

tis zu achten? wird von einigen bejahet, von andern verneinet. Welcher lezterer Meynung allerdings gegründet, immasen in Rescriptis derer Unkosten niemals oder selten gedacht, und nur die Sache selbst darinnen entschieden wird, mithin wenn gleich die Expensen vom Principe übergangen, dennoch dieselben, befundenen Umständen nach, einem oder dem andern zugetheilet werden können.

Hac in opinione ad hunc vsque diem Facultas Iuridica Lipsiensis strenue perseuerat. Vnde si in Constitutione Liquidi de sumtibus totius litis restituendis agitur, par est, vt friuolarum appellationum auctores expensas ferant, etiamsi simpliciter h. e. nulla facta expensarum mentione, reiectae fuerint. Attamen quae *pro Communicatione et Refutatione apostolorum* liquidatae, tanquam otiosae et superfluae expunguntur.

OBSERVATIO DLXXXVIII.

De vera Nobilitatis inferioris origine, contra opinionem communem.

Intercessit mihi cum Halensi quodam professore obscuri nominis de origine nobilium quaedam controuersia. Ille nempe haustam a suis magistris communem opinionem memoriter cum teneret, nec praeter hos alium sapere putaret, aegre ferebat nouam defendi. In praesenti non tangam eius contra me depromta argumenta, a me satis refutata in Samlung einiger ausgesuchten Stüke der Gesellschaft der freyen Künste zu Leipzig, *L. 1755. 8vo.* sed potius, quae de ipsa nobilium origine, sentiam. Nempe *eos a Militibus, non ab Ingenuis descendere* expediam breuiter, atque his supplebo quae iam supra in *Obseru. DIII.* de ea re indigitaui; cum qua etiam *Obs. DLXII.* iungi debet. 1

Primo quod generatim hominum diuisionem in veteri Germania attinet, notum est vnicuique vel leuiter doctrina iuris germanici imbuto, alios *Adalingos*, alios *Frilingos*, alios *Lassos* fuisse. Hoc innumeris scriptorum veterum et legum auctoritatibus confirmatur, quae cum in cunctis germanici aut publici iuris compendiis inueniantur, nolo transcribere, vt et chartae et tempori parcam. Vnum solum probatissimi NITHARDI testimonium in libro quarto de dissensione filiorum Ludouici Pii laudare placet: 2

cet: *Sunt inter illos, qui EDHILINGI, ſunt qui FRILINGI, ſunt qui LAZZI illorum lingua dicuntur; Latina vero lingua ſunt Nobiles, Inge-*
3 *nuiles atque Seruiles.* In hoc NITHARDI dicto, cum neque militum, neque burgariorum mentio fiat, oritur illa difficillima quaeſtio, vtrum milites ſeu, vt ſe nunc appellant, equites ad Adalingos quondam, an vero ad Ingenuos relati fuerint? Deinde altera: vbinam in his verbis ciuium ſeu burgariorum ordo lateat? Conſueta ad haec doctiſſimorum hominum reſponſio: *Nobilium* nomine duces, comites atque dynaſtas ſignificari, *Ingenuos* autem eſſe, quos hodie inferioris nobilitatis homines ſolemus appellare, denique vrbanam in burgis togam a *Laſſis* deſcendere.

4 Nos autem nobiles inferiores ſiue equites noſtros ab Ingenuis illis non deſcendere oſtendamus. Neque enim illi veteres Germaniae liberi ſiue ingenui homines, qui etiam Freye Landſaſſen dicti ſunt, eius dignationis fuiſſe videntur, vt cum equitibus et miniſterialibus ſiue, quod idem eſt, cum noſtris hodiernis nobilibus comparari poſſint. Nouis igitur quibusdam argumentis, ab immemoriali tempore milites ſeu cauallarios non quidem dictos fuiſſe nobiles, attamen ſeparatum ab Ingenuis, (qui ex mea ſententia plebeii fuerunt) et diſtinctum ordinem tenuiſſe, ſiue, quod eodem redit, intermedium genus hominum fuiſſe inter nobiles et ingenuos, declarabo.

5 Antequam vero thema ordior, dicam prius, quae primaria opinionis ab omnibus receptae, ſed falſae, origo ſit, quae erroris cauſa? ſiue, vt clarius dicam, rationes, quare milites ſeu equites ad nobilitatem apud veteres referre docti homines dubitauerint, expediam. Turbauit ſcilicet doctiſſimos caeteroquin viros, quod in donationum, emtionumque vetuſtis litteris et diplomatibus aliis, nobiles viri ſe ipſos tantum LIBEROS nomi-
6 nauerunt et ita ſubſcripſerunt. Non negamus, eſſe loca, in quibus ob verbi ambiguitatem et inconſtantiam interdum ipſi comites dynaſtaeque appellentur liberi, ſed tunc alium huius verbi ſenſum eſſe contendimus. Vidit iam hoc COCCEII ita aiens: *Neque vero* Freye *hic dicuntur, vt in principio inſtitutionum Liberi et ſerui. Ibi enim de libertate priuata agitur, hic de publica;* deinde etiam ipſe WACHTER qui in Gloſſario ita ſcribit: Frey *plures habet ſignificatus a Lexicographis male digeſtos; mihi vt ſingulos excutiam non vacat.* Vt verbo dicam: LIBERI ſecundum ius publicum opponuntur feodatariis et miniſterialibus, ſecundum ius priuatum autem, liberi opponuntur ſeruis. Itaque dynaſtae ſiue barones, qui

praedia

praedia ab omni nexu beneficiario libera possidebant, vt significarent, se nullius vasallos, sed ab omni subiectionis et fidelitatis vinculo immunes esse, se *liberos* vocari libenter passi sunt; non, vt significaretur, ipsos seruos non esse, sed vt a ministerialibus et militibus aliqua nota distinguerentur. Alii ergo Liberi, alii Ingenui, quamquam ob vocis vtriusque affinitatem 7
interdum etiam Liberi qui proprie sunt, ingenui dicantur. Rarius tamen hoc accidit; plerumque enim nobiles *Liberi*, plebeii *Ingenui* dicuntur. Vt, quinam in iuris publici sensu liberi fuerint, plenius intelligas, adscribam veteris ICti, PETRI DE ANDLO *), dictum: *Semper baro is esse fertur, qui a nullo feudum habet, sed alii ab ipso; adeoque LIBER est, vt nulli ad fidelitatis adstringatur iuramentum.* Liberi ergo sunt in iuris publici significatu, qui nullius vasalli aut ministeriales sunt, qualis Baro de Krekingen fuit, *qui*, referente FELICE MALLEOLO in libro de nobilitate, *cum Imperator Fridericus I. eius oppidum Tungen perambularet, immobiliter in sede collocatus, studiose noluit assurgere, sed tantum capellum suum mouendo curialitatis quandam reuerentiam nisus ostendere, et, dum imperator perquireret, quisnam esset talis, qui, taliter prope viam situatus, suae maiestati debitam venerationem non exhiberet, responsum dare, quia idem Baro tam in bonis, rebus, possessionibus, quam corpore tam verus Liber esset, quod ne dum ab Imperatore, nec alio quocunque principe, vsum seu beneficium rei feudalis perciperet aut possideret.* Narrat MONACHVS WEINGARTENSIS in historia de Welphis: Ethiconem incredibili modo contristatum esse, postquam filium suum Henricum, homagium Imperatori praestitisse, et in beneficium quatuor millia mansuum in superioribus partibus Bauariae ab eo suscepisse, comperuisset. *Quod cum pater eius*, inquit, *percepisset, iratus Nobilitatem suam ac Libertatem minus esse declinatam, vltra quam credi possit, consternatus animo, dolorem suum omnibus suis charis exposuit.* Porro BRVNO **) vetus auctor: *Fridericum de Monte, qui inter* Liberos Homines *vel* Nobiles *eximius habebatur, famulum suum esse Rex asseruit.* En in hoc verbi ambignitate causam, quamobrem KOPPIVS caeterique, qui de nobilium origine libros 8
conscripserunt, ab Ingenuis nostros nobiles deriuandos existimarent. Verum non solum in eo peccatum est, quod liberos ab ingenuis, siue libertatem iuris publici a libertate iuris priuati, non satis distinxerunt, sed etiam, qui longe est grauior lapsus, hoc ipsum, quod milites putarunt liberos dictos

*) Apud SCHILTER. Com. ad I. F. A. ad cap. 1. §. 16.

**) Bruno de bello saxonico apud Freher. Tom. I. Rer. Germ. p. 179. edit. nou.

9 ctos esse, longe falsissimum est. Scribit KOPPIVS *) qui nunc inferiores dicantur nobiles siue milites, pristinis temporibus *Liberos* fuisse appellatos. O vero rem nullo tempore exauditam! Comites, Barones et ipsos etiam Duces scio quidem liberos dictos fuisse, sed, qui exemplum mihi protulerit vnicum, vbi merus miles, qui baro vel comes simul non fuerit, liber appelletur, is Apolline mihi maior erit. Liberos famulos quidem freye Dienstboden et freye Knechte eos dictos nouimus, sed secundum ius publicum simpliciter *liber* nemo vnquam appellatus, nisi qui nullius vasallus vel ministerialis esset. Sunt enim, vt ex superioribus intelligitur, haec contraria, Liber et Vasallus. Nimius hic honos et nunquam militibus tri-
10 obutus. Scire enim debuisset KOPPIVS caeterique, milites ad summum non aliter, nisi *mediocriter liberos*, Halbfreye, Mittelfreye appellari, secundum ea, quae in *I. F. A. cap. 1.* scripta sunt. Dez ersten sullen wir mercke, daz die Kunige havent gesetzt siben herschilt; der furt der Kunig den ersten, die Pfaffen fursten den andern, die Layen Fürsten den dritten, die Frien Herren (Comites et Barones) den virten, die Mitlern Frien (Milites) den Funfften, die Dinstman (Ministeriales) den Sechsten; die semper Lute den Sibenden. Quidquid hic in suo commentario SCHILTER fingat, mihi tamen nunquam eripiet opinionem, hos *mediocriter nobiles*, non barones sed milites esse, hoc est, inferioris nobilitatis nostrae progenitores. Confirmant enim nostram sententiam, quae Ius Alemannicum Prouinciale habet: Hie soll man mercken dreyerley Freye leute, welche recht die haben. Es heisen eins semper Freyen, das sint die Freyen herren als Fürsten, und die andere Freyen zu man haben. Das ander sint Mittelfreyen, das sint die, die der hohen Freyen mann sind (i. e. milites) Das dritt sind die Freygebohren sind, die heysen frey Landsessen, (Ingenui). Item HVNDIVS *in Glossario* **): Es seynd dreyerley Freyen. Semper Freyen wie Limburg —— — Die andern waren Mittelfreyen, so aus Dienstleuten und edlen Knechten bestunden: Die dritten die Frey-
11 Bürger und freyen Landsassen. Ex his clarissime cognoscitur, Mediocriter Liberos non alios esse, nisi Milites. Caue igitur ne illos, qui quondam freye Landsassen dicebantur, nostrorum hodiernorum nobilium parentes existi-

*) Koppius de insigni differentia inter Comites et nobiles edit. secunda p. 37. et 47.

**) Apud Leibnit. Collectan. Etymolog. p. 214.

existimes. Nam meri de plebe homines his verbis indigitantur, h. e. ii, qui quamquam ruri habitarent, tamen neque serui neque etiam milites essent. Quid potest clarius esse his speculi Saxonici verbis *): Der eigene Mann, den man vri let, der beheldet vrier lantsezen recht, h. e. homo proprius, qui manu mittitur, fit ein freyer Landsasse. An haec in milites quadrant? Durum profecto, ex Landsasliis hisce ingenuis hodiernos nobiles fabricari. Habebant enim Ingenui maiorem cum rusticis, quam cum nobilibus similitudinem. *I. P. S. art. 45. lib. 3.* Andere freye lute sint Lantsezzen geheizen, —— Denen giebt man ouch 15 Schillinge zu buße, und 10 phunt ist ir wergelt. At nobilibus emenda soluebatur 30 Schillingorum. Nonne capis differentiam? Secundum ius priuatum etiam burgarii 12
liberi dicti sunt, secundum ius publicum autem ne milites quidem, sed hoc titulo solum hi, qui ab omni nexu siue ministeriali siue feodali immunes, praedia iure optimo maximo, absque vllo siue censu siue seruitio possidebant, exornati sunt. Si autem ius priuatum respicias, etiam plebs infima ciuium libera fuit. Alia ergo ciuilis, alia feodalis siue iuris publici libertas. Distinctio haec fundata in libro primo *I. P. S. art. 65* Wirt ein man, sines genozen man, sine geburt noch sin lantrecht en hat he damite nicht gekrenket. Sinen herschilt hat er aber genidert. Plane vt apud Romanos filii familias, conuersa ratione, intuitu iuris publici liberae personae et ciues erant, intuitu iuris priuati autem seruorum instar habebantur, ita milites et ministeriales intuitu iuris priuati erant liberi, intuitu iuris publici serui, ergo vtrumque vt etiam ipsorum titulus significat, freye Knechte. Haec verbi LIBERI ambiguitas, cum illud duplici sensu et diuerse in legibus et scriptis medii aeui adhibeatur, dici non potest, quantas difficultates confusionesque pepererit.

Nunc autem ad locum NITHARDI reuertens, *Ingenui*, quos ille 13
commemorat, vt statim quae sentio dicam, non nobilitatis, quam inferiorem dicunt, progenitores, sed tales plane mihi fuisse videntur, quos hodie plebeios atque ignobiles appellamus. Depinguntur enim a veteribus scriptoribus eo modo, vt in nulla re nobilibus inferioribus comparari possint. Etenim illi *Ingenui* pauperes dicuntur et humile vulgus **), atque, si ditiores essent, tres circiter aut quatuor mansos, multi ne vnum quidem possidebant

*) I. P. S. lib. 1. art. 16.

**) LL. Wisigothorum lib. 2. tit. 3. cap. 4. Günther in Ligurino.

debant *). At nobiles hodierni, plerique ſaltim, et milites medii aeui
14 ampliſſimas et a ſeruis inhabitatas villas tenuerunt. Velim itaque ſcire, quibus artibus, qua fortuna, quo fato, hi exigui agelli Ingenuorum in tam magna praedia ac pagos nobiles excreuerint? Quid? Ingenuos hos ipſos, quos doctores militum atque nobilium inferiorum parentes putant, *plebem* vocat IVLIVS CAESAR **) contra vero eodem loco, qui admodum memorabilis eſt, equites *nobilibus* annumerat. Nouimus autem inter Gallos atque Germanos maximam morum atque inſtitutorum conuenientiam eſſe, vt, niſi graues cauſae prohibeant, ab his vicinis tuto poſſimus ad noſtros maiores argumentari. Iulius CAESAR itaque, vt dixi, equites ſiue eos, qui ſtipendia merent ex feodis ſibi conceſſis, appellat nobiles, ingenuos autem *plebem*. Quaeſo *Litteras Ingenuitatis* toties in medio aeuo obuenientes in linguam Germanicam mihi transuerte! Euge, inſtitue hoc, transfer! Quomodo? An Litteras Ingenuitatis Adelbriefe dices? Dii vero melius! ſunt enim, vt et dicebantur, Lasbriefe, litterae, in quibus ſerui et Laſſi libertatem conſequebantur, i. e. *Ingenuitatis litterae*, quales dici non potuiſſent, ſi Ingenuitas nobilitatem deſignaret.

15 Non itaque videntur noſtri nobiles ab ingenuis proceſſiſſe, quod etiam, ex WIPPONIS loco probamus, qui in vita Conradi Salici ſollicite et accurate ab ingenuis milites ſecernit: *Omnes epiſcopi*, inquit, *Duces et reliqui principes, milites primi, milites gregarii, quin* Ingenui omnes, *ſi alicuius momenti ſint, regibus fidem faciant.* Nonne vides, iam Conradi Salici tempore milites non modo primos, ſed etiam gregarios antepoſitos fuiſſe Ingenuis et ab his plane diſtinctos? *Milites*, inquit, *quin Ingenui*
16 *omnes.* Facit praeterea noſtrae opinioni fidem vtriusque generis diuerſus numerus. Ingenuorum enim capitum tot myriades, quo quaeſo modo ad tantum paucitatem, quae inferiorum eſt nobilium, reduci potuiſſent? Scio quid reſpondeant aduerſarii; ſcilicet propter vrbes conditas id eueniſſe, in quas eo tempore, quo HENRICVS AVCEPS eas condidiſſet, maxima pars ingenuorum migrauerit. Qui autem remanſerint, nunc Nobiles dici. Haec plane falſa ſunt. Non enim ita deſeruerunt agros noui ciues, vt illi his, qui remanſiſſent, accreſcerent. Deinde ſi vrbium exſtructio ingenuos ad tam incredibilem paucitatem redegit, ſcire velim, quisnam ſit in Gallia et in Italia nobilium ortus? An in his regnis eodem modo, vt in

*) Capitulare d. a. 807. in Georgiſ. Corp. Iur. Germ. pag. 732. ſeq.
**) De bello Gall. lib. 6. cap. 13 et 15.

in Germania, Henricus quidam primas vrbes condidit atque ingenuos in burgos migrare coëgit, eademque ratio, minuto et contracto ingenuorum numero, causam nobilitati dedit? Descendunt ergo nostri nobiles a 17
militibus potius, vt ego arbitror, siue, vt CAESAR apud Gallos vocat, ab equitibus, quam ab ingenua quidem sed humili plebe, quia, ex mea sententia, omni tempore et principes nostris similes; omni tempore tales, quales nunc sunt, ingenui siue plebeii; omni tempore denique tale, quale hodie est, cauallariorum genus seu eiusmodi homines fuerunt, qui ingenuos dignitate antecellerent et reuera nobiles essent, licet nomen nobilium non haberent, vnde, vt supra dictum est, etiam Mittelfreye h. e. *mediocriter liberi* in legibus milites appellantur.

Non vero ex indiciis solum variis, iam e longinquo a nobis et quasi 18
per transennam ostensis, id, quod demonstrare volumus, milites nimirum proprie quidem neque ingenuis neque nobilibus veteris aeui annumeratos esse, sed peculiarem classem tenuisse, attamen, si alterutri ordini sint adscribendi, nobilibus, quam ingenuis, similiores fuisse intelligitur; verum ex eo etiam, quod in vetustissimis chartis, et rerum gestarum scriptoribus, imo legibus passim *nobiles* dicuntur, qui ex militari sanguine prognati sunt. Huiusmodi exempla ipse ESTOR, in libro de ministerialibus, varia attulit, et, tametsi is quoque in ea opinione haereat, qui nunc nobiles, olim ingenuos dictos fuisse, tamen diffiteri non potuit, subinde etiam milites in diplomatibus aliisque monumentis, ante seculum XIV. scriptis, *Nobiles* vocari. Apud LVDEWIGIVM *in Reliq. MS. T. IV. p. 77.* haec obueniunt: *Quintum librum ex his priuilegiis intendimus coadunare, quae ex quinque loculis burse Zwetelensis monasterii potuimus congregare: videlicet ex loculo, vbi reponuntur priuilegia Abbatum et Praelatorum, ex loculo nobilium Dominorum, ex loculo* mediocriter nobilium *scilicet Militum et Clientum, ex loculo ciuium aliorumque proborum.* In veteri iure Austriaco de anno 1190 apud LVDEWIGIVM *Tom. IV. Reliq. MS. pag. 23. num. 55.* **Dess soll kein Edelmann kein Mauth nicht geben, weder auf Wasser noch auf Landt, darum daß er soll dienen dem Landtherrn mit seinem Schilde.** Apud CRVSIVM in annalibus Sueuiae est diploma libro X. cap. XV. partis II. vbi mentio iniicitur *Nobilis* hominis in Ruthmarsheim de ministerialibus Hirsaugiae, item aliud diploma Friderici II. apud LEIBNITIVM in Codice diplomatico iuris gentium ita incipit: *Fridericus Dei gratia* —— *Comitibus, Baronibus, Militibus, caeterisque Nobilibus.* Nonne vides hic nobilibus milites plane comparari? *militibus* inquit diploma, *caeterisque nobilibus.*

19 Sed e diametro nostrae sententiae obstare videntur Stumphii, Cranzii et Albini *) clara testimonia: STVMPHIVS enim **): Es wurden noch vor 300 Jahren, allein die Grafen und Freyen genennt die Edlen; und die gemeinen Junkern, so jetz Edel genennt wöllent seyen, hiesend nur Edel Knecht. Damals schrieb man einen Ritter nit anders, dan: Dem Erbaren Ritter; Einen Edel Knecht: Dem Bescheidenen, Discreto; also findet mans klärlich inn Instrumenten. ALBINVS vero ita commentatur: Diejenigen, so von denen militibus, das ist, Rittern geboren, sint militares d. i. rittermeßig, endlich kurtz für unser Zeit Edelleute genennet worden, da man noch vor 200 Jahren und newlicher nur allein die Grafen und Herren Edelleute genennet, ja solchen Titul auch den Rittern nicht gegeben. Tandem CRANZIVS ***); *Quod est arrogantius iam, qui olim ministeriales aut feudatarii, nunc ambiunt dici nobiles.* Ergo, dixerit aliquis, si seculo demum XIV. milites nobilium titulum sibi arrogarunt, non potuerunt sane eo tempore, quo NITHARDVS omnes homines aut nobiles, aut ingenuos, aut seruos esse scripsit, nobilium in numero milites contineri: porro si ad *Adalingos*, vt ex CRANZIO et ALBINO intelleximus, non sunt referendi milites, sequitur non alios fuisse, nisi Ingenuos. Ad haec, quae vulgo ita disseruntur, non nisi pauca reponam, quibus probe intellectis aduersariorum dubitatio facile corruet.

20 Primum, vt iam saepius dixi, non nego, milites natiuitate ingenuos i. e. non seruos, non Lassos fuisse, hoc enim iam per se patet et satis manifestum est, adeoque fateor, quod statum libertatis ciuilem attinet, milites *Frilingis* annumerari, eo scilicet sensu, quo etiam barones et comites perturbata proprietate verborum Ingenui dici possunt. Nam hi quoque, statim atque nascuntur, liberi sunt, nec in ciuili alterius dominio. Neque
21 tamen inde valet consequentia, si quis ita argumentari velit: Milites quondam ex ingenuis lecti, ergo nostri nobiles inferiores ab ingenuis descendunt. Ita etiam vos argutamini. A militibus aitis, nostri nobiles descendunt; (Hoc totum concedo) milites autem natiuitate et ciuiliter fuerunt ingenui; Ergo nostri nobiles ab ingenuis descendunt. Ne confun-
22 datis quaeso originem remotissimam cum proximiori. Primis quidem temporibus, quibus NITHARDVS scribebat, fieri fortasse potuit, vt milites pecu-

*) ALBINI Meißn. Land-Chronick, tit. 2. p. 157.

**) STVMPHIVS Schweizer Chronick, lib. 4. c. 29. fol. 250.

***) CRANZIVS libr. 3. Metropol.

peculiare hominum genus nondum constituerint, sed ab eo tempore, quo leges *) in Imperio factae sunt, vt beneficium militare nemo consequeretur, nisi qui ex militari genere prognatus esset, hoc militum genus se mox distinguere a plebe et separatum corpus constituere coepit. Hoc tempore si NITHARDVS scripsisset, ille hercule homines omnes aut nobiles, aut ingenuos, aut seruos non dicturus fuisset, sed haud dubie, hoc quarto genere interiecto, ita pronunciasset: Sunt inter illos, qui nobiles; sunt qui milites; sunt qui ingenuiles; sunt denique, qui seruiles appellantur. Sed, cum eo tempore omnes ingenui, etiam illi, quorum maiorum nemo militauerat, feodorum capaces essent, adeoque separatum hominum genus milites nondum constituerent, trium tantummodo ordinum is mentionem fecit. Ex his ratio apparebit, propter quam ego, licet plerumque, immo 23
proprie, solos comites atque barones intellectu iuris publici nobiles dictos esse concedam, tamen ab immemoriali tempore milites, si non nomine, tamen re ipsa nobilibus assimilatos fuisse, defendere audeam. Nonne enim eos, qui in principis curia versarentur, quibuscum seria duces et iocos agitarent, cum quibus accumbere et in ludis equestribus certare non dedignarentur, porro qui commensales dicerentur, quosque in conuictu et comitatu penes se haberent, praestantiores plebe siue nobiles fuisse, putemus? Videntur enim milites a caeteris ingenuis ita propemodum distare, vt a 24
lapidibus gemmae, quas nemo rem plane eandem dixerit, licet omnino verum sit, et gemmam lapidem esse. Sic etiam milites, vtut certa ratione Ingenui dici possint tamen, si comparentur cum caeteris ingenuis, nobiles non solum, sed nobilissimi videri poterant.

Hoc solum, rogo, probe et iugiter notemus, verbum *Nobilis* mox 25
generalem, mox singularem sensum habere. Generaliter omnes, qui plebeii non sunt, Nobiles appellantur, singulariter autem et proprie comites et domini liberi fuerunt nobiles vocati. Erant itaque sensu priori milites omnino nobiles, licet, tanquam vltimi in hac classe, vix ita salutarentur. Adscribi merentur STRVBENII verba, qui ita rem illustrat: *Diuiduntur praefecti militum* (die Officiers) *in superiores et inferiores. Interim, quando*

*) Factae sunt eiusmodi leges plurimae, vid. gloss. ad cap. 2. I. F. S. Liebe der König den Bawern Ritters Recht, so müssen sie auch Not halben Lehen haben, und das soll nicht sein, das man einem reichete mit des andern Schaden —— Nach unsern Recht, so ist kein Mann von Ritters Art, sein Vater und sein älter Vater, weren denn Ritter gewesen, oder Ritters Genoß.

do ſine determinatione gradus ſit mentio derer Officiers, *indigitantur regulariter* Ober Officiers. *Neque tamen dubitare licet, et praefectos militum eſſe* die Unter Officiers; *quin et dignitate aliqua gaudere, quamuis non aequet eam, qua praefecti ſuperiores ſunt praediti.* Sufficit gregarios non
26 eſſe. Haec quo propius conſidero, eo plus vereor, ne omnis tot ſeculis agitata de nobilium origine controuerſia, ad logomachias ſit referenda. Eſt enim plus in nomine et appellatione, quam in re ipſa, diſſenſionis. Sed quid quaeſo nomina, quid tituli ad rem?

27 Reſtant adhuc alia, ex quibus milites ad illos, qui proprie ingenui dicuntur, quosque ego plebeios interpretor, non pertinuiſſe, declarari poſſit, argumenta, ſuperius a nobis ex incuria praetermiſſa. Ob ſtatus differentiam neque duellum ſuſcipere cogebantur, ſi militem ingenuus prouocaſſet, ſecundum illud, quod *II. F. 27. §. 3.* dicitur: *Si miles aduerſus militem duellum committere voluerit, facultas pugnandi ei non concedatur, niſi probare poſſit, quod antiquitus ipſe cum parentibus ſuis natione legitimus miles exiſtat.* Praeterea OTTO FRISINGENSIS *) de poena a Friderico I. militibus dictata: *Nobilis canem, de comitatu in proximum comitatum geſtare cogitur.* ARNOLDVS LVBECENSIS **) vero, eundem Fridericum iuſſiſſe: *vt cum quingentis* MILITIBVS *militarem poenam perſolueret, id eſt, vt ſinguli milites, de loco perpetrati ſceleris vſque ad fores maioris eccleſiae, caniculam deferrent.* Ecce quos OTTO nobiles, hos ARNOLDVS
28 milites vocat. Porro vetuſtiſſimum Ius Feodale Franconicum ***) de vaſallis ac miniſterialibus ita loquitur: Der ſine Trewe an dem Riche hatte behaltin, nam der Keyſer, und machte ſe ſin Genoz, und **Edilte** ſie und ere Kint — Alſus is geſchrebin: Daß ſe der Keyſer **edilte** gleich ime ſelber. De militibus lex loquitur, quos ſtatu pares Imperatori et ea
29 nobilitate perhibet fuiſſe, qua ipſi principes fulgeant. In quadam Friderici III. charta, quam SCHILTER exhibet, ita dicitur: Me ſetzen wir und wollen: wo ein Ritter adir ein Knecht, die man **Edel-Lude** heizet. In his locis ſatis vetuſtis et Cranzii atque Albini aetate prioribus, diſerte milites dicuntur nobiles. Atque fuerunt illi, ſi non vere, tamen quaſi nobiles, etiam in vetuſtiori verbi nobilitatis ſenſu. Addo locum ex primo ca-
30 pite des Lehnrechts Richtſteiges: So wetet alle **Eddele Lüde**, ſwente dorch

*) OTTO FRISINGENSIS lib. 2. de Geſtis FRIDERICI I, p. 470.
**) ARNOLDVS Lubecenſis, lib. 7. cap. 2.
***) In SENKENBERG. Corp. I. Feud. p. 2.

dorch Eddeler Lüde willen, so is Leenrecht gegheven, und se scholens brucken und anders neman. Dicit: ius feodale datum esse Nobilium in gratiam, et praeter Nobiles hoc iure feodali vti debere neminem. Ius feodale autem lex feodatariis, siue militibus, data. Ergo feodatarii nobiles. Huc pertinent quoque verba Weichbilde *art. 1.* Ein Recht das heiset Ritterrecht, das wir auch Lehenrecht heisen, von dem komt Adel und Sold.

Porro feodum militis, non, vt plerique iuris beneficiarii doctores ex- 31
istimant, recentiori demum consuetudine, sed omni tempore FEODVM NOBILE dictum est. Legimus enim in Diplomate *) veteri apud CANGIVM: *Petrus de Malyshit, homo innobilis, tenet quandam Caualariam seu feudum Nobile.* Feodum equestre quomodo vocat? Nobile. Item in alio **): *Dominus de Cassanea,* homo nibilis, *vendidit et alienauit sine licentia regis terram suam seu* militiam *de Bessens, quam* nobiliter *tenebat a dicto rege sub deueriis* Nobilibus *d' Ost et de Canalgada.*

Iam mihi in mentem venit titulus Adelschalk und Edelknecht, quo mi- 32
lites insignitos fuisse constat. Vocabantur nempe milites atque ministeriales *Nobiles serui*, vt a Lassis, siue seruis iuris priuati, secernerentur. Hoc verbum, si licuisset, lubenter expuncturi fuissent, qui nobilitati hodiernae infensissimi hostes sunt, STVMPFIVS, ESTOR, KOPPIVS, et qui hos sequuntur. Hoc cum non liceret, varias interpretationes confinxere; quia, si non legentium oculos fallerent et hoc obstaculum amouerent, verendum iis erat, ne per hoc verbum omnis eorum doctrina concideret. Quomodo igitur intricant? Milites, dicunt, *Adelschalkios* dictos esse, quia nobilibus seruierint: Er wurde ein Edelknecht genand, weil er dem Adel gedienet, quae STVMPFII ***) verba sunt. Quis credat, praeconceptarum opinionum tantam vim esse, vt, qui iis imbuti sunt, per duras et contortas interpretationes, si vtile videatur, ipsi veritati os obruere studeant. Coecus sit, qui non videat, Edelknecht, idem, quod nobilem seruum esse. At illi vertunt in nobilium seruum, callide et contra loquendi vsum. Notum enim est omnibus, Edelknecht, Adelschalk, Freyer Knecht, und Wolgeborner Knecht synonyma esse, quia saepius vno eodemque in loco, qui modo Edelknechte, iam Freye= und Wolgeborne Knechte appellantur. MATHAEI *de nobilitate pag. 946.* Iam quis est adeo proteruus, vt cum STVM-

*) Apud du Fresne s. v. Militia fol. 97.
**) Ibid. fol. 100.
***) Schweizer Chronik, lib. 4. cap. 30.

STVMPHIO dicere velit: Wolgeborner Knecht, esse: eines Wolgebornen Knecht. At inquient, si Edelknecht idem quod nobilis seruus significare debeat, verba misceri sibi contraria. Anne potest nobilis seruus esse? Hoc sensu aiunt illi Edelknecht idem esse, ac si dicas: ferrum ligneum, aut atramentum rubrum. Non est vllius momenti haec dubitatio, cum verba ex contrariis composita, talia saepius occurrant, verbi caussa Erblehn, quod nihil aliud, nisi Eigenlehn; nam erbe idem est, quod proprium siue eigen, siue allodium. Allodium autem et feodum contraria sunt. Ministerialium conditionem nemo ignorat, qui, si cum caeteris priuatis comparentur, liberi homines, sin vero ad Dominum suum, cui seruiunt, referantur, verissimi serui fuerunt, cum vendi, donari et permutari, quid ne nuptias quidem sine dominorum consensu contrahere possent. Ergo respectu alio ministerialis poterat liber dici, alio respectu seruus. Neque me commouent verba decreti Tassilonis articulo 7. in Legibus Baiuuariorum, quae prima facie nobis contraria videntur: *Serui principis, qui dicuntur* Adelschalk. Nam ministeriales illi, de quibus decretum loquitur, erant quidem serui principis, sed ab eo nomen non habebant, sed Adelschalkii dicti, quasi liberi serui, quibus in iure publico liberi domini opponuntur. Nec vlla est, quod verbum spectat, inter pristinos veteris Germaniae nobiles et milites differentia, nisi quod illi *Nobiles Domini*, hi autem *Nobiles Serui* dicebantur; vtrique vero digniores Ingenuis.

33 Plane cum nulla mutatio vnquam praesumenda sit, vsque dum eam accidisse liquidissime probetur, non errauero, vt opinor, si eandem omni tempore hominum fuisse personarumque in Germania faciem putem, et nihil in ordinibus statuque hominum commutatum esse defendam. Fuerunt enim semper, vti nunc sunt, alii Principes, alii Cauallarii seu milites, alii Plebeii, alii Serui. Quod autem immutatum est, id non rem ipsam, sed nomen attinet. Nempe qui nunc *Illustres* siue principes, illi olim nobiles, qui autem hodie *Nobiles*, olim milites; qui nunc *plebeii*, olim Ingenui, tandem, ne vltima classis hominum huius mutationis expers esset, qui serui olim et *Lassi*, nunc homines proprii et rustici appellantur.

34 Cum autem docti homines, contra quos haec disputatio instituta est, semel hoc primum falsum admisissent, nobilium nostrorum origine in perantiqua illa *Ingenuitate* quaerendam esse, non vero in militari honore, necessario euenit, vt in aliam praeterea foueam inciderent magis periculosam, nempe vt credere cogerentur, ciues siue *burgarios* nostros, quos latine

latine vrbanos appellare possis, a seruis deuenire. Nam si nobiles ab ingenuis, vt illi volunt, descendunt, a quibusnam burgenses deriuari possint aliis, nisi lassis? Nempe fieri solet, vt vna informatio falsa, cum semel in animo radices egit, etiam in alias deducat aberrationes, vtque vnum lapsum plures sequantur. Quemadmodum vero turpe est, a pauperrima plebe, quales ingenui fuerunt, splendidissimas nobilium domus arcessere, ita aeque nefarium iudico, ciuicum ordinem a lassorum seruorumque sanguine deriuare. Nonnullae in Germania prouinciae colonos adhuc siue 35
Rusticos hodie monstrant, plane et omnino ingenuos, multo autem plures ea erant, qua ECCIVS speculum scribebat, aetate, qua ingenuos saepe agros ignobiles coluisse, haec eius verba indicant: Gepawren die frey sind, heisen freye Landsassen; immo inueniuntur Sattel=Höfe, siue villae, quas 36
Landsassii quondam possederunt, a quo Sattel=Höfe dictae sunt, quasi Höfe derer Sassen, hoc est, Landsassen. Hodie quidem haec praedia rarius obueniunt, quia eorum possessores aut nobilium vicinorum oppressione, aut praescriptione, aut, vt ita dicam, ipso aëre rustici facti sunt, postquam operas praestare nobilibus coepissent. Non itaque ex lassis ciues, sed ex ingenuis facti sunt rustici.

Obiiciunt illi tamen WITTICHINDI *) notissimum locum: *Ex agrariis militibus Henricus imperator nonum quemque eligens in vrbibus habitare fecit, vt caeteris consamiliaribus suis octo habitacula exstrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet seruaretque; caeteri vero octo seminarent et meterent, frugesque colligerent nono.* Bone deus! vbi hic dicitur ex seruis ciues factos esse? rusticos video in vrbes migrasse, sed illi rustici erant ingenui, immo agrarii milites. Nescio sane, quid sibi velint? Mox enim hoc WITTICHINDI testimonio ita vtuntur, vt inde ciues ex rusticis, qui tunc serui erant, ortos demonstrare cupiant, mox vero ex eodem probare, *milites* olim non alios fuisse, nisi pauperculam plebem, quae ruri vixerit et recentioribus demum temporibus in existimationem venerit. Quo iure quaque iniuria hi agrarii milites, quorum WITTICHINDVS meminit, nobilium nostrorum parentes dici possint, qui ista defendunt, viderint. Ait ille, hos agrarios milites frumenta seruisse, habitacula exstruxisse, fruges collegisse, quae illiberales sunt operae et nobili viro indignae. At milites tamen dicuntur. Recte quidem, neque tamen feodatarii sed *agrarii* militès.

*) Wittichindus lib. I. annalium.

tes. Ecce fuerunt illi, quos agrarios dicit milites, non alii, quam rustici ingenui, hoc est, vt ego interpretor, Landsassi liberi, qui propterea milites vocati, quod etiam dimicare cogebantur, vt clare ex capitulari de *Anno 807. cap. I. in* GEORGISCHII *Corpore Iuris Germanici pag. 734.* intelligitur, vbi haec legimus: *Quicunque* liber *mansos quinque* de proprietate *habere videtur, similiter in hostem veniat. Et qui quatuor mansos habet, similiter faciat. Qui tres habere videtur, similiter agat. Vbicunque autem inuenti fuerint duo, quorum vnus quisque duos mansos habere videtur, vnus alium praeparare faciat; et qui melius ex ipsis potuerit, in hostem veniat. Et vbi inuenti fuerint duo, quorum vnus habeat duos mansos et alter habeat vnum mansum, similiter se sociare faciant, et vnus alterum praeparet; et qui melius potuerit, in hostem veniat. Vbi unque autem tres fuerint inuenti, quorum vnus quisque mansum vnum habeat, duo tertium praeparare faciant; ex quibus, qui melius potest, in hostem veniat. Illi vero, qui dimidios mansos habent, quinque sextum praeparare faciant. Et qui sic pauper inuentus fuerit, qui nec mancipia, nec propriam possessionem terrarum habeat, tum in pretio valente quinque solidos, quinque sextum praeparent; et vbi duo, tertium, de illis, qui paruulas possessiones de terra habere videntur.* Haec sufficiant ad susceptam demonstrationem et opinionem nostram *Nobiles hodiernos a Militibus descendere non ab Ingenuis* qui plura cupit, piungat cum his *Obseruationem DIII.* qua de particula Von nostris temporibus nobilitatis charactere, tractauimus, cum qua *Obseruatio DLXII.* arctissimo vinculo cohaeret, quae similiter conferenda.

OBSERVATIO DLXXXIX.

Priuilegium et Contractus intelliguntur sub tacita clausula: Rebus sic stantibus.

Interpretatio facienda pro eo, qui damnum patitur, contra eum, qui lucrum captat.

1 Casus insolitissimi quando eueniunt, interdum contractibus derogant. *L. vlt. ff. de transact. L. 35. ff. de pact.* Inde conductor, si praedium conductum incendio consumatur, ad continuandam conductionem adigi non poterit, quod adhuc certius patet in colono, qui, etsi casus omnes susceperit, tamen insolitissimis non subiacet. (*Obseru. DLXXII.*) Sic etiam sponsalitiae largitates irritae fiunt, si nuptiae non sequantur. Ex quo fluit, con-

contractus etiam iureiurando firmatos intelligi initos sub tacita clausula: si res in eadem causa maneat, siue vt vulgo dicitur: REBVS SIC STANTIBVS. *L. 137. § 6. ff. de verb. oblig. L. 38. ff. de solut.* CARPZ. *P. 2. Const. 35. defin. 23. num. 3. 9. 10.* LVDOVICI *Pandect. lib. 28. Tit. 1. §. 7.* LEYSER *Spec. ad Pand. Tom. 1. p. 125.* Coincidunt fere haec cum iis, quae supra in Obs. DLXXII. protulimus. Restituuntur enim casu improuiso laesi in integrum ex praetoris clausula generali: *si qua alia causa mihi iusta esse videbitur*, magis tamen aequitate suggerente, quam ipso iure.

Deinde etiam interpretatio facienda contra eum, qui vtile ex contractu petit, pro eo, qui damnum incursurus erat. *L. 21. ff. de contrah. emt. L. 26. ff. de reb. dub. L. 9. L 34. ff. de reg. iur.* Similis in priuilegiis ratio. Sibi enim soli priuilegiatus imputare debet, quod, cum stipulator esset, impetratum priuilegium clarius scribi non curauerit. (*Obs. DXXII.*) Caeteris quippe ciuibus nihil imputari potest, vtpote qui, cum impetraretur priuilegium, non interfuerunt. Itaque interpretabimur priuilegium ita, vti maxime proficuum et salutare ei est, cui damnum imminet, non autem pro eo, qui lucrum captat. *Obs. DXXII.* 2

OBSERVATIO DXC.

In foro hereditatis iacentis heres conueniri non potest, si quid ipse debet, sed tantum propter debitum defuncti.

Forum hereditatis iacentis in legibus non fundatum, sed commentum est 1
doctorum. STRVV. *Syntagm. I. Ciu. Exercit. 9. thes. 36. ibique* MÜLLER. Nempe ex foro rei sitae et foro connexitatis causarum, commoditatis causa, illi nouum genus iudicii conflarunt, nomineque et titulo fori *hereditatis iacentis* exornarunt. Id adeo valere quidam existimant, vt etiam heredem, ob sua debita, ibi conueniendum existiment, argumento ex *L. 19. pr. ff. de iudic.* ducto, quae lex tamen per *L. 34. ff. eod.* limitata, adeoque haec opinio nullatenus approbanda.

Ipsa quidem hereditas iacens in loco, vbi sita est, conueniri potest, 2
siue quod idem est curator eiusdem; quam primum autem heres ei extitit, non amplius iacens est, vnde si regulam iuris sequi voluissent doctores, ne quidem ex defuncti siue delicto siue contractu contra heredem actionem dedissent, cum heres in bona quidem, non autem in statum defuncti

 succe-

ſuccedat, ſed regulariter iudex heredis ordinarius et domicilii adeundus erat, niſi per litis conteſtationem a defuncto factam iudicium ibi iam coepiſſet. *L. 87. L. 139. et L. 164. ff. de reg. iur.* Si obiiciatur, ſaltim defunctum in ſuo domicilio contraxiſſe, adeoque id etiam heredis intuitu *forum contractus* eſſe, reſpondeo: heredem quidem ex defuncti contractu in foro hereditatis iacentis conueniri, ſi in eo loco ipſe heres deprehendatur, (*Obſ. LXV.*) non autem primam citationem ei inſinuari poſſe per Requiſitoriales. Quod autem citatio domui hereditariae interdum inſinuetur, peculiare eſt in Saxonia et multis, vt in *Obſ. DXVII.* diximus, difficultatibus obnoxium.

Caeterum adeo verum eſt, heredem in ſuo, non defuncti foro conueniri oportere, vt nuper collegium noſtrum iudicio familiae herciſcundae in foro hereditatis iacentis locum haud dederit, cum hereditas iam a coherede eſſet exportata.

OBSERVATIO DXCI.

In feodi communione ad ſubhaſtationem prouocare non licet.

Si in feodo herciſcundo heredes nullo modo inter ſe conueniant, ſorti potius res committenda, quam ſubhaſtationi, ſi quidem ſimultanee Inueſtitis ſpes ſuccedendi auerti non poteſt. At ſi in alienationem per Reuerſales conſenſerint, atque inſuper domini directi conſenſus acceſſerit, ſubhaſtationem nemo dubitat locum habituram. Item priuatam inter ſimultanee inueſtitos licitationem nihil remoratur.

OBSERVATIO DXCII.

Si mulier in iure interrogata, aut etiam extraiudicialiter reſponderit: Curatorem ſuum eſſe, quem adducit: Si ſciens non eſſe affirmauerit, ei non ſubuenitur; Quod ſi exiſtimauit Curatorem eſſe, et ex errore reſponderit, ei ſubuenitur.

1 Verba huius rubricae fere ſimillima iis, quae in *L. 23. ff. ad SCt. Vellei.* obueniunt, vnde vlteriori explicatione nihil opus. Quoniam autem foeminam ſcienter feselliſſe difficillima eſt probatio, atque certe ſupina reſideat

deat in muliere ignorantia, quae nemini patrocinatur, fere praesumtionem adesse putauerim, vt a probatione fraudis liberetur, qui cum ea contraxit. Contra vero et mulier difficillime: se non simulasse, probauerit; vnde nimis late a iuris tramite non aberrauerim, si statim foeminae purgatorium imponam, ad quod finaliter, etiam probatione et reprobatione peracta, plerumque deuenitur. Mense Februario 1775 Regiminis Collegio Vinariensi in tali causa haec respondimus:

Und wenn auch, daß der als Curator unterschriebene Förster wirk- 3
lich der Beklagten Vormund gewesen, von ihr geleugnet wird, solchemnach, daß zuförderst dieses beyzubringen Klägern auferleget werden sollen, es das Ansehen gewinnet, gleichwohl solcher Zweifel durch die gerichtliche mit A. bemerkte Verpfändungs Urkunde, welche bey jezigem executivischen Processe zum Grunde der Klage geleget worden, und worinnen die Obrigkeit ihn, als bestätigten Vormund anerkennet hat, alsofort widerleget 4
wird; und gesezt, daß Förster auch ihr Vormund nicht gewesen seyn solte, Beklagte, weil sie (ihrem eignen Geständnisse nach) gefährlicher Weise ihn dafür ausgegeben zu haben eingestehet, von ihrem Betruge keinen Vortheil ziehen kan,

L. 2. §. 3. D. ad SCt. Vellei.

Endlich bey einem Handel, wo das Weib keines besondern Vormundes 5
nöthig hat, dessen Einwilligung für überflüßig anzusehen, und da dieses eben der gegenwärtige Fall, des Ehemannes Unterschrift mehr, als eines Vormundes Einwilligung, bewirket.

OBSERVATIO DXCIII.

Sumtus itineris, nec in ciuili nec criminali causa, Iustitiario restituendi.

Auertite oculos, *Iustitiarii!* tristem annuncio casum, quo sumtus itineris 1
ab Inquisito repetentes spe frustramini. Nempe Iustitiarium in iudicio residere volumus. Sed nunc Themidem facere tributariam cupiunt et lucrari iurisdictione, qui eam indulgentia principis quondam acceperunt. Nempe in proximo plerumque oppidulo habitantem Papinianum quendam eligunt, eique (quod faciunt suo periculo) iurisdictionem mandant.

 Con-

Conniuendo id quidem permittitur, attamen, cum hoc primaeuae institutioni parum conueniat, dominus iurisdictionis patrimonialis saltim curabit aduehi iustitiarium suis sumtibus, si casus inciderit extra ordinem, ne hoc onus in accusatos deuoluatur, aut etiam in litigantes, si causa sit ciuilis.

2 At dixerit aliquis: Cum omnis delinquens se ad poenam et inquisitionis expensas per crimen obliget, aequum esse, vt etiam itineris sumtus restituat, quos Iustitiarius aut dominus iurisdictionis impendere opus non habuisset, si crimen non foret ab accusato commissum. Ergo ad sectionem cadaueris, aut aliam subitaneam causam properanti iudici occasionem itineris cum accusatus dederit, consequens esse, vt sumtus restituat atque refundat. Neque enim causam esse, quare delinquentibus faueamus. Respon-
3 deo: Condemnatum expensas ferre, cuius ipse causa et vnicus fons est; Iudicis autem absentiam non delinquenti, sed domino iurisdictionis culpae vertendam: Ferat ergo expensas is, in quo culpa residet, a qua sane condemnatus liber est, nec enim itinere opus erat, si iustitiarius, vt debebat, in loco resideret. Ergo huic et domino eius culpa inhaeret, harum expensarum causa proxima. Itaque huiusmodi itineris sumtus condemnatus non restituet, nequidem locuples. Iniusta quippe omnis poena est, si nocens, vltra quam meruit, patiatur.

4 Ecce tamen exorientem ab ipsa lege insignem dubitationem, cum in Saxonica Taxae Ordinatione Num. 45. ita scriptum sit: Wenn Reisen in bürgerlichen oder peinlichen Sachen zu thun, empfähet über **Roß und Fuhrlohn** zur Auslösung täglich:

ein Beamter = = = =	21 gl.
ein Actuarius = = = =	12 —
ein Stadtschreiber, oder Gerichtshalter	16 —
ein Landrichter = = = =	10 —
ein Landschöppe = = = =	8 —
eine andere Gerichtsperson in Städten	12 —
auf dem Lande = = = =	6 —

Jedoch daß sie niemanden mit der Kost beschweren, auch das **Roß und Fuhrlohn**, wo die Unterthanen solche Fuhren zu thun nicht schuldig, nicht übermäsig angesezet werde.

Hoc

Hoc totum intelligo de itinere, quod rogatu partium *ex loco iudicii* 5
ad longe dissitum locum, v. c. ocularis inspectionis causa, aut si in aedibus
aegroti testamentum sit conficiendum, ideoque alium ad pagum saepe sit
excurrendum, alium dico in pagum et, quod probe notandum, suo tribu-
nali proprio carentem. Nam vt ecclesias habemus matres et filias, ita
non omni vico tribunal proprium, sed praestantiori iudicio v. c. Praefectu-
rae, saepe alii pagi adhaerent. Itaque in eiusmodi locum praefectis ele-
ctoralibus cum suis actuariis, scribis, lictoribus, sumtus itineris ad eiusmodi
vicum tribunali proprio carentem adiudicamus; quae quasi exceptio a no-
stra regula. Caeterum autem, si iustitiarius, quae principalis iudicii perso- 6
na, in loco non habitat, frustra pro *curru*, pro *equis* aliquid petit, immo
omne cadit, quod in rationibus redditis *aurigae* ad sitim expellendam aut
recreationem dedit; cadit equorum *pabulum*, victus iustitiarii proprius, aut
eius loco Auslösung siue *diaeta*, multoque magis die Meilengebühren, id
omne, inquam, cadit, rationibus expungitur, subducitur. Annoto tamen 7
aliam, sed leuiusculam exceptionem, quae Iustitiario permittit in actibus
voluntariae iurisdictionis (in his tamen solis, non aliis vllis) itineris sumtus
exigere, secundum rescriptum regium ad Facultatem nostram, quod ita
se habet:

Demnach bey denen zu unserer Erörterung anhero eingesendeten casibus dubiis unter andern auch zugleich mit unterthänigste Anfrage geschehen: Ob von einem Gerichtsverwalter die in unserer Taxordnung Num. 46. geordnete Reisegebühren in dem Falle, da er extra ordinem und auser denen ordentlichen Gerichtstägen einer Sache halber ad locum iudicii reisen muß, gefodert und genommen werden können? Und dann unsere Meynung dahin gerichtet: daß auser denen in unserer Taxordnung exprimirten (tales vero sunt, si non ad locum, sed *ex loco* iudicii proficiscendum sit) und denenjenigen Fällen, wenn er zu Aufrichtung eines Testaments, oder zu einem andern actu voluntariae iurisdictionis absonderlich ersuchet oder erfordert wird, demselben dergleichen keinesweges paßiret werden soll. Als ist hiermit unser Begehren, ihr wollet in solchen bey euch vorkommenden Fällen, euch im Sprechen darnach achten ꝛc. Datum Dresden am 12 April Anno 1728.

OBSERVATIO DXCIV.

